PRACTICA SVPER RITV

MAG. REGIAE CVRIAE AC CAETERARVM TOTIVS REGNI SICILIAE CVRIARVM,

QVÆ IVRE OPTIMO

THESAVRVS IVVENVM, AVXILIVM Pauperum, & baculus senum nuncupari potest.

IN QVA PRAETER ALIA COMMVNIS MODVS COMPILANDI libellos, exceptiones, cedulas, supplicationes, ac denique acta omnia in quibusuis processibus variè in vnoquoque Magistratu Regni,

ET PRÆSERTIM IN M.R.C. ET CVRIA PRÆTORIANA occurrentia. accuratè, ac diligenter habetur.

NON SOLVM ADVOCATIS, VERVM ETIAM PROCVRATORIBVS, Notarijs, ac cæteris Iudiciorum causidicis vtilissima, ac pernecessaria.

AVTHORE FR. MARIANO MARINGO CORLEONENSE, Ordinis Prædicatorum de Pœnitentia.

Nunc primum in lucem edita.

CVM PRIVILEGIO.



PANORMI,
Apud Franciscum Ciottum Venetum. M. DC. XIX.
Ex Typographia Io. Baptistæ Maringhi.

IESVS
SACRATISS. DOMINA,
LABIA MEA APERIES,
ET LINGVA MEA, AENARABIT
Admirabile donum tuum.

GLOSA PRIMA.

1 IN rubrica Priuilegij ibi. † Ritus in quo dico, breuiter qualiter ritus est mos, vel consuetudo, vt ait Cic. de amic. ritus.n. est obseruantia, seu vsus circa solẽnitatem actus; ita inquit Abb. in capit. cum secundũ de temp. ord. & in cap. in aliquibus de decimis, qui quidem ritus est contra ius cõe cõditus, vt colligitur ex infrascripto quin-
2 to cap. incipiente cũ varia rerũ natura, † ritus enim dicitur rectus, prauus dicit, corruptela, sicut consuetudo contra rationem, vt in auth. vt nulli in § 1. lex debet esse iusta 4 distinctio, & sic habemus rititudinem, & rectitudinem, rectitudo respicit ordinem, & sollemnit. iuris importet gl. in l. non putauit § non queuis, & ibi Bart. ff. de bon. poss. contra tab. in l. hoc colore. ff. de inoff. testa. & in l. sed si lege §. scire. ff de petit. hæredit. & rititudo ius, agendi, & administrãdi ipsam iustitiam & æquitatem, vt notat Ioan. Andr. in elem. si. de app. & not. in cap. quoniam contra de probat. est glo. in l. iuste possidet. ff de acquir. posses. nam ordo est modus agẽdi, sine quo nihil recte agitur, vt inquit Bal. in tract. scismatis col. 3 & ibidẽ habetur, quod omnia quæ gerimus nisi legitimum initium habeant, inane nostrũ actum efficiunt l. quæcumq; gerimus. ff. de act. & oblig. & initium ordinis fuit datum, & obseruatũ à Deo, in creatione mundi, ita etiam omnia inferiora gubernantur & ẽt iudicia, vt habetur in Gene.
3 capit. 1. † & si sic est quòd denegari non potest, qualiter ordo processit à Deo, & nos debemus obseruare, & multũ inuigilare ad mandatum Dei. Quapropter recolenda memoria Serenissimi domini nostri Regis Alphonsi statuit in suo decreto perpetuo, & ordinauit statutum municipale in præfato tunc suo Regno Siciliæ citra & vltra Farum, vt homines ipsius regni quietè, & pacificè viuant & gubernentur, ad extirpãdas per hunc ritum cauillactiones regniculorum, vt ipse inquit dicto capi-
4 tulo quinto præsentis statuti. Nam † statutum est ius ab homine positũ, vel dispositio ex qua ius procedit, nam est idem quod lex municipalis, seu ius ciuile quod vnaquæq; ciuitas sibi constituit Insti. de iur. natu. gen. & ciui. & significatur ius statuti ex verbis in statuto positis quæ significant, quod sonant, aut strictius aut extensius, vel aliter, prout obscuritas eorũ declaratur seu quouis medio probabili cõcluditur, de quo doct. amplissime & maximè, Bart. in l. omnes. ff. de iust. & iure.

GLOSA SECVNDA.

1 IN eadem rub. ibi † M. R. C. (& non sine miro & maximo ordine) fit mẽtio tantũmodo de M. R. C. Nã M. C. est caput origo, & norma omniũ curiarũ, & quidquid ea obseruat, in toto regno obseruari debet, iuribus per me adductis in supradicto prohemio, ubi late de hoc tractatur, quoniam ab eodem ritu uidetur instructio iuuenum initiũ locũ habere, taliter quod non sine regniculorũ maxima vtilitate cõditus fuerit à recolẽda memoria Serenis. Regis Alphõsi, cui successit in regno fęlicis recordationis Serenis. Rex Ioannes, q. regnauit ĩ Aragonia, & Sicilia circa annos viginti, in Nauarra vero circiter sexaginta quatuor, obijt vero octuagesimo quarto anno ætatis suæ, vt habetur in cap. regni in prohemio post cart. 271. Ipsius Regis Ioannis, post obitũ cuius successit in regno Catholicæ, Maestas Regis Ferdinandi, qui diem per clausit vltimũ ętatis suæ anno sexagesimoquarto,

det ex successione sui patris Caroli V. Roma. Imper. qui cũ eius matre Regina Ioanna Hispaniam iniuit anno 1516. pro vt scribit dominus Iacob. Mainoldus in tit. de regnis Hi-
7 spaniarũ in fine. † Dicitur enim Rex vtriusq; Siciliæ, quia ipse habet hoc regnum cum alijs ex successione, nam Regina Ioanna tertia hæres omnium regnorum sui patris Ferdinandi de Aragonia nupsit potentissimo, & serenissimo principi Philippo de Austria Arciduci, ex quibus natus est Carolus V. Romanorum Imperator, semper Augustus. Nam Deus de cęlo Imperium constituit, vt difficilibus leges imponat, & humano generi distribuat, vt in authen. Instr. caut. § 1. & ex eo noster inuictissimus Rex Philippus, q̃ fuit inuestitus de hoc regno, à suo patre, & deinde eidem sacra Cęsarea Maiestas omnia sua regna refutauit, & dedit, vt supradictum fuit, & inquit Frecc. in addit. lib. 2. de subfeud. posita in princ. operis
8 num. 44. est enim † Philippus Rex Catholicus monarcha in regno suo, ita dixit Soccin. cons. 68. nu. 4. vol. 1. & de iure non recognoscit superiorem, vt est gloss. notabilis & aurea in c. Adrianus el 2. lib. 63. & ita dicit ipse Alphon. Aluarez. in dicto suo tract. 369. mihi & hodie ipse Catholicus Rex Philippus regnat cum filiu suo Philippo Hispaniarũ principe, & per-
9 petuò Deo duce regnabit, & scias etiã † quod merito dicitur Rex Siciliç utriusq; s. tàm Siciliæ citrà Farum, idest Regni Neap. quàm etiam regni insulati Siciliæ, quæ est vltra Farum, vt notat Io. Anto. de Nigris in d. extrauag. clem. 7. in ver. Siciliæ nu. 33 qui quidem Rex Catholicus Philippus hunc ritum decorauit, & confirmauit, & etiam modum agendi ex arrupto, & per dactionẽ termini extraordinarij, vt habetur in Reg. prag. de causis summarijs, Dat. in Araniuez. 29. Maij 1576 & exequuta in regno, vt patet ex litteris executorialibus, Dat. in fęl. vrb. Pan. die 28. Augusti 4. indict. 1576. nã habent Reges à Deo auctoritatem legis condendæ, Cyn. Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & in regno suo dicitur Imperator, & in eo habet supremam potestatem, ita dixit Socc. cons. 3. num. 19. vol. 3. cart. 5. & 14. Bald. in l. exemplo C. de probat. & Old. 250. dicit quod Rex in regno suo assimilatur Imperatori, Bald. in l. receptitia C. de
10 const. pec. fol. 3. † Etiam notandum est quod Rex Siciliæ vtriusq;, non est subditus Imperatori, vt tradit Affl. in prælud. const. regni q. 1. nu. 6. & ei competit maiestatis nomen, idem Affl. in proe. consti. §. cum igitur in 2. not. & habet dominium & iura regni, vt scribunt Affl. decis. 299. num. 14. gloss. in proem. const. And. in cap. 1. §. si quis de manso de controu. inuest. & in rub. quæ sint reg. in 2. col. Bald. in cap. 1. §. sacram. de pace iuram. firm. & in prohem. digestorum Iacob. de franchis in prælu-dio feud. in ver. species feudorum quot sint nu. 3. & 4. Marin. Frecc. lib. 1. de subfeud. in tit. de orig. baro. num. 35 & 37. Decet enim,
11 † ipsum regem volentem rectè regere (quantum ad præsens spectat) ad tria sollicitari, primo vt ametur à populo, secundo vt cura priuilegij procuret cõmune bonum, tertio vt corrigat & puniat seditiones, & turbantes populum, si abundat in beneficijs tribuendis, diligenter à populo, si excellat in actionibus virtuosis procurabit cõmune bonum, quia si virtutis est tendere in bonum eius erit magis tẽdere in maius bonum, bonum ergo cõmune, quod est diuinius, quam aliquod bonum singulare magis procurabit uir bonus, & studiosus, quam bonum aliquid proprium, & priuatum expedit, quoniam à Deo omnis potestas ad rectum iudicium exercenda tribuitur, cap. pro humeni §. 1. de homi. lib. 6. decet etiam Regi abundare in ciuili potentia, vt possit corrigere volẽtes insurgere, & turbare pacem regni, & possit debellare extraneos perturbatores regni, itaq; Rex in multis alijs de-
12 bet excedere vt differat à tiranno. Et † hæc tria & alia necessaria & oportuna verificantur in sacra & Catholica maiestate Regis Philippi domini nostri, pro quo quotidie debemus rogare & intercedere apud dominum nostrũ Iesum Christum, sacratissimamq; eius matrẽ semper Virginem, vt cõseruet eum in prosperum, fęlicem maiorem, & optimum statum, & benemeritò ad hoc ab omnibus fidelibus deueniendum est, propter tot & tanta beneficia nobis collata, & maxime quod fuit & est fortissimum propugnaculum sanctæ Romanę Ecclesię, qui fuit & est custoditus à duobus angelis, tãquã Rex vnum ratione singularis personæ, sicut & omnes homines de quibus Matth. 18. angeli eorum &c. Alium vero rõne dignitatis, seu officij, qui dicuntur esse de ordine principatuũ, de quibus Daniel. 10. † qua-
13 propter benemerito Dei gratia est Rex Catholicus defensor fidei Hispaniarum, vtriusq; Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sardiniæ, Corsicæ, Maioricarum, insularum Cunariæ, Orani, insularum Indiarum, terræ firmæ & Maris Oceani, Arcidux Austriæ, Dux Burgundiæ Mediolani, Lotharingiæ, Barbantiæ, Lemburgi, Lucenburgi, Geldriæ, Athenarum, & Neopatriæ, Marchio sacri Romani Imperij Oristani, & Goetiani, comes Barchinonis, Ruscinonis Cerretaniæ, Flandriæ, Artasiæ, Hanoniæ, Hollandiæ, Scelandiæ, Namurci, Zeutheni, Burgun-

diæ Habspurgi, & Tirolis, dominus Cantabriæ, Molinæ, Frisiæ, Machiliniæ, Vltrasetti, Transissalanæ, & Gruininge, & quia non potest † personaliter adesse in omne regno ad exercendum suam potestatem, iurisdictionem & officium, hac de causa in hoc regno Siciliæ, sua sacra & Catholica maestas Regis Philippi domini nostri, ex quo dicitur pater omnium, vt not. And. in c. si vassallus. col. 7. quæ fit prima causa benef. ammict. & Luc. de penn. in l. quicumque col. 3. versic. vnde princeps C. de om. agr. deser. lib. 11. ex quo solet constituere in regno suum Locumtenentem, & Viceregẽ vnum ex suis illustrissimis principibus, qui re vera representet personam suam, & dicatur absque dubio eius corpus, iuxta tex. in cap significasti de elect. l. tutor. secundum dignitatẽ de administratione tut. l. 1. ff. de offic. præfecti pręt. hinc enim merito secuti pręfecto prætor olim dicebatur excellentia vestra, sic enim Viceregi in regno dicitur excellentia, q̃ competit etiam Regi, vt dixit Io. Franciscus de Leonardis in suo tractatu praxis officialibus in titulo de institutione offitialium, nu. 16. atque enim regis proprium & suum est diligere subditos vt filios & eorum commoda inuestigare vt tradit idem] Andr. in cap. 1. in 1. & 2. col. de prohib. alien. merito nedum in hoc regno Siciliæ statuit Viceregẽ, seu eius Locumtenentem, qui est superior & præsit omnibus officialibus quibuscumque in dicto Regno, vt videtur apparere in cap. regni recolendæ memoriæ Regis Alphonsi cap. 398. fol. 223. cum potestate magna, vt capitaneus generalis, & vicarius, nam tamquam vicarius Regis eius personam representat, & dicitur corpus illius cuius locum tenet vt supra qui quidem Vicerex non habet administrationem, donec ingrediatur, & iuret & ante hæc adimplemento non expirat officium prędecessoris per tex. in l. 1. ff. de offic. præfect. augusta. Vincent. de Franchis decis. 393. num. 1. & fit ingressu Viceregis, magna festiuitas & gaudium, non sine maximo sericaceo pontis, & alijs oppulentis apparatibus, in hoc regno Siciliæ pro vt dicta festiuitas. Clarè & manifestè patet, taliter quod † vicarius Regis potest ea facere, quæ & ipse Rex per l. si augustę. ff. de leg. 2. vt dixerunt Paul. de Cast. & Alex. & alij in l. 2. ff. de offic. eius, & late Raph. Cum. consil. 157. 158. & consil. 162. & de Franchis decis. 165. nu. 2. & gaudet omnibus priuilegijs, & prærogatiuis quibus Rex gaudet. l. vnicuiq; C. de pot. sacri scrin. hinc potest facere pragmatica, & banna sub nomine Regiæ Maestatis, & exercere merum & mixtum Imperium, vt dicunt Bald. in authen. sed nouo c. de serui. fugi. Bar, & Bald. in l. 1 §. hi quibus. ff de leg. 3. & potest etiam donare, & exercere liberalitatem, vt dicit Bald. cons. 313. vol 3. Barbat. cons. 18. in 1. col. vers. capio secundum vol. 3. Salic. in l. cum indulgentia, C. de sentent. pass. & iurisdictio eius dicitur esse ordinaria, sicut legati à latere vt per doct. in cap. tua de offic. vicar. & tradit Marant. in 4 p. sui spec. distin. 5. nu. 9. nam per officiales iuxta ipsius Regis uoluntas debitæ exequutioni mandatur, arg. l. 1. §. sed neque C. de vet. iure enuclea. l. 1. §. credidit ibi quam foret iudicaturus, &c. ff. de offic. præfect. pręt. & tex. in l. quidẽ, ff. de re iud. vbi dicitur quod princeps, qui magistratus dat omnia gerere videtur, quibus magistratibus ipse etiam Rex ad instar solis capit. solitæ extra de maior. & obed. suæ dignitatis, ac potestatis splendorem & effectum communicauit, ac ad instar fontis totius nobilitatis, dignitatis, & iurisdictionis plures ex se riuolos fecit vt per Bald. in c. 1. §. ad hæc de pace iur. firm. in cap. 1. quis dicatur dux. Quemadmodum enim freno regitur equus, ita per iudices & offitiales regitur ius ciuile, & per sacerdotes ius ecclesiasticum, vt per doct. in rubr. de iudic. in 6. & clem. 1. de offic. ordin. & pro conclusione istius gloss. dico quod excellentia Viceregis quantumcũque exterus possit concurrere ad officia & beneficia, tanquam siculus oriundus vt habetur in cap. 8. regni recolllendæ memoriæ serenissimi Regis Ioannis fol. 277. mihi & stante recessu à regno Illustriss. domini comitis Oliuaris Viceregis sua sacra, & Catholica maestas statuit creauit & ordinauit in offitium præsidẽtatus, generalisq; capitaneatus excellẽtiam Illustriss. domini don Ioan. de Vigintimilijs, marchionis Ieracij, Principis Castelliboni, & ista principatus dignitas ęquiparatur. Regi nam appellatione principis intelligitur Rex cl. vnica de baptismo, vbi bona glo. & in vsibus feudo. secundum Bald. eo maximè quòd pars mistici corporis principis, senatores sunt, l. quisquis in princip. C. ad leg. Iul. Maiesta. ac inter eos princeps ipse connumeratur, l. ius senatorum, C. de digni. libro 12. & de his quibus dictum fuit de Vicerege locum habere videtur in pręsidente, nam præses est nomen generale ad omnes proconsules & legatos cęsaris, & oium prouinciarum rectores, siue moderatores, vt l. 1. ff. de offi. presi. & istud officium ad beneplacitum Regiæ dignitatis habere videretur cum nonnullis dignitatibus præheminentijs, & prorogatiuis, & alijs vt latius habetur in c. regni 2 1. 22. recolendæ memoriæ præfati regis Alphonsi in quo quidẽ loco merito assumptus fuit, ipse Illustrissimus, & excellentissimus dominus de Vigintimilijs propter optimam

mam experientiam ; qua vsus fuit in ciuitate Messanæ tempore officij Straticoti, & de ista experientia sagacitate, prudentia,& magnanimitate omnibus innotescit, nam experientia est rerum optima magistra, vt dixerunt doct. in cap.quam sit de electio.in 6. & Affl.in dec. 13.nu. 18. & sic fuit impositus finis huic glosæ,laus Deo optimo & maximo.

Frater Marianus Maringus,

GLOSA TERTIA.

IN priuilegio incipiente, nos Alphonsus, breuiter dico, quod priuilegium est principis beneficium cõtra ius commune indultum, non enim est priuilegium nisi aliquid indulgeat speciale cap.abbatem de verb. signific.& cap.in his de priuile. & dicitur quasi priuans legem, vel est lex priuata,idest vnius ante alios honor vel dignitas, aut immunitas (qua sibi conuenit) eorum quæ alias incumbunt, vel quæ de iure communi allegantur, quæ quidem Maestas Catholica sapientissimè Ritum Mag. Reg. Cur. reformauit priuilegium cuius ritus videtur incipere modo iam dicto & inde capitula ordinatim sequuntur per modum vt infra patebit.

GLOSA QVARTA,
in tex. ibi

NOS ALPHONSVS
Dei gratia Rex, &c.

IN isto præfato textu tria posita videntur, & assumpta reperiuntur primaria, in rubrica ipsius textus, non tamen putes (amantissime lector) ista verba non absque magna causa apposita esse videntur, primum enim, proprium nomen ipsius regis, proculdubio est, sicut enim græcorum leges conditorum nomina expressim continebant, cuius vis nationis legislatorum grecorum nomina præmittebant, & hic sapientissimè doctissimeq; factitatum vides. Quapropter sapientissimi legislatoris nomen Alphonsus appellatur Aragonus in filium autem adoptatus, per Reginam Ioannam, regni vtriusq; Siciliæ, tunc dominam & Reginam, Alphõsus ergo inter nostri sæculi proceres maximi emicuit, non solum armis, sed verum etiam sapientia summis viris comparandus; obijt iam senex, anno regni Italici 22. salutis vero 1457. decorato prius isto præfato suo regno Siciliæ, nonnullis constitutionibus, capitulis, legibus, ordinationibus, & præcipue isto nostro statuto, Ritus Mag. Reg. Cur. nuncupato, vt supra diximus de quo tractandum est, in isto opusculo, secundum inspirationem domini nostri Iesu Christi eiusque intemeratæ matris Mariæ semper virginis, atque etiam omnium sanctorum, quibus gratiam piè inuoco, & peto,

GLOSA QVINTA.

IN priuilegio nos Alphonsus in text. ibi vsitari. Adde quod forma tradita à ritu seruanda est Doctores omnes in l. 2. capit. quæ sit longa consuetudo, & Bald. in l. de quibus. ff. deleg. ad eo quod si non seruetur Ritus non valeret,& cap.vt cap. de diuers. rescript. l. sacri affatus, & C. de diuersis off. in l. probatorias lib. 12. nam vbi à statuto est certa forma tradita punctualiter est seruanda.ff. de trans.& l.cumij 2.§. si prætor, & l. pro latam C.de senten.& per not in l. vniuersa C. de præcib. Impera. offi. ex quo à forma l. vel statuti non debet recedi, quia forma est legis ordinata, dispositio ueros habens fines C. de iure fisci l.certa forma. ff. ad municip.l constitutionibus, & decit Innoc. in cap. cum dilecta de rescrip. quod ubi datur certus ordo à Papa, uel à Rege,& ille non seruatur, actus est ipso iure nullus, & sequendo ordinẽ iuditiarij Ritus M. R. C. de quo oritur ordo & modus procedendi, & practicandi formaliter in omnibus causis, tam ciuilibus, quàm criminalibus, & mixtis tractandum est aliquantulum de citatione ut in sequenti primo capitulo ipsius Ritus legitur.

Text. Ritus cap. primo.

Tractaturi de iuditiorum Ritu, à citatione, à qua iudicium incipit, inchoandum esse censemus, littera citatoria, à magna curia impetrata, infra terminum quadraginta dierum, infra quem pars citari possit, tantum efficaciam habeant, & non vltra.

Nota prima de citatione.

1 NOta quod in supradicto capitulo videtur tractare de iuditiorum † Ritu, & vno quoque ipsorum initium uidetur habere à citatione de qua aliquantulum pro iuuenum instructione de ipsa citatione tractandum sit, & hoc

dum Bart. in pręalleg. §. prætor ait col. 2. uers. sed quod debet nuntius refferre sequitur Geminia. cons. 2. nu. 8. Item in scriptis vt suprà, & sic per indè habetur ac si personaliter citatus esset, nam sine scriptis seu literis non valet secundum Alex. in addit. ad Bar. in l. pala-
14 tinos C. de collat feudo fiscali. lib. 11. † Item fiat patenti loco non in angulo, vel sub hostio domus secundum Bal. in l. sed & si pupillus §. de quo palam. ff. de instit. & subst. Item etiam quod fiat coram testibus qui citationem legerint. secundum Rebuff. de citatione artic. 1. & 5. glos. 3.

15 Item scias † quod etiam citari debet vnusquisque prætendens interesse, in iuditio aliàs actus non valeret, qui fit sine citatione, & ad has citationes specialiter debent citari omnes quorum interest, & quando omnes quorum specialiter interesse prætenditur ignoratur tunc omnes citantur per generalem citationem, scilicet per publicum præconem, in locis publicis, solitis & consuetis, vel literis affixis inualuis templi, vel ianuæ curiæ, vel ciuitatis glo. in l. hæc autem. ff. quibus ex caus. imposse. eatur, & si hoc non fieret actus esset inualidus, vt latè per Mara. in locis pręallegatis,
16 vbi etiam inquit quod † in qualibet citatione sex requisita considerãda sunt, scilicet quis a quo per quem, qualiter, quando, & vbi. Quo ad primum scilicet quis respondetur, quod ille qui potest ex aliquo actu lædi qui fieret in iuditio oportet citari, secundo à quo, idest à quo iudice debet fieri citatio, dicitur qđ omnis iudex competens legitime potest citare, siue sit ordinarius, siue sit delegatus, secus si est in competens quoniam citatio iudicis in competentis non valet, tertio per quem respondetur, quod citatio potest & debet fieri per nuntium, siue porterium, aut seruientem curiarũ. Quarto, qualiter idest qualiter citatio sit facienda super quo dicitur citationũ plures species reperiuntur quędam enim est citatio realis, seu personalis, quæ fit per manus iniectionem, seu capturam personæ, secunda est citatio verbalis, quæ fit solo verbo, tertia quæ fit ad literas, quarta est quę solet fieri per edictũ, quinta est, quæ fieri solet per proclama, sexta est per campanam, seu per tubam. Aduer-
17 tendum est tamen, quod † in omni genere citationum tria requiruntur, seu sunt consideranda de quibus dictum est suprà, vt melius p Damoder. in locis suprà citatis, vnum scilicet ex parte iudicis pro ut est commissio de citando, & duo ex parte nuntij, scilicet ipsa citatio seu executio commissionis & relationis factæ, quinta quando debet fieri citatio respondetur quod fieri debet in die iuridico, non autem in die feriato ad honorem Dei, nam si fieret in die feriato non valeret, & sicut non valet citatio die festo, nec etiam bannum secundum Bald. in l. in tempus ff de hæred instit. ne subhastatio, itẽ debet fieri tẽpore congruo, aliàs citatus, non tenetur comparere, & in hoc est notandum quod in tempore in congruo dicitur citatio fieri, puta quando quis dormit, vel comedit, est doctrina Bart. in l. non solum §. morte num 59 ff. de noui oper, nunc. sexta scilicet vbi debet fieri citatio, ista quæstio duo membra potest habere, unũ scilicet vbi idest in quo loco debet quis citari, & dictum est suprà vers. item quod fiat patenti loco secundũ in quo loco citatus comparere debet, & diximus supra versic. septimo debet inseri locus,
18 quęritur citatio quotuplex sit, † & quidem triplex est videlicet verbalis, quæ fit viua voce, literis quę fit literis, scripto, vel instrumento, & violenta, siue realis, quæ fit in citatione manu, seu captura personæ, & sic quicunque aliquis contra alium processum, intentare voluerit, is omnino primo partem suam aduersam in iudicium contrà se citare debet, & iudicibus exponere citationis causam, cur illum in iudicium euocauerit, quod habeat quod de illo conqueratur, quidem ab eo per iudicis decretum, & sententiam difiniri, & iudicari ve-
19 lit, & pro conclusione istius notæ dico, † quod si citatio fieret contrà tertium, quatenus sua putauerit interesse, tenetur comparere coram iudice actore agente, licet si iudex incompetens ratio est quia, tertius si intendit agere & se dirigere contrà actorem pro illis actionibus sibi competentibus, tunc sit actor, & tenetur comparere coram iudice agente, qui intelligitur esse reus conuentus, & ità practicatur, & ista quæ dicta sunt sufficiant pro instructione iuuenum, laus Deo.

Nota 2. de Iustitia & jure par. 1.

ITem notandum est antequam deueniatur ad declarationem istius nostri Ritus secundum practicam quotidianam, †
1 qualiter scriptum est Esa. capitulo 56. Vos qui iudicatis terram diligite iustitiam, nam iustitia est oculus, & regina mundi, & omnes virtutes continet, ex quo veritas mater iustitiæ est, & sicut Sol necessarius est in mundo, ita etiam iustitia, vt potius pereat mundus, & fiat iustitia quoniam via iustitiæ & misericordiæ reperiet vitam & gloriam,
2 † ergo qui vult benè patrocinari Deum, & iustitiam

ſtitiam debet amare, nam inquit Diuus Vincentius, timete Deum & date illi honorem, quoniam veniet hora iuditij eius, ergò ad ventilationem cauſarum ciuilium, criminalium & miſtarum, aduocatus debet bene diligenter & iuridicè dirigere ſuos clientulos vt reportare poſsit ſuam iuſtitiam ne in vanum diſsatigaretur cum tantis laboribus, & tot expenſis, & quia in præcedenti capitulo legitur tractaturi de iudiciorum ritu, de quibus non fuit tractatũ, ſed remitto me ad ea, quæ dicta ſunt per Rub. Mara. in ſuo tractatu iudiciorũ vbi late de iſta materia videri poteris.

In eodem primo cap. in tex. ibi literæ citatoriæ, &c.

Nota 3. de citatione ad literas par. 1.

ITem notandum eſt pro intelligentia
1 præſcripti capituli qualiter † fit iſta citatio cum quis à iudice per literas citatorias in ius reſponſurus vocatur, & per hanc citationem maxime apparet, & clare demoſtratur quod omnia legitimè peraguntur, & in iudicio conſtituta ſunt ſi quis eam citationem negaret, vel in dubio reuocare vellet ſtudeat ſi habeat requiſitionẽ de quibus ſigillatim inferius, & tractant doctores in cap. prouidentia de off. deleg. & in cap. literę eod. tit. requiruntur profectò quod
2 ſuperius diximus † in citatione verbali videlicet nomen iudicis, ſiue ordinarius ſiue delegatus ſit iudex qui citationem mandauerit, ſcilicet per ſubſcriptionẽ literarum, & nomen & cognomen eius qui citatur, & cauſa ſuper qua citetur. Item locus ad quem, & dies ad quem citatur, & perſona ad cuius inſtantiã citata eſt, & vt vel per ſe, vel per legitimum & idoneum compareat procuratorem, vt ſupra dixi in ti-
3 tulo de citatione, & in † eiſdem citatorijs literis debet inſeri & narrari caſus & cauſa impetratarum literarum, nam nemo ſinè cauſa citari poteſt. Ideò vt ſi in citatione non exprimatur cauſa, non inducitur litis pendentia, vt in clem. 2. vt lite pende. literę verò dantur per iudicis diſpoſitionem, hoc eſt iuxtà actio-
4 nis naturam, quæ literæ † citatoriæ emanatæ à M.R.C. vel à quibuſcumque alijs curijs regni, diriguntur offitialibus aliarum terrarum & locorum regni vbi reperitur pars citãda, & infra 40. dies efficatiam habent, incipiẽdo à die datæ ipſarum literarum, quibus diebus 40. elapſis non poteſt nec debet procedi ad ipſam citationem, ex quo inſtantia reperitur perempta in quibus diebus 40. non ſolum literæ debent præſentari iudici cui diriguntur, verum etiam infrà eumdem terminũ citatio debet eſſe redacta in ſcriptis cum relatione, nuntij, ſiue porterij in dorſo ipſarum literarum, cum diei annotatione, & duorum teſtium, coràm quibus citatio ipſa facta fuit, & emanare etiam literas reſponſales infrà eũdem terminum numerãdum à die citationis pro vt infrà dicitur quibus ad impletis tunc dici poteſt quod efficatiam habuerunt infrà 40. dies aliàs citatio poteſt dici circumducta,
5 † ſed aduertendum quod licet iſte alter terminus dierum 40. literarum reſponſalium incipere videatur à die datæ ipſarum literarũ reſponſalium, quæ quidem literę poſsint ſignari, mox ſequenn. die poſt finitam primam inſtantiam primarum dierum 40. illa ratione, quia dictio à excludit diem termini ex l. à caligato, C. de nupt. nihilominus magis tutus eſt vſus eorum qui faciunt ſignari literas reſponſales, antequam tamen labantur primi dies quadraginta, alias diceretur inſuſari, & ita vidimus per ea quæ dicta ſunt per Corſett.
6 q.1.partis primæ. † Igitur ſi pars facere hoc nõ curauerit, citatio circumducitur, & habetur ac ſi facta non fuiſſet, ex quo præſcriptionem nõ interrumpit l. & poſt ædictum §. 1. & ibi not.
7 Bald. ff. de iud. † nam actor non comparens, videtur tacite renunciare tali citationi, & ſic citatio eſt imperfecta, cum non conſtet ex ſuis partibus, taliter quod citatio tunc dicitur perfecta, quando de ipſa citatione facta eſt per nuntium, relatio in ſcriptis redacta, ita determinat Pet de Anchar. in clem. 2. vt lit. pen. & Alex. in l. fin. ad fin. C. de anna excep. in prin. col. 4. verſ. nec obmitto. ff de eo per quem fac
8 erit, † & ſic ex illa citatione non poteſt legitime contumatia incuſari, nec officiales quibus literæ prædictę diriguntur, tenentur nec debent eas exequi, & ità practicatur de ſtilo M. R. C. in quibus quidem literis reſponſalibus ſolent inſeri literę citatoriæ de verbo ad verbum cum tota decretatione, & pręſentatione, quibus expeditis, & completis, ſimiliter literæ reſponſales efficaciam habent infrà alios dies
9 40. † nam acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis inſti. de re, diui. §. ſi tamen alienã. ff. ſi quis cau. l. ſi cum §. qui iniuriarum, & in regula acceſſorium de re iur. lib. 6. & acceſſorium non eſt ſublatum ſublata principali pręſcriptione Cyn. in l. intelligere C. de luitione
10 pigno. † ex quo dictus terminus numquam interrumpitur per ſolam ſimplicem citationem, ſed opus eſt in eodem termino dierum 40. vt ipſa citatio redigatur in ſcriptis, vt ſuprà & in eo emanare reſponſales literas, & tũc ſi reperiuntur expeditæ, & completæ licet ſit pro-

11 propefinem vltimi termini, † quia in præscri-
ptione dies ceptus non habetur pro comple-
to, sed vltimum momentum expectatur, vt in
l. in omnibus de actio. & oblig. gloss. in l. 3. de
mino & glos. in § propterea Ist. quibus non
12 est permi. facie. testa. † & si primus terminus
fortè reperietur præscriptus, tunc incipit no-
ua instantia, & intelligitur insuflata vita secũ-
di termini, secus est si non sunt adimpleta ea,
quæ supra dicta sunt, & tunc literæ responsa-
les non possunt neq; debent emanari sicut si re
periretur legitimè interruptus, nam à die quo
interruptus fuerit incipiunt aliæ dies 40. quæ
dicuntur accessoriæ, & accessoriũ sequitur na-
turam sui principalis per leges supra allegatas.
13 † Aduerte tamen quod præscriptio impeditur
.s. illam interrumpendo, quæ iam incepta
erat, quæ interruptio facta per solam citatio-
nem effectualiter, vt supra, & aliquando per li
tis contestationẽ, & aliquando per sententiam,
& est talis interruptio, quod ciuilis nuncupa-
14 tur est, item † & naturalis, quæ contigit quo-
ties possessio per tẽpus à lege præstitũ non per-
petuatur, l. naturaliter de vsucap. exẽplũ, & si
habetur in §. diuina inst. de vsucap. & sic non
potest amplius procedere virtute præscriptio-
nis, vnde eum est interrupta, siue ciuilis, siue
etiã naturalis modo vna cum mala fide super
forte veniente, non potest amplius procedere,
15 † nisi de nouo inchoatur, facta legitima inter-
ruptione cũ prima instantia, quo casu neces-
sarius est totus ille cursus temporis, qui pri-
mũ requirebatur. l. cum notissimi, & ibi gloss.
in princ. & in l. sicut, C. de præscript. trigin.
16 vel quadragin. anno, & † sic interruptio præ-
scriptionis aliud est, & aliud pperuatio actio-
nis, vt magistraliter, tradit. Iat. post gl. & alios
in d. l. cum notissimi in §. si his, qui tempora-
17 li, in princ. Item aduerte † quòd si citatio, sit
circumducta, vel litis contestatio sit nulla, vel
illa, quæ facta est fuit coram Iudice in cõpetẽ-
te nõ inducit interruptionem præscriptionis,
vt dicit glo. in c. ut debitus de appel. & l. si pa-
18 ter, C. ne de sta. defun. & sic citatio, quæ fuit
nulla non perpetuat iurisdictionem, glo. not.
in cap. plures, in ver. qui potest de offic. de-
19 leg. in 6. & Roma. cons. 412. & † sic dies 40.
in casu nostro incipiunt à die legitimæ inter-
ruptiones, & datæ literarum responsalium
infra quas potest, & debet pars vocari in iudi-
ciò, & ei cõtumaciam incusari elapso perem-
20 ptorio in primo regimine sequenti, & † si reus
non compareret in alio sequenti regimine, actor
si uult debet mitti in possessionem rei petitæ
causa rei seruandę, ut infra dicam, secus est si
reus cõparet in illo regimine elapso perẽpto-
rio, quando debet incusari contumatia, quo-
niam tunc elapso peremptorio ipsarũ littera-
rum, licet cõtra cũ incusari debet contumatia
tamen non dicitur contumax sed ei remanet
loco petitionis donec pręsentetur libellus dũ-
modo libellus sit præsentatus infrà terminum
21 legitimum, † qua contumatia incusata fortè
aduocatus rei potest ponere respondentem in
contumatia de mandato iudicis, & si actor
fortè elapso perẽptorio non cõparet ad incu-
sandum contumatiã efficitur cõtumax, & pu-
nitur ad omnes expensas etiam viaticas factas.
per reum, & ità practicatur in M. C. quo casu.
22 † Aduocatus rei stante contumatia actoris,
potest in iuditio comparere, & verbum facere
iudici pro tribunali sedenti dicendo, sp. domi-
ne titius cõuentus ad instantiã sempronij acto
ris citatus fuit ad literas, & peremptorio iam
elapso vt patet per litteras responsales, & ipse
sempronius actor non comparuit ad incusan-
dũm contumatiam contra ipsum conuentum
super petitione in litteris citatorijs declarata,
quod vtiquè placeat dominationi vestræ, sp:
mandare quòd ipse reus habeat licentiam re-
cedendi stante contumatia actoris: & Iud.
potest mandare quod habeat licentiam rece-
dendi, & de hoc fiet actus apud acta cur. &
tunc reus potest sibi expensas taxari facere
23 etiam viaticas accessus, & recessus † nam con-
tumatia actoris punitur loquendo in causa ci-
uili ad omnes expensas similiter si reus in vlti-
mo peremptorio comparuit, & actor non cõ-
paret euanescit citatio, & edictum circumdu-
citur tex. est in. l. & post ędictũ sępius allegata.
§. 1. ff. de Iud. & sic absoluitur reus ab obserua-
tione iuditij, & actor condemnatur ad expẽsas
& antequàm iterum audiatur, tenetur expen-
sas reficiere, & ità inquit Andr. de Iser. in cõst.
sponte uolenti fol. 1 & in authen. qui semel. C.
quomodo, & quando iudex, † secus si citetur
quatenus sua putauerit interesse & non princi-
paliter, quia talis citatio non artat ipsum ad
24 comparendum de necessitate, nam si non cõ-
paret non potest dici contumax, nec puniri,
quia ista dicitur citatio uoluntaria Paul. de
Castr. & Alex. in l. testamenta omnia C. de te-
sta. Bal. in l. libertus a patrono ff de in ius vo-
can. Feli. in c. cum inter priorem num. 11. de
excep. & est pulcra. additio remissiuè, Bal. in
l. 2. C. si contra ius, vel vtil. pub. & de ipsarum
citationum forma uide, ut in inf. ascripta con-
tumatia, quæ citatio debet fieri vulgarizata, ut
in ea cõtinetur, & hęc sufficiũt ad ea quę dicta
sunt circà literas citatorias. Laus Deo.

Nota 4. de iudicij par. 1.

1 ADuerte † quod dictum capitulum in tres partes diuiditur 1a; de iudicijs ex quo in plurali ponitur, secundo de citatione vbi iudicium incipit, tertio de litteris citatorijs de quibus
2 desuper tractatum fuit. Additur † quarta virtute §. finalis, instit. de pœna temere litig. ibi quod filius, & seruus non possunt in ius vocare parentes, nisi prius petita, & habita licentia à curia, de quibus omnibus iam desuper tractatum fuit, & est solummodo dicendum, quod iudicium sumit initium per litis contestationem, vt in aut. de litigiosis, §. si verò a præside, & C. de iudic. l. apertissimi, & post lit contest. non potest forus declinari vt. ff. de iudic. l. 1. & 2. quæ quidem litis contestatio etiam de consensu partium remitti non potest, vt in rub. ff. & C de litis contestat. beneuerũ quod hodie stante reg. pragmat. de causis summarijs primus actus contradictorius siue ille actus, qui solet fieri vbi lis contestatur in mistis causis summarijs immediate post quam est factus habet vim contestationis, vt infra melius dicam, & deueniendo ad ueniam, & licentiam quam tenentur petere filius non emancipatus, & seruus quando intendunt agere contra patronum, & parentes, & si filius est in potestate patris nullo pacto agere potest, & aduerte quod in curijs inferioribus in ista causa solet fieri cedula tenoris sequentis, &c.

Formula cedula venia, & licentia contra parentes, seu patronum.

APud fęlicem vrbem Panormi, & in M. R. C. ibidem degente comparuit Sempronius, & sua expositione narrauit dicens quod cum exponens ipse intendit agere, & iura sua experiri contra titium eius patrem, siue patronũ, super petitione, seu talis rei sitę, & positę, inq, & quia de iure non licet filio non emancipato, seu seruo in ius vocare parẽtes, siue socerũ, vel patronum nisi prius petia, & obtenta venia, & licẽtia ab ipsa curia, qua pp. vt ritè & rectè procedatur adhiuit exponẽs ipse eamdẽ M. R. C. & ab ea petijt, & petit de infrascripto iuris remedio sibi prouideri debere, quę quidẽ M. R. C. ipsa annuens petitioni prędictæ tamquã iustę, & iuri consonæ tenore præsentis cedulæ præfato Sempronio concessit, & concedit, dedit & dat licentiam, & veniam agendi, & iura sua experiendi in ipsa M. R. C contra dictum Sẽpronium eius patrẽ, siue socerũ, vel patronũ, contra quem possit liberè agere super petitione prędicta cum suis incidentibus emergentibus, & connexis agere facere totũ, id quicqd & quátũ necesse fuerit in ipsa causa, & de iure requiritur, vsque ad debitum finẽ litium, & sententiam, trãsactam in rem iudicatam, & de ea executionem effectiuam facere; & omnia acta per eum facienda ex nunc pro vt ex tunc M. R. C ipsa valida, & firma declarauit, & declarat, ac si essent facta per legitimam personam habentem authoritatem, & potestatem agendi, & standi in iuditio, quam quidem cedulam veniæ, & licentiæ, ac omnia, & singula in ea contenta ad effectum prout in ea M. R. C. ipsa acceptauit, & acceptat laudauit, & laudat approbauit, & approbat interponendo super his omnibus, & singulis suam iudiciariam authoritatem pariter, & decretum.
In Cuius Rei causa.

V. T. iudex.

Receptã Panormi die, &c. de mandato &c. in uim. tal. i. &c. cedulę, &c. demisione, &c.

Qua cedula recepta in iuditio fit citatio de qua citatione scribatur cõtumatia tenoris sequentis, &c.

Forma contumatiæ in causa ciuili.

COntumacia meuij c. f. ad instantiam Titij ad subeundum super capitulis seu interrogatorio contra eum pręsentato siue pręsentando, quibus subitionibus habitis vel non super petitione vnius vineę, sitæ & positę, &c. & super pręmissis capitula & protestata pręsẽtãdũ terminos dandum & recipiendũ testes producendum, subeundum; literas de audientia testium emanandum, publicandum cõcludẽdum collationem processus, sententiã audiendũ & ad omnes & singulos actus necessarios faciendum & de citatione constat per talem porterium.

Forma literarum citatorialium casu quo pars est absens in causa ciuili.

PHILIPPVS. &c.

VIcerex in hoc Sicilia regno vniuersis & singulis offitialibus regni eiusdem maioribus & minoribus, quocumque titulo & dignitate fungentibus & præsertim tali ciuitati cui uel quibus præsentes præsentatæ fuerint fidelibus regijs gratiam & bonam voluntatem, quia

quia titius intendit in ipsa M.R.C. agere contra meuium super petitione vnius uineæ, sitæ & positę, &c. vt ritè & rectè procedatur opus est partis citatione. Quà propter vobis & vnicuique vestrum, dicimus committimus & expressè mandamus quatenus statim acceptis præsentibus omni mora & dilatione post positis per aliquem vestræ curiæ seruientem ad petitionē dicti titij, seu cuius vis personæ pro eo comparentis etiam sinè procuratorio citari & requiri facere debeatis præfatum meuiū ad subeundum super interrogatorio, seu capitulis contra eum præsentatis seu præsentandis quibus subitionibus habitis vel non super petitione dictæ vineæ, sitæ & positæ, & pro vt melius in libello declarabitur & super præmissis terminos dandum, & recipiendum, capitula & protestata præsentiā ium testium iuramenta videndum literas de audientia testium emanandum, publicandum collationem processus siue scripturarum sententiam aut interlocutoriam audiendū & si opus est scripturas ad effectum mittēdum & ad omnes actus necessarios faciendum, vt octauo post citationē ipsam habeat velit & debeat legitimè & perēptoriè comparere responsurus in dicta M.R.C. dicto titio super petitione iam dicta & si nō fecerit copiam sui eum citari & requiri facere debeatis per affixionem consimilium in ualuis ianuæ eius solitæ habitationis, diem verò citationis vel affixionis prędictæ per quē & coràm quibus quicquid per vos actū extiterit vestris responsalibus literis formam præsentium continēntibus ad nos rescribere curabitis cauti à contrario sub pęna florenorum mille fisco regio applicanda, datæ. Vid. talis Iudex.

Nota 5 par. 1.

1 ADuertæ † quod dictæ literæ citatoriæ præsentari debent iudici seu officiali cui diriguntur, vt fiant literæ responsales in forma per quem iudicem in dorso ipsarum fit decretata modo infrascripto videlicet.

Præsententur, & exequantur & fiant literæ responsales. Talis Iudex.

Et magister notarius debet ponere in calcę dictæ decretationis præsentationem ipsarum literarum pro vt infrà sequitur.

Pręsentatę Corleoni, die &c. & in curia &c. de mandato &c. & fiat literæ responsales T. I citato dicto meuio coràm T. & T. duobus testibus, constat per talem seruientem.

Quibus literis præsentatis debent fieri literæ responsales per curiam tenoris sequentis, videlicet.

Forma literarum responsalium.

NOs talis iudex curiæ, &c. Multum spect. dominis M. R.C. Iudicibus cui uel quibus præsentes præsentatę fuerint fidelibus regijs salutem. Comēdationem præmissam accepimus literas tenoris sequētis, videlicet.

Et incluso tenore dictarum literarum citatorialium cum tota decretatione & præsentatione inde sequitur, vt infra.

Quarum literarum tenorem formam volētes nos exequi vt tenemur cū effectu die &c. per talem nostræ curiæ seruientem, præfatum meuium coràm tale & tale testibus citari & requiri fecimus ad instantiā dicti titij ad præmissa omnia & singula in præinsertis literis contenta per traditionem consimilium in manibus proprijs, seu per affixionem consimiliū in ualuis ianuæ eius solitæ habitationis ex quo, &c. vt octauo peremptorię post citationem uel affixionem ipsam habuisset in ipsa Mag. Reg. Cur. comparere responsurus dicto titio actori vt in præinsertis literis continetur, nil aliud nisi nos promptos pro dominationibus vestris spect. offerimus datæ, &c. in calce cuius iudex & magister notarius ponunt subscriptiones vt infra.

Ad omnia mādata dominationum uestrarum spect. paratus talis iudex, vel vidit sempronius de tali iudex.

Fabritius Magister notarius.

Suprà scriptio ipsarum literarum responsalium sequitur vt infrà.

Spect. DD. M. R. C. Iudicibus, suis dominis quam plurimus obseruandis.

Forma literarum citatorialium, à curijs inferioribus, emanatarum, ad iudicès M. R. C. directarum.

NOs gaius iudex R. C. causarum ciuilium ciuitatis Corleonis, seu talis terræ spect. DD. M. R. C. iudicibus, nec non oībus & singulis officialib⁹ totius regni maioribus & minoribus vel quibus pręsentes pręsentatę fuerint fidelibus regijs dilectis dominis, & amicis nostris carissimis salutem, quia in quęstione vertente in nostra curia inter titium actorē ex vna & meuium conuentum parte ex altera super petitione cuiusdam loci siti, & positi, &c. seu reditionis computi administratę tutelæ gestę, & administratæ per dictum meuium nomi-

nibus, & super præmissis capitula, & protestata præsentandum, terminos dandum, & recipiendum, subeundum, testes producendum, literas de audientia testium emanandum, & si opus est scripturas ad effectum mictendum ex parte dicti actoris nominibus dicendum, & allegandum quidquid voluerit collationem processus siuè scripturarum, sententiam, siuè interlocutoriam audiendum, & cætera necessaria faciendum, quapropter rogamus dominationibus vestris quatenus ad instantiam dicti actoris nominibus, seu cuiusuis personæ pro eo comparentis etiam sine procuratorio velint, & dignentur per aliquem porterium, siuè seruientem curiæ vestræ, præfatum meuium citari, & requiri facere pro cultu iustitiæ super dicta petitione, vt octauo post citationem ipsam habeat velit, & debeat legitimè, & peremptoriæ comparere responsurus dicto actori nominibus in curia prædicta, & si nõ fecerit copiam sui eum citari facere dignemini per affixionem cõsimilium in valuis ianuæ eius solitæ habitationis diem verò citationis, vel affixionis prędictæ per quem, & coram quibus quidquid actum extiterit per dominationes vestras ip. dignemini per literas continentes formam p ęsentium nobis rescribere dignemini, pro ut nos pro vobis in similibus, & maioribus faceremus in quibus nos promptos offerimus, datæ Corleoni, die, &c.

Spect. Domini.

Ad omnia mandata DD. VV. spect.
Paratus.

Gandinus Iudex.

Daniel Magister Notarius.

Et si literæ prædictæ diriguntur iudicibus curiarum inferiorum ipsa subscriptio potest fieri modo infrascripto, videlicet.

Ad grata dominationem vestrarum
Paratus

Gandinus Iudex.

Daniel Magister Notarius.

Suprascriptio ipsarum literarum, fieri potest vt infrà sequitur, videlicet.

Spect. DD. M. R. C. iudicibus suis DD. seu Magnificis, seu nobilibus officialibus talis ciuitatis, seu terræ amicis nostris carissimis.

Forma literarum citatorialium directarum commissario, seu porterio M. R. C. quando citandus reperitur extrà territorium vbi M. C. moram trahit.

PHILIPPVS &c.

Vicerex in hoc Siciliæ regno, gaio commissario, seu porterio M. R. C. ad infrascriptam causam serio destinato fideli regio, dilecto gratiam & bonam uoluntatem, quia titius intendit se dirigere apud acta M. R. C. seu coram tali iudice cui negotium fuit commissum per excellentiam sua super petitione unius loci siti & positi, &c. contrà & aduersus meuium indebite detemptorem, & possessorem loci prædicti ut melius in sua petitione seu libello declarabitur, & ut rite, & rectè procedatur opus est partis citatione, ideò tibi dicimus, committimus & expresse mandamus, quatenus conferens te in talem ciuitatem seu terrã & quo opus fuerit in regno ad instãtiam dicti titij actoris seu alterius eius nomine comparentis etiam sinè procuratorio pro huiusmodi causa citabis dictum meuium ad pręsentationem cuiusdam supplicationis porrectæ excellentiæ suæ existentis in regia secretaria & ad prosequendum ipsam causam coram M. R. C. prędicta statim stante actu facto in uim pragmaticæ per excellentiam illustrissimi domini pro regis ex quo agitur de untijs quatricentis uel ducatis & super pręmissis capitula, acta & protestata, seu incartamentum præsentandum, testes producendum, subeũdum literas de audientia testium emanandum terminos, dandum & recipiendum, seu terminum dierum quatuor dãdum iuxta formam dicti actus excellẽtiæ suæ, aduersus dictas scripturas acta & incartamentum, & si opus est publicandum collationem processus, siuè scripturarum sententiam, siuè interlocutoriam audiendum, & ad omnes, & singulos actus faciendum, & si nõ fecerit copiam sui ipsum meuium cites per affixionem consimilium in valui ianuæ eius solitæ habitationis, vt quarto perẽptoriæ post citationem vel affixionem prædictam, habeat velit, & debeat legitimè & peremptoriè comparere responsurus dicto actori in ipsa M. R. C. super petitione prædicta contra eum facta, seu facienda diem verò citationis, vel affixionis prędictæ coram quibus, & quidquid per te actum extiterit in redditu seu aduentu tuo de omnibus certiorabis eãdem M. R. C. & relationem facias, vt decet, dantes tibi in & circà præmissa omnimodam in quolibet præmissorum

rum potestatem auctoritatemq; , ac vices & voces nostras & M. R. C. cum suis incidentibus , emergentibus & connexis mandantes omnibus offitialibus dictæ Ciuitatis, & regni, quod in executione tibi pareant , & obediant præstentq; eorum brachium, auxilium,& fauorem toties quoties per te requisiti fuerint & præmissa cum effectu exequamini pro quãto regia gratia tibi & dictis offitialibus chara est, & sub pœna florenorum mille, fisco regio applicanda. Datæ Panormi, seu Messanæ, die &c. Vidit,&c.

Decretatio ipsarum literarum.

Præsententur, & exequantur in forma.

Talis iudex T. ciuitatis, seu terræ.

Præsentatio Magistri Notarij.

Die,&c. presẽtes literæ præsentatæ,& executæ fuerunt de mandato, &c. executæ, &c,

T. Magister Notarius, &c.

Etsi officiales essent renitentes in præsentatione ipsarum literarum, seu non adessent in loco citationis tunc ipsa præsentatio potest & debet fieri per ipsum commissarium, vt infrà videlicet.

Die,&c. presentes literæ fuerunt executæ, & præsentatæ per me gaium commissarium, seu porterium destinatum serio per ipsam M.R.C.virtute supradictarum literarum mihi directarum ,ob renitentiam, seu tarditatem, vel ab absentiam officialium talis terræ.

Text.capituli 2.alias 97.

Citatus, si peremptorio elapso non comparet, si realitèr agitur, actor in possessionem rei petitæ, seruandæ rei causa, mittendus est, si verò personaliter, pro mensura debiti declarati, docto tamen de debito saltim summariè, vt tedio effectus, responsurus veniat: verum tamen, si posteà comparet, refectis expensis actori, possessio reo restituenda est, qui ratione contumatiæ, augustale vnum ærario exsoluat quod augustale actor, cum in possessionem mittitur, ærario soluere consueuit, & posteà purgata contumatia vnà cum expensis, a reo, consequitur, si verò reus in contumatia perseuerauerit, ius commune seruetur.

Nota 6 par.1.

NOta quod pro intelligentia capituli prædicti sciendum est quod citatio
1 † est primus actus processus; qui fit in iuditio, ut tenet Bart. in l. prima, ff de in ius uocan. & debet ista prima citatio fieri peremptoriè & personalitèr, tex. est in l.
2 scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tuto.† Aduerte tamen quod quando principalis semel fuerit in iuditio & sit opus inde ulterius citatione aliqua potest procurator citari, quia non dicitur amplius prima citatio est doctri. Bart. in l. 3. §. pretor ait n. 3. 4 & 5. ff. de dam. infec. & in l. 1. §. 1. num. 3. ff. lib. agno. & quando fit unica citatio, pro ut consuetum est sufficit, sed in ea debet adijci uerbũ peremptoriæ ut l. ad peremptorium cum duabus ll. seq. ff. de iudic. & concordat cum nostro statuto, ibi citatus si perẽptorio elapso in princ. & sic debet esse citatio cum termino peremptorio de iure communi & statutario, & non solum debet continere verbum peremptoriè, uerum etiam alia lex requisita necessaria, ut citatio ualeat, primò nomen iudicis siuè nomen curiæ per quã fit citatio, secundò nomẽ eius qui citetur, tertio ad instantiam cuius citatio fit. Quartò causa qb quam citetur. Quintó, locus uel curia in qua citatus debet comparere responsurus petitione actoris, sextò tempus infra quod citatus debet comparere, & de communi stilo M. R. C. & inueterata consuetudine, citatus, per se, uel per legitimam personam, elapso peremptorio, in primo regimine sequenti comparere debet, ut infra declarabitur. additur septimum in ipsa citatione idest uerbũ peremptoriè, ut solet hodie in literis poni, ut inquit specu. in tit. de citatione, §. iam de citatione post principium, & Bal. in l. hac consultissima C. qui test. fac. post col. 3 aliàs citatio non valeret tamquam obscura, & licet obseruatur quod in citatione uerbali licet fit in scriptis ꝓ ut obseruat M. C. in ea non ponitur uerbum peremptoriè, nam illa citatio fit cum uerbo ad primam curiam in qua reus comparere debet, & sic reus expresè habet designatum regimen in quo & quando tenetur comparere, & in illo spatio potest deliberari si uult cedere uel contendere, taliter quod dici potest qualiter citatio ipsa est facta cum uerbo perẽptoriè secus in literis citatorijs, ex quo in eis debet expresè poni peremptorium, ut quotidiè obseruatur in ipsa M. C. in tantum qđ † debet
3 esse clara & limitata text. est in l. aut aliter in princ. ff quod vi aut clam, vt citatus deliberare possit an velit cedere vel contendere intel-
4 lige tamen vt supra dictum est, † quod tem-

pus

pus comparendi in iuditio in quibus vis curijs, vbi reus fuerit citatus intelligitur ad primam curiam sequentem post citationem ipsam, & ità ex antiquissimo stilo Mag. Rer. Cur. obseruatum est, nam in edicto seu apodixia citationis solet, & debet poni, scilicet porterius, aut seruiens, (si sumus in curijs inferioribus) cites meuiũ super tali petitione ad primã curiam ad instantiam sempronij actoris, &c. vt supra dictum fuit qua de causa vltimum requisitum de verbo peremptoriè non obseruatur in citatione inter præsentes, ex quo verbũ,
5 † peremptoriè tacitè intelligitur positũ in citatione, & fit de stilo M. R. C. ad totam causam, & ad dationem terminorum, & ad omnes & singulos actus necessarios, & hoc videtur obseruari virtute cuiusdam actus in vim pragmaticæ editus, & sufficit vna citatio, & intelligitur pro tribus, vt dicit Bar. in l. qui ante calendas, ff. de verb. oblig. & ex illa citatione in dicto primo regimine incusatur contumatia, & est de stilo M. R. C. qui debet obseruari in toto regno, maximè quod † stilus ipsius M. R. C. comprobatus est per regiã pragmaticam de causis summarijs, ibi iuxta formam ritus, stilus & obseruantię M. C. attamen
7 vt supra dictum fuit † in citationibus, quæ in absentes fiunt virtute literarum citatorialium, quoad verbum peremptoriè expressè debet, & solet poni, aliàs citatio ipsa non valeret, & ita obseruari debet in omnibus curijs inferioribus, nam M. R. ritus est obseruandus in cæteris regijs tribunalibus, & curijs, vt dixerunt cauensis, & Carauit. in 1. Ritu, & Dom. de de Franchis in decis. 143. ex quo ritus nil aliud est nisi obseruantia, seu vsus circa solemnitatem actus, vt per Abb. in cap. cum secundum de tempor. ord. & in capit. aliquid de decimis, & quando citent ad literas debet fieri ipsa citatio coram duobus testibus, vt supra in literis continetur, & ita tenet Andr. de Isern. in constitut. Regni vtriusque Siciliæ in verbo citatio, colum. prima, & secunda, in tantum quod dispositio
8 istius capituli ritus dictantis, quod † si peremptorio elapso citatus non comparet in prima curia actor in possessionem rei petitæ seruandæ rei causa mittendus est, si realiter agitur, si autem personaliter pro mensura debiti fit expignoratio bonorum rei, consistito prius debito de quo agitur saltem summariè idest per vnum testem, & cum iuramento, actoris in supplementum probationũ ob contumaciam rei citati, & hoc intelligitur si fuerit tamen legitimè citatus, vt supra, alioquin non potest quis dici contumax, si non fuerit legitimè, & peremptoriè citatus text. est in l. contumaciæ, ff. de re iudic. quo casu elapso peremptorio, vt supra dictum fuit incusari debet contumacia reo alias reus non dicitur contumax, Baldo. in l. consentaneum in fin. C. quomodo, & quando iudex, stante quod non comparauit ad se excusandum, à contumacia in prima curia, & ad respondendum per actum in margine ipsius per aduocatum suum, qui respondere debet, & responsionem facere dictæ contumaciæ ei incusatæ qua responsione facta reus excusabitur à contumacia prædicta quoniam procedi potest tunc in contumacia quando quis fuerit citatus generaliter ad totam causam vna citatio sufficit pro omnibus, & si citatus non comparet omnia acta scribantur in eius contumacia sine alia citatione, & sic semper proceditur per contumaciam vsq; ad sententiam inclusiuè sine citationis reiteratione, & si citatus semel comparuit tunc generalis citatio suum amittit effectum, & reus non dicitur amplius contumax, & debet inde citatus deinceps recitari ad alios actus, & ad vnamquamque actionem, alioquin processus non valeret, ita dixit Demod. in sua pract. ciui. cap. 57 in tit. de citatione in genere, nu. 14. cart. 97. mihi, eo maxime quod reus est priuilegiatus in exceptione sicut actor in actione sua, vt dixerunt Bald. in cap. cum inter. 3. & 4 colum. extra. de excess. Imol. in cap. cum Ioannes extra de fide instrum. & Paul. de Cast. & Maya. in l. si duo præsenti, §. si quis iurauerit, ff. de iureiur. alias si non comparet, & actor vult agere, & se non dirigere per istam viam causæ rei seruandæ, sed vult procedere ad vlteriora circa suam petitionem in dicta contumacia declarata hoc fieri potest, & omnia acta fabricare in contumacia
9 rei, † & si forte comparet, & in contumacia fuerit posita respõsio aduocati de qua fit actus in margine dictæ contumaciæ, actor non põt procedere ad vlteriora sine citatione aduocati respondentis stante excusatione suæ contumaciæ, quę responsio solet fieri hoc modo, videlicet fuit responsum per talem aduocatum rei proximæ contumaciæ prima die cum protestatione mittendi, & ita antiquitus in M. C. obseruatum fuit bene verum, quod in pręsentiarum aliquando ista responsio aduocati solet fieri simpliciter, dicendo, proxime contumaciæ fuit posita responsio per talem aduocatum rei, sed melius est dicere cum protestatione mittendi, &c & responsio nõ solum debet fieri in M. C. verum etiam in omnibus, & quibuscumque alijs curijs inferioribus, aliàs actor potest se dirigere, & prosequi totam causam in contumaciam rei, & licet processus sit nul-

nullus tñ reus ob eius contumatiam, nó potest
10 dicere de nullitate, & ita est iuris, † & sic infrà
dies octo iuxta formam pandectarum car. 13.
linea 42. in verbo. item iudices nó possent ex-
pedire reus tenetur m̃ctare scripturas ad effe-
ctum, & petere exceptiones dilatorias, quæ de
iure debent poni ante litis contestationem, &
elapso termino prædicto dierum octo reus nó
debet audiri in exceptionibus dilatorijs, quia
nulla exceptio impedit litis ingressum, stante
11 forma pragmaticæ, † & stante regia pragma-
tica de causis summarijs, modo in regno non
fit contestatio prout fieri solebat ex capitura
aduocati per manicenem dicendo quod actor
dirigat se via sua animo litem contestandi, &
sic lis cõtestata fuit, & est, & ista responsio ha-
bebat, vim litis contestatæ, sed hodiè ex illo
actu contradictorio, sicè ex illo actu primo,
qui solebat fieri immediate post litis contesta-
tionem habet vim litis contestationis, & est
de iure, & infrà melius dicam, item etiam vi-
detur obseruare quod quando fuerit incusata
12 contumatia in primo regimine † & reus est ci-
uis illius ciuitatis seu terræ, vbi lis inchoatur
tunc aduocatus rei potest cõparere, & respon-
sum facere, & à iudice petere, & verbũ in curia
facere, vt infrà videlicet sp. domine quia pau-
lo ante in præsenti regimine fuit incusata cõ-
tumatia contrà Meuium ad instantiam titij in
tota causa, & quia ipse meuius est ciuis quo ca-
su non potest procedi in eius cõtumatia quod
vtique placeat D. V. mandare quod ista con-
tumatia reguletur ad vnicum actum tantum
ex quo agitur inter ciues, qui iudex solet in ip-
so pleno iuditio mandare, quod contumatia
ipsa reguletur ad vnicum actum tantum, & sic
inde in singulis actis faciẽdis debet citari reus
siue eius aduocatus respondens in contuma-
tia prædicta; sed si fortè reus non comparet in
ipso primo regimine, vt suprà dictum fuit, tũc
actor terminum habet etiam ad incusandum
contumatiam reo infra dies quadraginta in-
frà quem literæ responsales efficatiam habent
vt dixi, sed tutius est inuigilare, & in primo
regimine elapso peremptorio contumatiam
incusare, ne actor condennetur ad expensas
tamquam contumax, maximè si reus compa-
ret, & in iuditio petijt licentiam recedendi, ut
14 supra. † Aduerte tu aduocate, quod si reus
non comparet habebis duo remedia nempe
vel procedere in contumatia rei ad ulteriores
actus secundum Castrensem in l. si prætor nu.
9. ff. de inoff. testa. uel poni in possessionem rei
petitæ causę rei seruandę mandato iudicis, nã
contumax pęnam patitur missionis in posses-
sionem ex primo decreto, vt in l. si finita §. Iu-
lianus & ibi Bar. ff. de damno infecto, & si per-
seuerat in sua contumatia usq; ad annum pro-
ceditur ad interpositionem secundi decreti, ut
in dicto §. Iulianus, & si agitur ab uncijs quin-
que supra, tunc fit missio primi decreti in bo-
nis rei, & elapso termino anni unius, tunc fit
cedula secundi decreti dũmodo fit in vltimo
dię antequã labatur totus annus, ex quo defe-
ctus primi decreti infrà dicam durat infrà an-
num quo elapso non potest procedi ad inter-
positionem secundi decreti, & licet sit in ul-
timo die termini, attamen si reus habet legi-
timas exceptiones infrà terminum horarum
uiginti quatuor, potest illas pręsentare & obij-
cere, quibus elapsis amplius non est audien-
dus, nam cedula secundi decreti dicitur puri-
ficatoria & in purificatorijs reus hẽt facultatẽ
excipiendi infra dictas horas uigintiquatuor,
15 & ita obseruatum fuit in M. C. † & si agere-
tur in curia prætoriana non fit primum nec
secundum decretum, sed missio, & liberatio,
& ita semper uidetur obseruari in ipsa curia
præturæ, & si fortè ageretur ab uncijs quinq;
infrà tunc similiter in M. C. proceditur per-
missionem & liberationem loco primi, & se-
cũdi decreti, & hoc non indistinctè locum ha-
bet, aut enim realiter agitur, quo casu actor
mittitur in possessionẽ totius rei petitę l. si quis
emptionis § sed si quis C. de præscrip trig an-
no, aut uerò personaliter agitur, & tunc fit ex-
pignoratio bonorum rei pro mensura debiti,
docto tamen de debito saltim summariè, sci-
licet per unũ testem seu per scripturam uigore
cuius constet iudici de debito, uel per iuramẽ-
tum actoris, ut melius suprà dixi ex quo mo-
dicum parit præiudicium, ut dicit Bar. in
l. cum proponas C. de bon. auth. iud. poss qua
ex pignoratione facta per porterium de bonis
contumacis fit missio loco primi decreti, ut
infra sequitur, & redacta apud acta curię, actor
debet manere in possessionem, vt detemptor
ipsorum bonorum per annũ, & non facit fru-
ctos suos, ex quo est custos ipsorum, infra quẽ
annum reus potest comparere, & soluere om-
nes expensas cum sexta parte iurium aduoca-
ti, & procuratoris, pro assistendo, & incusanda
contumacia, ac faciendo verbum, quod actor
ponatur in possessionem causæ rei seruandæ,
vt in pandectis in tit. de iuribus aduocatorum
fol. 28. quę pars sexta intelligitur totius patro-
cinij præstandi in ipsa quæstione ad rationem
granorum quindecim pro qualibet vncia, si
ageretur per terminorum dationem, si vero
per scripturarum visionem, tũc dictum ius de-
bet taxari ad rationem granorum decem sin-
gula vncia, vt in pandectis etiam in titulo de
iure iudicum, & prouisionis, & facto cumulo
16 de toto patrocinio præstando. † pars sexta exi-
gi

gi poteſt pro iuribus aduocati, & procuratoris, vt ſuprà, alias ante expēſarum ſolutionem reus non poteſt audiri, nec allegare litis pendentiam, niſi eſſet paratus purgare contumatiam ſolutis expenſis per modum, vt ſupra, ſecundum Ang. in l. quamuis, ff. de dam. infect. & Paul. de Caſt. in l. ſi quis poſt quam col. 1. in fin. ff. de iuditijs, & ita dicit Bar. in l. ſancimus, C. de iudic. quibus iuribus ſolutis per reum, reſtituitur pignus expignoratum reo, virtute cedulę primi decreti, ſeu miſſionis, & locū habet, tàm in realibus, quàm in perſonalibus, & ſi non curauerit hoc facere infrà annum ius commune ſeruetur, vt inquit tex. noſter in di-
16 cto capitulo 2. † hoc eſt de iure communi poſt annum actor poteſt procedere ad interpoſitionem ſecūdi decreti, ſeu liberationis, vt in cauſa requiritur rationibus ſuprà allegatis, quo anno elapſo, & interpoſito dicto ſecundo decreto, de mandato iudicis fit actus poſſeſſionis in margine, ſiue in calce ipſius ſecundi decreti, ſiuè liberationis ex tunc in antea actor fit uerus poſſeſſor, & facit fructos ſuos, & reus nō eſt amplius audiendus, ex quo verus contumax reputatur, & iſta practica eſt de iure cōmuni, & priuatur reus iure ſuo, ex tradditis per Bart. in l. titia, ff. de accuſa. & l. ſi eo tēpore C. de remiſſio. pigno. ad quam quidem liberationē non poteſt deueniri, niſi prius facto verbo in pleno iudicio, ex quo ſapit, & habet vim ſententiæ. & ità practicatur in dicta curia prętoriæ vrbis Panormi. Aduerte enim, & perpetuò tenementi, & numquā obliuiſcaris qualiter decretū iudicis requirit legitimam cognitionem Maſcar concluſ. 486. num 9. fol. 371. nam decretum iudicis facit pręſumi omnia ſolemnia, & ritè acta fuiſſe, idē Maſcar. concluſ. 488. nu 1 fol. 373 vol. 1. Aduerte etiam quod decretum iudicis, vt præſumatur requiritur, quod ſit facta ſingularis mentio cauſarum, & ſolemnitatum, idem Maſcar. concluſ 486 nu. 7. fol. 371. pro qua cauſa iuditio meo tractatū, & viſū fuit de huiuſmodi cauſa ſufficienter in reliquis uero vide Panum de pigno. in tit. in 2. mēbr. 3. p. per tot. obmiſſis quęſtionibus prępoſitis per dominū de Curietto Panormitanū in q. 2. primæ partis, & in huiuſmodi cauſa fit
17 actus, vt infrà ſequitur, † exceptione litis pendentiæ debet ſecūdum membrum tertiæ partis in uer. ſequitur modo, &c. tamen debet opponi ante litem cōteſtatam, vt ſuprà dixi in Io. de Imol. in l. cum procuratore §. ſi dominus col. fin. ff. de oper. no. nunc. & quia iſta materia non eſt tanti magni momenti, hac de cauſa in ea amplius non me extendo, ſed ad pręſentem notam finem impono. Laus Deo.

Frater Marianus Maringus.

Die &c. Quia titius ad inſtantiam ſemproniij actoris fuit citatus ſuper petitione unius loci, ſiti, & poſiti, & c. declaratæ in proxima collaterali cōtumacia, & terminus peremptorius fuit elapſus, & ipſe titius non curauit comparere in iudicio reſponſurus dicto actori in petitione declarata in ipſa contumacia, quo ſtāte huiuſmodi cauſa facto verbo in pleno iudicio mandatū fuit per ſedē, quod dictus actor ponatur in poſſeſſionem rei petitæ, cauſa rei ſeruandæ iuxta formam ritus vnde &c.

18 ADuerte † quod ſi perſonaliter agitur actor ponatur in poſſeſſionem bonorum rei expignorādorum pro menſura debiti, qua expignoratione facta ſit cędula primi decreti, & ita vidi obſeruari, quæ cędula eſt, vt infra ſequitur.

Forma cędulæ primi decreti cauſa rei ſeruandæ quando perſonaliter agitur.

APud fel. vrb. Panormi, & in M. R. C. ibidem de gente comparuit Sempronius, & ſua expoſitione narrauit dicēs quod cum nouiter exponens ipſe citari, & requiri fecerit titium conuentum ſuper petitione vnciarū tot in quibus ipſe exponens, erat creditor vigore, & ex cauſa declarata in contractu debitorio manu talis notarij die, &c. ſeu teſtium receptorum apud acta M. C. &c. qui titius peremptoriè citatus ſe latitauit fraudulenter, & minime eius contumaciā excuſauit, ex quo noluit cōparere reſponſurus dictæ contumaciæ contra eum inculatæ ad inſtantiam præfati exponentis creditoris apud acta ipſius M. C. & quia ex forma iuris, & ritus fieri debet miſſio in poſſeſſionem bonorum expignorandorū pro menſura debiti, cauſa rei ſeruandæ ob eius contumaciam quapropter exponens ipſe, vt ritè, & rectè procedatur adhibuit eamdem M. R. C. & ab ea petijt, & petit de infraſcripto iuris remedio ſibi prouideri debere, quæ quidem M. R. C. ipſa annuens petitioni prædictæ tamquam iuſtę, & iuri conſonę cum non ſit denegandus iudiciarius aſſenſus, tenore præſentis cędulæ uiſis prius prænarratis ſcripturis, & actis, & conſtito de prænarratis omnibus ſummatim poſuit, & ponit, induxit, & inducit, immiſit, & immittit præfatum exponentem creditorem in poſſeſſionem infraſcriptorum bonorum dicti debitoris contumacis ſibi expignoratorum virtute actus facti apud acta dictæ M. C. in margine contumaciæ prædictę, per talē porterium, vt ex ſua relatione cōſtat, tamquam de bonis, in bonis, & ex bonis dicti debitoris pro dicto debito vnciarum tot, &c.

expẽsis omnibus factis, & faciendis vsq; ad interpositionem secundi decreti, & adeptam possessionem inclusiuè, vt satisfiat eidem exponenti, & hoc causa rei seruandæ iuxta formam ritus, itá quod si veniret dictus debitor contumax ante alienationem, seu confirmationem dictæ possessionis refectis prius omnibus expẽsis audiatur, vsq; quo reformetur dicta possessio quam quidem cedula primi decreti causa rei seruandæ omniaque, & singula in ea contenta ad effectum prout in ea M.R.C. ipsa acceptauit, & acceptat, laudauit, & laudat approbauit, & approbat interponendo super his omnibus, & singulis suam iuditiariam authoritatem pariter, & decretum.

2 In cuius rei causa, &c.

Bona vero sunt hæc videlicet, &c.

Et sic narratur inde ipsa bona.
vidit T. I.

Constito de traddictione consimilis recipiatur in uim cedulæ primi decreti causa rei seruãdæ iuxta formam ritus, ob contumatiam partis.

Recepta Panorm. & in M. R. C. die, &c. de mandato, &c. in vim cedulæ primi decreti, &c. & de traditione consimilis constat per talem porterium, &c.

Nota 7. par. I.

2 ITem nota quod licet † ageretur in actione personali in ista quæstione causa rei seruandæ, & penes debitorem fortè non inueniantur bona mobilia, quo casu iuxta notata per Doct. in l. diuo pio §. in venditione. ff. de re iudi. vbi habetur quod primo capiantur mobilia, & deinde stabilia, & posteà nomina debitorum, & sic habita relatione porterij siue nuntij quod non inueniuntur bona mobilia, tunc defectu bonorum mobilium potest procedi super bonis stabilibus, dicendo in decreto defectu bonorum mobilium minimè repertorum, vt ex relatione porterij siuè seruientis constat, facta apud acta die, &c. & si realiter agitur fit cedula primi decreti cuius tenor talis est,

Formula cedulæ primi decreti causa rei seruandæ quando realiter agitur.

APud fel. vrb. Pan. & in M. R. C. ibidem degente comparuit sempronius, & sua expositione narrauit dicens quod cum nouiter exponẽs ipse citari, & requiri fecerit titium ad subeundum super interrogatorio contra eũ præsentato, seu præsentando in dicta M.R.C. quibus subiectionibus habitis vel non, super petitione cuiusdam loci siti, & positi, &c. vt melius videtur apparere per literas, respõsales citationis prædictæ datas, &c. quibus literis receptis in ipsa M. C. fuit sibi elapso peremptorio incusata contumatia, & nec dictus titius, nec aliquis pro eo legitime comparuit responsurus, dicto sempronio super petitione decl. incontumatia. ob id stante contum. prædict. ipsius rei dict. Simpr. actor debet poni in possessionem rei petitæ causa rei seruandæ iuxtà formam iuris, & ritus, quapropter exponens ipse adhiuit eamdem M. R. C. & ab ea petijt, & petit de infrascripto iuris remedio sibi prouideri debere, quæ quidem M. R. C. ipsa annuens petitioni prædictæ tamquam iuxtæ, & iuri consonæ, &c. tenore præsentis cædulæ cõstito sibi prius de pręnarratis omnibus prædictum, exponentem actorem, immisit, & immittit, imposuit induxit, & inducit in actualem possessionem dicti loci causa rei seruandæ ob contumatiam ipsius rei iuxta formam ritus qui habeat, velit, & debeat infrà terminũ anni vnius ab hodie in ante a numerendi comparere responsurus dictæ contumatię solutis prius omnibus expensis factis, & faciendis vsque ad diem comparationis, & excusationis contumatiæ prędictæ, alias de cętero, dicto termino elapso amplius non audiatur, & contrà eũ procedatur, ad purificatoriam, & ad cedulam secundi decreti quoniam de his omnibus, & singulis eidem M.R.C. plenè constit atq; cõstat, quam quidem cedulam primi decreti causa rei seruandę omnia, & singula in ea cõtenta, & ad effectum prout in ea M. R. C. ipsa acceptauit, & acceptat, laudauit, & laudat, approbauit, & approbat interponendo super his omnibus, & singulis suam iuditiariam auctoritatem pariter, & decretum.

In cuius rei causa, &c.

Vidit Gaius Iudex.

Bona verò sunt hæc videlicet ille locus declaratus in dicta contumatia suis finibus limitatus, cum iuribus, & pertinentijs suis oĩbus.

Constito de tradditione consimilis recipiatur in vim cedulæ primi decreti causa rei seruandæ ob contumatiam rei iuxtà formã ritus.

Recepta Panormi die, &c. in vim cedulæ, &c. de mandato, &c. & de traditione constat, &c.

C Nota

Nota 8. par. 1.

1 ITem nota quod recepta dicta cedula † in
actionibus personalibus seu cedula pri-
mi decreti in petitione reali in vltimo
die termini prædicti scilicet antequam
labatur totus annus, in realibus debet fieri pu-
rificatoria idest cedula secundi decreti, quæ
recepta elapsis horis viginti quatuor ipse reus
non est amplius audiendus, nisi compareat in
dicto termino horarum viginti quatuor, vt vi-
2 deatur completus totus annus, ex quo † cedu-
la secundi decreti habet vim sententiæ, & vir-
tute ipsius, infra dictum terminum actor po-
test præsentare tabulas expensarum infra dies
decem a die receptionis dictæ cedulæ secundi
decreti aduerte tamen quod impersonalibus
antequam deueniatur adinterpositionem ip-
3 sius secundi decreti infra annum † debent ip-
sa bona expignorata semel, bis ter, & pluries in
locis publicis, & solitis, & cōsuetis subhastari,
& si reperiatur prætium condecens, tunc po-
test procedi ad interpositionem secundi de-
creti, & deinde liberationem facere dicto
comparenti, tamquam vltimo emptori plus
offerenti, & meliorem conditionem facien-
ti, habita prius relationi à mediano, siue a pre-
cone, & si fortè non inueneretur emptor qui
iustum pretium obtulisset de dictis pignori-
bus, tunc & eo casu fit liberatio, & ad iudicatio
dicto creditori pro cōcurrēte quātitate in qui-
bus, reperitur creditor cum expēsis omnibus,
& pro iusto prętio pro vt ipsa bona extimabū-
tur per expertos, vt infra dicam in tract. de pr.
& sec. decreto interponēdis virtute rei iudica-
tę, quib' adimpletis inde inpersonalibus potest
deueniri ad interpositionē secundi decreti pro
vt in frà iacet, & règula ista menti est tenenda.

Nota 9. par. 1.

Item nota antequam deueniatur ad formu-
las ipsarum cedularum purificatoriarum,
siue secundorum decretorū, scire debes quod
1 † effectus primi decreti durat per annum vt in
cap. 90. alias 185. nostri statuti, quo casu post
annum non habet efficatiā amplius, & sic non
potest deueniri ad interpositionem secūdi de-
creti, nisi annus fuerit interruptus silicet in eo-
dem termino anni vnius, bona super quib' in-
terpositum fuit primum decretum causa rei
seruandę inpersonalibus debent subhastari, vt
supra dixi, ad effectum satisfaciendi creditori
pro illa quantitate prętij in quo ipse actor repe-
ritur legitime creditor, de qua subbastatione
facta infra annum fit actus apud acta curię, vt
videatur annus interrupt', & a die cōfectionis
illius actus vltimo loco acti currit restans anni
2 † nam secundum decretum habet uim senten-
tię, & rei iudicatę vt in l. decreta de re iudica. &
etiam interlocutoriā, vt l. 1 in fin. de off asses.
scias enim quod tot sūt decreta quot sunt res.
l. scire debemus ff. de verb. oblig. differētia ta-
men est inter decretum, & sentētiam, quia de-
cretum debet esse iustum, non solum ex ordi-
ne, sed etiam ex causa, ex quo causa ob quam
interponitur decretū debet esse vera, & à iure
à probata, alias non valet secundum traddita
per Fel. in cap. licet causam, nu. 34 de probat.
quę conclusio procedit vt etiam non possit iu-
stificari ex noua causa, secundum Puteum de
3 scindica. in verb. captura cap. 1. num. 11. † pro-
cedit etiam quod falsa causa non fuerit expres-
sa dummodo cōstet ex actis, vt post Duenam
Reg. 185. in 3. ampl. trad. Cefal. cons. 207. nu.
4 85. in 2. † secus in sententia, quia licet sit iniu-
sta valet, si seruata est sollēnitas l. 1 §. item cū
contra ff. quando appell. sit l. cōputare ff. fam.
hercisc. ita dicit Paul. Cast. in l. cum h § si prę-
tor in fin. ff de transact. & Nacta cons. 162. nu.
2. lib. 1. & cons 631. num. 31. lib. 3 & antequā
deueniatur ad alias differentias, scias qualiter ad
pręsumendum pro decreto sufficit quod etiam
simpliciter dictum sit cum causę cognitione
licet non enumerētur singularia Masc. cōclu.
486 num 4 fol. 371. vol. 1. ex quo sententia est
facti, quænon pręsumitur nisi probetur, idem
Mascar. conclu. 7. nu. 5. fol 44 vol. 1. & maxi
mè quod qualitas requisita ad actum debet
specificè probari, vt ait idem Mascar. conclu.
467 num. 35 fol. 360. & nulli dubiū est quod
causę cognitio pręsumitur in decreto judicis, &
transfert onus probandi in aduersariū, idem
Mascar. conclu. 276. num. 3. fol. 217. vol. 1. &
quomodo causę cognitio adhibeatur vide Ma-
scar. conclu. 33. num. 51. fol. 62. eodem vol sūt
etiā alię differētię, quas hic omitto, & in iure
sępè ponitur decretum pro sententia l. decreta
ff. de re iudicata, & sic stante dicta interrup-
5 tione anni † post annum, a die interpositi dic-
ti primi decreti, potest & debet deueniri ad in-
terpositionem secūdi decreti, stante termino
anni pręfixi reo ad respōdendū & se excusan-
dum à contumatia, alias post elapsum termi-
num à iudice pręfixum, cōtumax priuatur iure
suo Bar. in l. titia ff. de accus. & in l si eo tēpore
C. de remissio pignor. & l. diffamari C. de inge-
nu. manumiss. vbi late Cōrard. idē in casu nost.
locum habet in lapsu terminū a lege pręfixi, vt
in authen. hodie C. de appellat & in l. 2. C. de
6 naufra. & in l. miles. § sessaginta ff. de adul. † ta-
liter

liter quod ob lapsum terminum prædictum reus debet puniri in missione secundi decreti causa rei seruandæ quod potest fieri in actione personali modo, vt sequitur videlicet.

Forma cedulæ secundi decreti in actione personali causa rei seruandæ.

APud fe. vrb. pan. & in M. R. C. ibidem degēte cōparuit, Sēpronius, & sua exposit. narrauit dicens quod cum mensibus pręteritis exponēs ipse positus, & inductus fuerit, in uacuam liberam, & expeditam possessonē causa rei seruandę pro mensura debiti, vnius equi vnciarum tot, vt in cedula primi decreti continetur tenoris &c. & indè intercludatur, cedula primi decreti vsque ad receptionē ipsius. & indè dicatur, vt infra.

Et licet pręinserta cedula primi decreti fuerit interposita pro mēsura debiti prędicti declarati in, dicta pręinserta cedula, ad effectum, vt dictum pignus vendatur iuxtà extimationē expertorum, ex quo de debito nō adest instrumentum, & de pretio ipsius satisfiat eidē creditori de debito prędicto, & expensis omnibus factis, & faciendis vsque ad interpositionè prę sentis secundi decreti & adeptā possessionem inclusiuè, pro vt hęc & alia in dicta cedula primi decreti continetur, quia annus iā est elapsus, & dictus debitor soluere non curauit, ob id ipse creditor fuit missus in possessionem vt supra qua de causa opus est, vt procedatur ad distrationem dicti pignoris, ob quod dictū pignus de mandato M. R. C. fuit subhastatum & legitime preconizatū, semel, bis, ter & pluries per legitima temporū interualla, per loca publica, solita & consueta dictę Vrbis, vt si qs vellet dictum pignus emere, vel aliquod ius pretenderet super eo compareat, in dicta M. R. C. ad illius pignoris emptionem, ad quam subhastationē nullus comparuit emptor, nec qui ius aliquod pretenderet, vt ex actis cōstat, ob id dict. exponēs pignora prędicta appretiari fecit per expertos electos &c. Qua propter exponens ipse adhiuit eamdem M. R. C. & abea petijt & petit de oportuno & infrascritto iuris remedio sibi prouideri debere, quę quidē M. R. C. ipsa annuens petitioni prędictę tamquam iuste, & iuri cōsone &c. Dictum pignus adiudicauit, & adiudicat liberauit, & liberat, vendidit, & vendit, distraxit & distrahit, insoluetum, & prosuluto dedit & dat, dicto exponēti iustā extimationem predictorum expertorū in satisfactionem dictarum vnciarum tot debiti principalis, & dictorum tarenorū tot pro expensis taxatis & verificatis per ipsā M. R. C. totum dictum pignus cum iuribus, & pertinētijs suis omnibus dicto exponenti cum onere vnciarum tot singulo anno reperto super dicto pignore, francum, &c. totum &c. ad habendum ex nunc in antea tenendum, possidendum, vti fruēdum, gaudendum, dandum, vendendum, & alienandum, & de eo disponēdum ad eius libitum voluntatis tamquā de re propria, vt verus dominus, disponere posset transferendo, &c. dando, &c. concedēdo, &c. realem, & actualem, vacuam liberam & expeditam possessionē per constitutum, &c. & de dicto pignore vi cedulę sec. decreti possessionē dedit, & dat &c. cedens propterea M. R. C. ipsa dicto exponēti creditori omnia, & singula iura &c. Et hoc pro eodem prętio, pro vt extimatum fuit, &c. ità quod de cętero, & ex nūc in antea dictus exponens creditor, sit verus dominus, patronus, & possessor de prædicto pignore, & ipse debitor tamquam contumax amplius non audiatur, nisi ei intelligantur, & sint reseruata iura si quæ habet quo ad solutionem ipsius debiti, & improprietate fortè, habente, super eo, & non aliter, &c. quam quidem cedulam secundi decreti causa rei seruandæ ob contumatiam rei, M. R. C. acceptauit & acceptat, laudauit, & laudat, approbauit, & approbat, ac confirmauit, & confirmat, interponendo super his omnibus, & singulis, suam iudiciariā auctoritatem pariter, & decretum.

In cuius rei causa, &c.

Vidit talis Iudex.

Constito de traditione cōsimilis recipiatur in vim cedulæ secundi decreti ob contumatiam partis si & quatenus, &c.

Recepta Panormi die, &c. & in M. R. C. de mandato, &c. & de traditione, &c.

Nota 10. par. 1.

ITem nota quòd desuper tractatum, & dictum fuit de causa rei seruandæ quando personaliter agitur pro mensura debiti, docto tamen de eo summariè, vt
1 suprà dictum fuit † quando in expignoratione bonorum pro mensura debiti non reperitur emptor, & si forte ipsa bona valerent vltra debitum in quo actor est creditor vnà cum expensis, ipse actor tenetur de superfluo depositum facere apud acta ipsius M. C. & de eo mentionem facere de dicto deposito, & fortasse quod reperiretur emptor de dictis pigno-

ribus pro iusto pretio iuxtà extimationem ex-
pertorum, tunc fiat adiudicatio dicto compa-
renti tamquam vltimo emptori, & si extima-
tio prædicta similiter reperiretur valere vl-
tra pretium crediti cum expensis, quo casu de
2 illo plure fit depositum, vt supra, † & si forre
ageretur super petitione reali, tunc & eo casu
bona, & pignora prædicta adiudicanda sunt
dicto actori ob contumatiam rei, & non est
opus extimatione, ex quo ipse creditor habet
iura in re, & super ea se direxit stante petitio-
ne facta in contumatiam. quæ quidem cedu-
la secundi decreti in reali fit, vt infra videlicet.

Forma cedulæ secundi decreti causæ rei ser-uandæ quando realiter agitur.

APud fel. vrb. Panor. & in M. R. C. &c. comparuit Sempronius, & sua expositione narrauit, dicens, quod cum exponens ipse positus, missus & inductus fuerit in actualem, vacuam, liberam, & expeditam possessionem causæ rei seruandæ vnius loci nominati &c. in &. pro causa contenta in cedula primi decreti tenoris sequentis videlicet.

Et deindè tenor ipsius primi decreti includatur, & post modum dicat, vt infra videlicet.

Et quia à die receptionis præinserte cedulę primi decreti, reperitur quasi elapsus annus & dictus titius conuentus ad huc perseuerat in sua contumacia, ob id, vt ritè, & rectè procedatur, opus est deuenire ad interpositionem præsentis secundi decreti, declarando dictum exponentem verũ dominum, & possessorem dicti loci, super quo se direxit, vt in petitione declarata apud acta ipsius M. R. C. in contumatia incusata die &c. ità quòd de cętero dictus titius reus contumax amplius non audiatur, & ei intelligatur impositum perpetuũ silentium circa possessionem prædictam, sed tamen circà fortè proprietatem si haberet super loco prædicto, & non aliter &c. Quapropter exponens ipse adhiuit eamdem M. R. C. & ab ea petijt & petit sibi super præmissis omnibus de oportuno iuris remedio prouideri. Quæ quidem M. R. C. ipsa annuens petitioni prædictæ tamquam iustę, & iuri consonę, &c. tenore prçsentis cedulæ prædictam possessionem ipsius loci traditã eidem exponenti causa rei seruandæ iuxtà formam ritus ei confirmauit & confirmat, & quatenus opus est induxit, & inducit, & de nouo posuit & ponit in realem, corporalem, ciuilem, & naturalem vacuam, liberam & expeditam possessionem loci prædicti cum iuribus & pertinẽtijs suis omnibus, ità quod dictus exponens efficiatur verus dominus, possessor & patronus, & lucretur omnes, & singulos fructus ipsius loci totũ cum onore, &c. si forte in eo legitimè reperiretur, francum &c. ad habendum ex nunc in antea tenendum, possidendum, dandum vti fruendum, vendendum & alienandum, & ad totum velle suum, vel suorum disponendum, tamquam verus dominus de re propria bona fide, & iusto titulo acquisita disponere possit, transferendo, &c. dando concedendo realem & actualem corporalem possessionẽ, vt suprà, cedens M. R. C. ipsa in dictum exponentem omnia & singula iura, &c. & hoc ex causa declarata in contumatia prædicta reseruato dicto reo, tantum & dumtaxat iure si quod fortè habet in proprietatem super loco prædicto iuxta formam iuris, & de cęterò dictus reus in realiquis non audiatur, imo ei intelligatur & sit præclusa via, modus, & iura vlterius agendi & se defendendi, & omnia acta & singula facta, & facienda pro huiusmodi causa intelligãtur & sint valida & firma, pro vt M. R. C. ipsa valida & firma declarauit, & declarat, confirmauit, & confirmat stante lapsu anni. Quam quidem cedulam secundi decreti ob cõtumatiã rei conuenti omniaq; & singula in ea contenta ad effectum, pro vt in ea M. R. C. ipsa acceptauit, & acceptat, laudauit, & laudat, approbauit, & approbat, ac confirmauit & confirmat, interponẽdo super his omnibus, & singulis suam iuditiariam auth oritatem pariter & decretum.

In cuius rei causa, &c.

Vidit talis Iudex.

Constito de traditione consimilis recipiatur in vim cedulæ secundi decreti confirmationis possessionis causa rei seruandæ ob contumatiam rei.

Recepta Panormi die &c. in M. R. C. de mandato, &c. & de traditione, &c.

Text. cap. 3. aliàs 98.

Pendente causa in M. C. à sex mensibus infrà, si pars aduocatum, & procuratorem habeat, non est citatione opus, neque ad concludendum, neque ad audiendum sententiam, à sex vero mẽsibus supra, Aduocato, & procuratore licet pręsente, ad concludendum, & audiendum sententiam citare partem oportet.

Nota

Nota 11. par. 1.

1 NOta quod in isto capit. tertio habetur quod pendente causa † in M. C. &c. Antequam deueniatur ad declaratione practicæ, & obseruantiæ istius capituli scire oportet vnde dicitur causa, & responderi potest, quod causa dicitur à casu quo venit, nam casus est materia, & origo negotij nedum discussionis examine patefacta, quæ dum præponitur causa est, dum discutitur iuditium, cum diffinitur iustitia capit forus de verb. signif. vbi Bero. dicit in glosa causa est res indicendo posita cum interpositione certarum personarum, scilicet actoris, rei, iudicis, & testis, & dicitur à casu, quia casualiter oc-
2 currit, præter hominum voluntatem, † & differunt causa, & actio, nam causa est negotium, vel contractus, ex quo quis mouetur ad petendum vel litigandum, vt venditio, vel locatio rei, ex qua oritur obligatio, & est causa proxima obligationis, quæ obligatio parit actionem, cum obligatio mater sit actionis, & est duplex causa, scilicet proxima, & remota, quæ differunt in actione reali, & personali, nam in personali remota est ipsum factum, proxima est ipsa obligatio, & in personali non sufficit exprimere causam proximam, dicendo, ago contra te, quia obligaris mihi in decem, sed oportet exprimere, causam remotam, vt dicendo, conuenio, te, quia mutuaui tibi decem, in reali proxima causa est dominium, sed remota est ex qua consequitur quis dominium, & non est necesse exprimere remotam, vt dicendo ago contra te, quia emi domum à gaio, sed sufficit exprimere proximam causam, dicendo ago contra te, quia sum dominus domus illius, & hęc not. in glo. & per doct. in cap. dilecti filij de iud. de diuersis speciebus causarum vide bonam glo. 11. quæst. 1.
3 in sum. † enim est quædam causa spiritualis vel annexa spirituali, vt illa quæ fit de iure patronatus, quędam ciuilis, vt cum agitur super rei vendicatione in cã pecuniaria, quædã criminalis, vt cũ agitur directè de crimine, quædam mixta, vt cum agitur de crimine ciuiliter vt de adulterio ad separationem thori, in his tribus vltimis casibus iuratur de calumnia in primo non iuratur de calumnia, sed tantum de veritate dicenda causa etiam est finis ex quo impulsio datur faciendæ dispositioni, & ità sumitur in tit. de cond. & demo. & causis, & modis earum, vbi patet quod causa differt à modo, quæ est de futuro, & à conditione quæ est de futuro, & suspendit etiam à demostratione quæ tantum declarat rem, vel personam, differũt ẽt causa & rõ, qa ratio est oculus cordis, discernens, rem per medium, sed causa est qđ in facto accidit per quod ratio discernit quid iuris, &c. Dico enim litem pendere est litem cõtestatam esse, vel litem in incerto esse, cum ambiguus sit eius exitus & euentus: nam litis & iuditiorum euentus est incertus. ff. de pecul. l. quod debetur; pendere autem dicitur lis per appellationem, vel recusationem, consultationem, vel relationem, vel quandiu diffinitiua sententia non est lata, de quo per doct. vt lite penden. per totũ lis, & causa, & instantia quomodo videntur inter se differre, vbi potes responderi, nam lis est magis generalis, quoniã quandoq; ponitur pro instantia causæ, vt in casu nostro, & ita accipitur in l. properandum in princ. C. de iud. quãdoq; ponitur pro ipsa causa deducta in iudicio, vt habetur in l. nullæ C. de procurat. & in l. litis nomen, ff. de verb. signific. & ita declarat Alex. in l. postquam liti. col. 1. C. de pact. & in cons. 12. col. 1. in fi. in primo vol. vbi infert per hoc quod is, qui renuntiat liti censetur reunutiare instantiæ, & causæ ad gl. in ver. litis, & ibi Gemi. in cap. 1. §. licet de procu. lib. 6. & causa nõ dicitur nisi in iudicio, negotium verò dicitur in iudicio, & extra, vnde procurator ad negotia potest agere in iudicio, & extra & tractare extra iudicialia, sed procurator ad causas non potest tractare extra iudicialia, secundum Card. in clem. 1. in quinto not. de proc. & de prædictis melius, vide per doct. in l. si quis maior. C. de trãsact. & deueniendo ad propositum nostrum, videtur in isto capitulo dicere quod pendente causa in quibus uis curijs, & magistratibus regni, a sex mensibus infra, si ex parte rei conuenti quis habet aduocatum, seu procuratorẽ in iudiciò, qui pro eo respondent, tunc non est opus partis citatione, sed sufficit ad oĩa acta facienda in iudicio citare aduocatum respondentem pro eo in contumacia incusata ex parte actoris, vel ad procuratorem si habet instructum, qui pro eo comparere poterit a contrario sensu si non habet aduocatum, neque procuratorem in causa, tunc opus est deuenire ad citationem partis, licet sit alibi, nam argumẽtum à contrario sensu valet; Bald. Ang. Imol. & Alexand. in l. si cum dotem solut. matrimo. Anch. cons. 113. & Brun. in suo sollemni tractat. de statu. fœmi. à successio. exclud. in 8. art. princ. col. pen. Quoniam infra sex menses ad singulos actus faciendos semper citari põt aduocatus rei, seu procurator causę, si pars aduocatum, seu procuratorem non habet in curia à sex mensibus infra proceditur in contumacia partis aduersæ ad singulos actus faciendos

dos

4 dos quando regitur curia, † secus si aduocatus posuit se respondentem contumatiæ, nã tunc aduocatus respondens põt citari, & à sex mẽsibus supra secus licet pars habeat aduocatum & procuratorem, etiam quod in contumatia fuerit positus respondens per aduocatum, tamen pars citari debet personaliter, & si nõ inuenitur per affixionem ut supra dictum fuit in titulo de citatione, non obstante quod in curia habeat aduocatum, & procuratorem instructum, & generalem, & in amplia forma, & hoc etiam locum habet in curijs inferioribus, licet in isto statuto dicatur in M. C. nã uidetur nominata tamquã maior magistra, & caput aliarum curiarum, ut suprà dixi in prohemio, qua
5 de causa † in M. C. practicatur quod in principio causæ actor solet partem citari facere ad prosequendam ipsam causam capitula, & protestata præsentandum testes producendum, literas de audientia testium emanandum; terminos dandum, & capiendum, publicandum, concludendum, collationẽ processus siue scripturarum sententiam, & interlocutoriam audiendum, & ad omnes, & singulos actus faciẽdum, quæ citatio redacta in contumatia efficatiam habet infrà menses sex, tamen si ageretur in feudalibus non solum pars citari debet ad prosequendum causam, uerum etiam ad litem contestandum, & vltimo loco ad disputandum, dicendum, & allegandum, quidquid uoluerit in ipsa quæstione, & hoc locum habet in omnibus causis criminalibus, tanq̃ magis priuilegiatis, & maioris importantiæ, quàm alij, & tunc siue pars aduersa aduocatum habeat siue non, alia citatio infra sex menses
6 de nouo nõ requiritur, † quia una citatio generalis pro omnibus sufficit nisi causa penderet ultrà menses sex, ut supra, & si pars fuerit citata peremptoriè attamen in contumatia nõ non est opus ponere uerbum peremptoriè, sed sufficit dicere puta contumatia titij citati formiter ad instantiam sempronij, & sic ex illo uerbo citati formiter intelligitur fuisse peremptoriè facta citatio, si uerò fortasse post quam fuerit contumatia circusata, & dati aliqui termini fortè inde fuerit supersessum in causa ultrà menses sex numerandos à die ultimi actus siue termini facti, seu dati in causa in iuditio,
7 † & tunc opus est partem personaliter de nouo citare debere seruatis seruandis ad faciendum illa acta nondum facta in causa ipsa, & sic semper in omni actu forte faciendo in ipsa causa si reperiuntur elapsi menses sex de nouo semper citari debet dum non est lata sententia, & tamen supersederetur in causa ultra sex menses, quo casu semper debet pars citari in
8 reliquis actis nondum factis, † nihilominus non mireris si in isto capitulo uidetur dicere, quod est opus citatione ad concludendum, & sententiam audiendum, & non uidetur facere mentionem de alijs actis, quæ in causa fieri solent, & debent, nam uidetur istud statutum loqui de rebus magis priuilegiatis, quoniam in causa antequam deueniatur ad sententiam, pars est citanda ad sententiam audiendum, licet essemus infrà menses sex, & ista citatio non reperiretur notata in contumatia, & si fortè causa fuerit conclusa, seu in ea fuerit facta collatio loco conclusionis, & de inde supersedere tur vltrà menses sex, licet quod causæ conclusæ in M. C. non transeunt in hermoditiũ, tamen non potest deueniri ad sententiam nisi prius pars aduersa fuerit citata de nouo ad sententiam, audiendum, alias sententia esset nulla, licet esset danda per principem, nam regulariter sententia principis non ualet sine citatione, ex quo princeps non potest tollere id quod est iuris naturalis, ut est tex. & ibi glo. & Bald. in l fin. C. de legibus, & ibi Bald. & in consil. 58. in 3. uol. & Abba. in cap. in causis de re iudic. & si non ualet sententia principis, nec minus potest ualere sententia inferioris, & sic infertur quod sententia lata sinè citatione partis ad audiendam eam non ualet, ita tenet Imo. in l. de unoquoque. ff de re iudi. & Bart. in l. 1. C. ut quæ des aduo. Paul. de Cast. in l. 1. C. de iudi. & Ias. in l. properandum §. & si quidem col. 1. C. de iudi. ex quo in quolibet actu iuditiario debet pars citari, nam ille actus factus sine citatione est ipso iure nullus, per ea quæ habentur in clem. pastoralis de re iudic. pro hoc est text. & in l de unoquoque. ff. de re iudic. scias tamen quod pendentia litis, & causæ tunc inducitur solũmodo per citationem quãdo citatio est redacta in scriptis, sed si uirtute citationis indè fuerit incusata contumatia, & tunc intelligitur à citatione, causæ seu lis pendere, ex quo effectualiter debent intelli-
9 gi uerba statuti, † ad interrumpendam prescriptionem arg. l. duplici §. hæc autem uerba, ff. quod quisque iuris, &c.

Nota 12. par. 1.

1 ITem nota qđ causa dicitur & est quædam agendi forma à rebus, ad ipsum iuditiũ secundum Bal. in l. ædita nu. 6. in fin. C. de edendo, iuditium uero dicitur, & est controuersia quæ discutienda pendet l. 1. & 2. respic. ff. ad trebell. & capit. forus, extrà de verborum significatio. igitur iuditium est posterius causa sicut actio posterior contractu, & obligatione, † causa autem incipit

incipit tam antequam post litis contestationē, vt primo modo remaneat in suo generali nomine causa, secundo vero modo transit in litis nomen, secundum Angel. in §. omnem col. 2. in authen. de litig. & Ludouic. Burgesius in rub. de iudic. num. 2. vox causa in isto capitulo pro lite deducta in iuditio ponitur, vt habetur in l. nulli C. de procur. & in l. litis nomē. ff. de verb. signi. † atque lis aut causa pendere
3 dicitur septem modis, scilicet per appellationem, per relationem, aut consultationem factam superiori ab ipso iudice, per iudicis recusationem, per integrum restitutionem, & per libelli oblationem, vel per cōtumaciam incusatam, quæ æquipollet libello, vt dicam proximè, & sic dicitur causa, & lis pendere sex modis, seu verius septem modis, & ommissis in præsentiarum primis quinque modis dicitur, in quam sexto modo pendere causā per libelli oblationem, vt in l. 2. & 3 C. de lite penden. auct. auferatur C. de litis contest. Cast. col. in l. si debitori meo in prin ff. de iuditijs, & Alex. cons 131. lib 4. & Roman. cons 330. septimo modo dicitur pendere secundum Petium de Gregorio tract. de iudic. caus. feuda. quæst. 21. num. 4. eo ipso quod fuerit facta citatio, & de ea incusata contumatia apud acta cur. & ratio
4 esse potest, nam † contumatia vim habet libelli, & petitionis, quousque præsentaretur libellus, aut alia petitio, vel potest esse ratio quia per contumatiam dicitur quis in iuditio confiteri, sicut ore proprio, secundum glo. not. in cap. nullus de præsump. & quantum per confessionem lis dicitur cōtestari, secundum Affl. decis. 191. nu. 6. meritò ex tunc dicitur lis pendere, & instantia currere, quod limitatur nisi expresse confiteatur, vel exprelse neget animo litem non contestandi l. rem non nouam C. de iud. & Paul. de Castro in d. l. si debitori
5 meo, † taliter quod si incusata contumatia, uel libello præsentato, aut missis scripturis ad effectum, seu alio incartamento, vel supplicatione supersederetur per sex menses, per quantum tempus pēdentia dicitur durare opus est
6 [illegible] partis citatione, vt supra, † & licèt incusata contumatia lis, seu causa pendere dicitur attamen si lis contestata non fuerit, nunquam instantia perijt vnde si per mille annos litigantes starent ad litem contestandum nūquam instantia incipit, vt in l. properandum
7 C. de iudi. post princip. & in illis causis † vbi lis non debet contestari, vt sunt causæ summariæ, & de plano simpliciter, seu per modum cedulæ condemnatoriæ, litis contestatio incipere dicitur, & in eis instantia incipit currere quam primum cognoscitur de meritis causæ, trad. Ias. in l. nulla nu. 2. C. de procur. & Alex. in d. l. properandum col. 1. & in exequtiuis dicitur cōtestari ex præsentatione oppositionū, secundum Affl. decis. 346. meritò ex tunc causa exequtiua dicitur pendere, & instantia currere, nam exequtio sententiæ, vel instrumenti habet instantiam licèt lis non contestatur, maxime quando imploratur iudicijs officium prout not. Bar. & Bald. in l. tale pactum §. qui prouocauit in 10. quęst. in fin. ff. de pact. Bald. in l. consentaneum ad finem C. quomodo, & quando iudex Lud. Ro. in rub. de arbitrijs, vel in causis in quibus lis contestatur ab illo actu qui fieri solet immediatè post litis contestationem, & sic ab illo actu instantia incipit, vt dicunt Bar. & Bal. in l. nulla, & in l. nil C. de procur. Adeo vbi lis non contestatur, vel quasi nō currit instantia, doct. in d. l. properandum, &
8 Rimin. Sen. cons. 395. nu. 16. lib. 2. † Aduerte quod differentia inter causam, & litem, & instantiam non semper datur adeo apud iuris peritos obseruatur, quia sæpè lis pro instantia & pro causa accipitur, & dicta differentia confunditur, & vnum pro alio non rarò, accipitur quomodo autem ab instantia, lite, aut causa recedatur nunc accipe, in ciuilibus itaq; causis, vnicuiq; partium licitum est, ab instantia, siue à lite, vel processu, siue à causa recedere hisque renuntiare simpliciter, & sine licentia curiæ, exceptis causis in materia appellationis, & in causis in quibus procurator genera-
9 lis pro iustitiæ interesse se adiunxit, † etiā aduerte cum practicabiliora, & vtiliora, sint ad nota iuxtà iuris consuet. doctrinam in l. legaui. ff. de liberat. leg. meritò iterum sub breuitate videndum est, quot modis perueniri possit ad iuditium, quod dicitur iudiciale certamen l. aduocati C. de aduoc. diuers. iudic. vt per Affl. decis. 265. nu. 46. quia in eo ille tres, diuersæ, personæ, requiruntur; scilicet iudex, actor, & reus cap. forus de verb. signifi. & tradunt doct. in rub de iudic. Affl decis 85 nu. 4. Arnonus in sua practica iudic. c. 2. & D. Vincent. de Franchis decis. 245. num. 6. in 2. part.
10 † & scias quod multis modis ad iuditium peruenitur, vt dixit Marant. in suo spec. in 6. par. in princ. nu. 4. vbi melius videri poteris; nam nemo potest agere sine actione, vt notat. in l. quoties § item si temporal. ff. de administra t. tut. l. si pupilli §. vlt. ff. de negot. gestis, Natta cons. 202. nu 8. vol. 1. & latè Crau. in cons. 91.
11 in princip. † & proinde actor qui caret actione succumbere debet, & condemnari in expensis, vt dixerunt Bart. in l. 1. §. vlt. ff. ad turpil. Dec. in cap. sępe col. 4 de appell. & Grammat. decis. 83. hinc sententia lata in fauorem actoris, cui nulla competit actio, est ipso iure nulla, vt tradit Gabriel lib. 2. commun. opin. in

in tit. de sentent. conclu. 8. facit text. in l. cum putarem §. qui ex asse. ff. fam. hercis. Quapropter ex offitio, si ei constat ex scripturis, actis, vel partis confessione, agentem non habere actionem, & ius ipsum expellere tenetur, vt dixerunt glo. not. Bart. & alij in d. l. vbi pactum Alex. & Ias. in l. si titius, & seius ff. de verb. oblig. Cepol. conf. 43. Felin. in cap. ad aures de rescriptis, Soc. conf. 155. lib. 2. & Cesar. Visillus super decis. 16. super Affl num. 5. vnde si pred. casu quo iudex, non expellit agentem, contrà ipsam lex, triplici uia prouisit parti, vel quod ipsa pars grauata appellet. l. 2. ff. quis, & à quo, app. l. cum multis C. de appellat. vel. secundo, quod finito offitio iudex teneatur in sindicatu ad interesse partis, vt volunt Bar. Ias. & alij in d. l. vbi pactum, & Paris. de puteo in tract. de sindicatu in verbo iudex num. 4. fol. 194. & denique aduersus eum vti potest remedio l. 1. ff. quod quisque iur. vbi latè per doct. & rationabiliter: post quam ad modum leges desiderant lites dirimi l. congruentius C. de patria. potest. vt dixerunt Dec. in conf. 232. in princ. Anchar. conf. 159. vers. primo, & iudex non debet pati iuditia eludi, & homines litibus, & impensis uexari, ut tradit Iacob. Menocch. lib. 1. de arbit. iud. q. 16. nu. 4. in praxi, verò notare primo debent causidici, quod in M. C. quę est caput omnium curiarum, vt suprà dixi in pro-
12 hemio. Item † aduerte quod stilus solitus iuditiorum est seruandus l. 1. § & si quæ leges, vers. aut hęc tātūmodo obtinere uolumus, &c. C. de veter. iure enuclea. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. & l. labeo vers. more agentium. ff. de statu. hominum, Bart. in l. iuris peritos ff. de excusa. tut. & late Rota Luca. decis. 36. car. 209. Curt. Iun. conf. 138. nu. 13. Borgninus Caualcan. decis. 5. num. 23. in tit. de iudic. quia facit ius, & communis obseruātia, tamq̄ lex est obseruanda cap. licet cap. quam graue. de crim. falsi capit. licet de simonia l. 3 § vlt ff de testi. Dec. conf. 699. num. 3. Rebuffus de consuetu. art. 2. glos. 13. nu. 22. Affl. decis. 253. num. 4. & Paris. conf. 43. num. 17. vol. 1. hinc merito omnes practicantes practicam præteritam, & antiquam obseruare debent, vt dixerunt Bal. in l. illud ff. de excusat. tut. Afflict. decis. 362. nu.
13 4. & † stilus curiæ potest allegari in decisionibus causarum, si ius non reperitur in contrarium, vt declarant Abbas in c. ex literis col. 3. & capit. ad hæc de sent. excom. doct. in l. 2. C. quæ sit longa consuet. & Bar. in l. vlt C. de canon. largi. lib. 12. scire debet etiam quod de communi obseruantia, & stilo, potest iudex se informare, & ex offitio interrogare practicantes, ut dixerunt Bar. & Flor. in l. 3. § les e u'ia. ff. de testi. Bal. & Alex. in l. 1. C. vt quæ desunt aduoc. Part. Vant. in tract. de nullit. ex defectu processus post num. 86 fol. 224 mihi, nam sentētia lata contrà stilum curiæ est ipso iure nulla, vt tradit Guido Papa decis. 292. num. 2. & iudex iudicans contra stilum, & practicā, facit litem suam, vt dixit Neuiz. conf. 61. nu. 14. 15. & 16. & Io. Franc. Ripa in l. admonendi nu. 29. ff. de iureiur. & etiam contumax per citationē factam contra stilum non potest mulctari, ut dixerunt Ias. in l. 1. §. 15. videtur num. 3. ff si quis caut. & Visillus decis. 135. num. 2. & Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 1. pręsump. 30. num. 40. & sic concludendo dico stante forma ritus, & antiqua obseruantia, si in causa puta fuerit facta conclusio, siue collatio processus, & inde actor non curat, sequi causam, sed videatur supersederi vltrà menses sex, & indè actor non fuerit citatus ad sententiam audiendum, sententiā videtur nulla tamquam lata contrà formam statuti, & practicam curiarum, etiam rationibus tam in præsenti nota. quam in præcedenti; & hæc sufficiant pro conclusione pręscripti capituli tertij ritus. Laus Deo.

Fr. Mariani Corleonensis.

Text. cap. 4. aliàs 99.

In M. C. quinque modis principaliter procedi consueuit, via scilicet exequutiua per modum cedulæ summariè, ordinariè, & via informationis, in primo enim agendi modo ab extrema parte hoc est ab exequtione, iudicium incipit, & hic modus incertis casibus, contentis in infra scriptos capitulo, cum varia à diua memoria Rege Federico Panormi edito sub anno domini M. CCC. XXII. die mensis Septembris, anni sexte inditionis, super executionibus debitorum, ac eiusdem capituli interpretatione per nos edita, tantum locum habet.

Nota 13. par. 1.

NOtandum est pro declaratione capituli supradicti quarti qualiter tam in Mag. Cur. quàm in curijs inferioribus Regni, & antequam deueniatur ad considerationem causarum in dicto textu declaratarū dico ibi curia licet verbum curia sit equiuocum, & multipliciter sumatur, vt in l. penul. ff. de iust. & iur. & in l. secunda in princ. ff. de orig. iur. & Oldrad. consil. 212. tamen in casu nostro, nihil aliud est curia, nec aliud de sui natura significat, nisi quòdam ius vniuersale, sub quo comprehenditur principaliter iurisdictio

loci

loci, hoc probat tex. in uerb. cum uniuersitate in cap. eum bartodus de re iud. & de mête textus, ibi ponit Bal. in cap. §. item si quis, quibus mô feu. am. sic nomen curia significat iurisditionem, ut supra dictû fuit, tamen animaduertendû est φ nô mireris si in dict. nostro quarto tex. dicitur qualiter qnq; modis principaliter procedi consueuit, ratio est, quia reperiuntur alij quatuor modi procedendi accessorij, pro ut sunt uia confessionis, iniunctionis, cedulæ, uel scripturaum uisione, uel ex abrupto tradditi per cap. 44. nostri statuti, de quibus Deo duce late tractandû erit in expositione ipsius cap. 44. & pro modo dicendum est aliquantulum de uia exequtiua ex quo est caput ipsarum causarum principalium licet via executiua ab extrema parte iudicij incipere videtur ex priuilegio in dicto 4 cap. nostri statuti concessi per recolendam memoriam sacrę catholicæ maiestatis Regis Alphonsi, nam princeps pręsumitur velle quod lex ipsa vult tex. est in l. ex facto, in prin. & ibi Bal. de vulg. & pupill. substi. & idem Bal. in cap. licèt de offi. de leg. obid pro modo aliquantulum tractandum est de ipsa causa executiua per modum, vt infra in singulis notis positis in calce infrascriptorû capitulorû textus incipiêdo a dicto cap. 4 vsq; & per totum trigesimû sextum cap. inclusiue tamen aduertendum qualiter. in quacunque causa semper libellus debet pręsentari, & lis contestari, nã si hoc ommitteretur processus redderetur nullus, ex quo sunt de substantialibus, & talis ommissio vitiaret iuditium maxime quando non reperitur porrecta aliqualis petitio, vt gloss. concludit in cap. 1. de libelli oblatione quam glosam sequuntur Innoc. Host. Ioan andr. Ioan Cal. Abb. & cômuniter docto per tex. in auten. offeratur C. de lit. contest. vbi hanc opinionê Iac. de Aret. Cin. Bart. & Bal. & gl. in verb. necessario in clemêt. sępe extra de verb. signif. & in cap. in si quis cû clerico. 11. quæst. 3. & Rofr. in libellis suis sub rub. in quibus causis libellus offeratur, & est, cômunis opinio. Itê redditur processus null⁹ ex defectu litis côtestationis, & est casus apertus in cap. vnico de litis contestatione, & ibi hanc communê, tenet gloss. quam cômuniter sequuntur doct. & est tex. & ibi doct. in l. fin. § illud C. de temp. appell. & licèt essemus hodie in causis sômarijs, & de plano concessis ex duabus regijs pragmaticis infra ponendis vbi in eis uidetur dari modus procedendi summariè, & de plano sola facti veritate inspecta tamen in istis causis summarijs requiritur qualis qualis petitio per uiam simplicis postæ, vt doct. concludunt in dict. clem. sępe extra de verb. signific. & Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo siue figura ideo côcluditur φ in iuditijs q̃tumcumq; sûmmarijs exigitur aliqua petitio simplex per viam postæ quod tenet Iacob. But. & alij in dict. auct. offeratur, & specul. in tit. de libel. conceptione §. nunc dicendû in uerb. & litis contestatio, & sic etiã in exequtiuis, & in eis datur instantia, & de hoc uide Soc. late in cons. 95. uol. primo in reliquis uero de istis quæstionibus uide ea quę dicam infra in nota super cap. prędicto 44. nostri statuti alias 139. ubi late examinantur istę quæstiones, & sic sufficiant ea, quæ dicta sunt in præsenti nota.

Nota 14. part. 1.

ITem nota in tex. ibi uia executiua, &c.
& pro intelligentia ipsius capitulis
scias quod uia executiua proceditur
uirtut. contractus, uel instrumenti ha-
bentis obligationem, & exequutionem expres-
sam paratam, & pręsentem, ut in cap. 6. 15. 16.
19. infrascriptis positis in nost. statuto, & mul-
tipliciter capitur instrumentum habere exe-
cutionem paratam primo, quia non requiritur
2 libellus, nec litis contestatio, secûdum Bar. in
l. 2. num. 11. de iureiurando, secundo quia eius
vigore exactio côpetit sine strepitû, & figura
iudicij † incipiendo à captura personæ, vt di-
3 cit Bart. in l. si quis C. de Positi. Castrensis in
l. post rem iudicatam, num. 3. ff. de re iudica. &
Roma. cons. 133. incipiête pręsupposito casu.
† tertio capitur pro extraordinaria persecu-
tione, secundum glo. in l. quoties, §. idem si
temporali, in verb. nô potuit, ff. de admin. tut.
& glos. notab. in l. actio in personam. ff. de
4 oblig. & act. in text. in l. persecutionis verbo
ff. de verb. signifi. in quibus locis dantur mul-
ta exempla paratę executionis de iure cômu-
ni, † quę via executiua tanto magis, locum ha-
bet quando instrumentum continet iuramen-
5 tum, secundum Bart. in l. 2. in fin. de iudic. quê
sequuntur Alex. & Ias. & Cal. in l. iubemus. §.
sane in 6 quæstio. C. de sacro san. ecle. & Paul.
Castre. in cons. 260. col. 3. vol. 1. † eodem in re-
gno de generali consuetudine notariorum iu-
ramenta à partibus exiguntur, & in ipsis in-
strumentis apponuntur, præter. id, & absq; eo
quod vim, & afficatiam illius intelligant, vt
per Anton. Butri. in ca. cû contigat. col. 1. vers.
4. casus in fin. & ibi etiam Abb. in 9. casu col.
19. vers. in dubio enim de iureiur. Alex. cons.
141. col. fin. vol. 1. Soci. cons. 150. ad finem, vol.
2. & cons. 93. col. 7. vers. dicit propterea vol. 4.

6 † & istud iuramentum habet ui confessionis ille enim qui defert iuramentum uidetur cõfiteri verũ esse, quod per aduersarium iuratum fuerit, l. qui iurasse. § fin. vbi Bar. & doct. de iureiur. & vbi causa decisa est per iuramentũ ibi non datur appellatio, & sic iuramentũ litis decisorium operatur hunc mirabilem effectũ, quod tollit remediũ appellationis, vt habetur per Bar. & per doct. in leg. generaliter, §. sed iuramento, per illum tex. C. de reb. cred. Regulariter autem de iure cumm. iuramentum habet executionem paratam, secundum notata in l. minor 20. in. ff. de min. quã legem, Cagnol valde ornat in reg. non videtur, nec etiã pactum tribuit istam viam, sed efficatia statuti, secundum Bal. conf. 262. lib. 2. incip. licet statutum, & fa. tradita per Bal. in l. tale pactũ, §. qui prouocauit, num. 13. ver. 20. quęritur, ff. de pactis, & ornat. Cicero. in sua topica loco à

7 vi iuramenti vers. 18. † 4 accipitur executiõ parata, id est, quia non potest euitari, vel super sederi præter appellationem, hinc vulgò dici

8 solet, vt † habetur in cap. regni. 37. recolende memoriæ Regis Ioannis. cart. 287. quod in causis executiuis non datur litis pendentia, vt habetur in l. 4. § condemnatum, ff. de re iudi. Portius in suis conclus. reg. 22. in verbo iuditium, num. 11. Ias. in conf. 9. in 1. & conf. 28. eo. vol. 1. Rom. conf. 133. & Dec. conf. 161. quandoq; tamen hesitatur vbicumq; exceptio est liquida, & concreta, secundum Gabell. solilo-

9 quio 362. num. 4 par. 1. † solet etiam reparari quadam via grauaminis, nam de iure cõmuni comparẽte iusso, & se grauante resoluitur præceptum executiuum in vim simplicis citationis, not. in l. de pupillo §. meminisse ff. de nou. op. nun. Bal. conf. 429. vers. qui autem grauatur vol. 3. & Ofascus pedam. decis. 86. num. 7. quod tamen solet practicari in curijs inferioribus non in M. C. ex his infertur limitatio ad principium. cap. istius ritur. siue statuti vbi

10 legitur qualiter iuditium à citatione incipit † quęritur ergò an, iuditium possit incipere aliter quam à citationę, & ad hoc respondetur, quod ad principium iudiij pluribus modis peruenitur scilicet per viam actionis, accusationis, inquisitionis, denunciationis, executionis, aut per inplorationem iudicijs offitij, ergò si ageretur per viam actionis, tunc, iuditium habet initium, à citatione, iustà formam primi capituli ritus in illis iuditijs in quibus ageretur per actionis viam, ex quo sumus in causa ciuili, vbi quis prosequitur id quod sibi debetur ciuiliter agendo, vt not. glos. 1. in leg. qui accusare C. de edendo, & pro intellectione pręcedentis capituli hoc est executionis viam, seu in causa exequutiua, tunc ab extrema parte hoc est ab executione iuditium incipit, & sic per capturam personę debitoris, uel per bonorum suorum expignorationem., quę dicitur citatio realis, non autem verbalis. Aduertendum quoquè est pro maiori intelligentia

11 istius materię † qualiter, iuditium quo ad sui ordinem tres partes habet, licet prima pars incipit, à citatione, vsq; ad contestationem litis inclusiuè, quę habet informationẽ præuiam, citatione, comparitionem, libelli exibitionem iuramentum calumnię, respõsionẽ, confessionem, & negationem, & stante quod in summarijs, causis statutarijs, aliquando non contestatur lis stante forma nouę Regię pragmaticæ de causis summarijs, contestatio incipit ab illo actu. qui solet fieri immediate post contestationem litis in illis quæstionibus in quibus lis solebat cõtestari, vt in ordinarijs, secunda pars incipit à contestatione litis, & durat vsq; ad conclusionẽ inclusiuè, vt supra, quę habet exceptiones replicationes, duplicationes communiter, & nonnunquam triplicationes, quatruplicationes, & deinceps; & locũ habent, vt plurimum in ordinarijs causis informationem, utrinq; probationem, vtrinque confutationes, siue contradictiones, testiũ saluationes, & similia. Tertia pars incipità conclusione exclusiuè vsq; ad sentẽtiam, ut inquit Bar. in leg. 2. ff. de furt. taliter quod ipsa tertia pars, est à sententia vsq; ad ipsius exequutionẽ, & continet iudicis mandatum de exequendo quòt sit parti succumbenti, vt sententiam impleat, soluatq; uictori cum reliquis iustà sententiam satisfaciat, uel bona de mandato iudicis uendantur quo uerò ad uiã accusationis peruenitur, ad capturam personę, & ista dicitur citatio personalis, & sic primo loco tractãdum est de uia executiua, quæ incipit ab extremà parte, hoc est ab executione iuditium incipit, ut suprà, & quãdo incipit instãtia ipsius causę executiuę siuè oppositorię, & quantũ durant instantię loco suo melius declarabitur, & de hoc etiã Corset. Panor. in 2. quęst. part. 2. & ne uidear totaliter sicco pede per transire

12 dico † quod instantia datur ex forma statuti Regni in cap. 198. recolende memorię Regis Caroli cart. 491. ubi uidetur imponere metam instantię, quę quidẽ instantia incipit à die quo partes incipiunt de meritis causę, ut dixerunt Bar. & Bal. in l. properandum §. si quidem, & Cin. Angel. & Salic. in princ. C. de iud. nam quando de meritis cognoscitur, tunc dicitur habere uim litis contest. ut uoluit glos. no. in cap. 1. de elect. lib. 6. & est tex. & ibi not. Bar. & doct. in l. nulla C. de procu. & Bal. uult quod immediate secuta cõtradictione partis in causa exequtiua instrumẽtali habet locum instan-

tia

cta statuaria, vt in l. 1. C. de iur. cal. & ibi Paul. de Cast. & idem tenet Paul. Cast. in l. 2. §. quod obseruari eo. tit. vbi habetur quod contradictio partis habet uis litis contest. & Abb. in cap. pen. de iud. vbi vult quòd in causis summarijs habet locum prorogatio instantiæ, quia licèt ibi non fit iudicium ordinarium adest tamen iudicium extram ordinarium, vt per Bart. in extrauaganti ad reprimendum super verbo sine figura. Item dicitur ibi esse lis, vt patet in Clem. sæpe, & Bart. in l. de submersis C. de nauf. lib. 11. & Ludou. Rom. cons. 174 incip. amplissime doctor, & ista satis sufficiant pro intentione nostra adimplenda.

Tex. cap. 5. aliàs. 100.

CVm varia rerum natura nouum continuo procreet, quod rationali indiget sanctione: idcirco noua iuris propago dilucide, & correctionis lima reformet: quod licèt antiquitus pro bono fuerit introductum: ab experto nuper repertum est, ad cauillationis, & frustrationis materiam fuisse redactum, & ob hoc nihil veterum, & communium legum authoritati detrahitur, si vndè cauillationis materia videatur oriri, per maiestatem Regiæ dignitatis, vt legis viua, florida corrigantur quæ solet continuo contra abusus veteres noua consilia, & remedia reperire, cauillosa namque debitorum improbitas communis iuris frustrationes amplectitur, & debitorum solutiones cum dispendijs creditorum dilatat, circà quòd dum sacra maiestas Regia voluntarios labores appetens, volendo dictorum debitorum fraudibus obuiare, de communi consilio procerum, & consiliariorum suorum consultè pronidit, & suo decreto perpetuo valituro, firmauit, quæ inferius continentur, non obstantibus legibus iuribus constitutionibus, seu consuetudinibus his aduersantibus quibusque eis de expressa, & propria eius conscientia abrogando.

Nota 15. par. 1.

1 NOta quod expresse videtur dicere in isto capitulo † quod ritus iste debet obseruari in toto Regno, & semper intelligitur manere in viridi obseruantia, tamquam lex viua, & florida, exorbitans, à iure communi ratio est, quia statuta non debent esse inutilia, secundum Iason. notab. in l. si costante, ff. solut. matrimon. post Angel. cons. 62. incip. Titius de Florentia. fa. trad. per Dec. consil. 37. & per Felin. in cap. si quando de prescript. rursus quia lex, vel statutum semper loquitur. l. Arriani. C. de heret. & Bart. in l. 1. num. 2. ff. de cond. ex lege taliter quod ritus prædictus est contra ius commune, & ideò restringi debet, quantum possibile est, ne ius commune offendat, l. 2. C. de noxal. & debet obseruari, vt in præcedenti, textu: cum in toto Regno, non obstantibus legibus iuribus constitutionibus, seu consuetudinibus, vt meliùs in eo patet, ergò, & tamquam lex viua, & florida obseruari debet inuiolabiliter de necessitate Arg. l. prospexit. ff. qui & a quibus immò sub vinculo peccati, secundum Dec. cons. 536. num. 15. & pro conclusione istius note aduertendum est quod illa clausula non obstantibus, non videtur tollere priuilegia inserta in iure communi, vt per gl. in l. 2 §. omnes, & in l. hæres absens in princ. vbi Bart. ff. de iud. & in auct. qua in prouincia, C. vbi de crimi. agi oportet, vbi Bart. & doct. cum similibus, & hæc quæ dicta sunt sufficiat pro nostra declaratione.

Text. cap. 6. aliàs 101.

QVicumq; igitur creditor ostendat coram iudice competente, videlicet coram magistro iustitiario, & iudicibus M. C. seu pratore, & iudicibus fel. vrb. Panor. vel straticoto, & iudicibus nob. ciuitatis Messanæ instrumentum publicum, & in publica forma redactum, & confectum in Sicilia, & omnis iuris solemnitate completum, quod de iure probet obligationẽ expressam, & præsentem scilicet petitionis tẽpore quod non egeat probatione extrinseca, citato præsente, vel contumace debitore non audita excusatione absente, ponatur incontinenti in possessionem bonorum ipsius ad minus duplum valentium, quam debitum ipsum consistant data fideiussione de duplo soluendo, prout inferius particulariter continetur in qua possessione missus, ipse per quindecim dies stet, eis transactis procedatur ad distrationem bonorũ, & satisfiat ipsi creditori, nisi debitor causa rei publicæ ab fuerit in quo casu, prout de iure fuerit, procedatur.

Nota 16. par. 1.

1 NOta quod ex iste capitulo † octo capita cõsideranda sunt primum continetur, quod creditor ostendere potest coram iudice competente, instrumentum publicum in publica forma redactum secundum quod de iure probet obligationem expressam, & præsente tertium quod non egeat probatione extrinseca quartũ citato presente, vel contumace debitore, non audita excusatione absẽtiæ suæ, sed ponatur creditor in continenti in possessionem bonorum ipsius debitoris quintum ad minus duplum valentium, quam debitum ipsum cõsistat sextum

tum data fideiussione de duplo soluendo, vt melius suo loco in infrascriptis capitulis côtinetur septimum in qua possessione creditor missus per quindecim dies stet, octauum, & eis transactis procedatur ad distractionem bonorum prędictorum, & satisfiat ipsi creditori, de quibus omnibus per pręcedens capitulum, ac etiam per alia triâ sequentia inferius late tractabitur videlicet in cap. 15. incipiente ad tollendam, &c. 16. incipiente forma publica, & 17. incipiente data prius per dictum creditorem, & propterea suo loco, declarâda reseruo, & tantûmodo pro modo dicitur † qualiter
2 instrumentû publicû illud productû dicitur, quod est rogatum, idest lectum à tabellione rogato partibus pręsentibus, doct. in authen. siquis in aliquo documento C. de eden. Calcâ. cons. 91. col. 2 num. 3. & facit tex. in l. fideicômissa in prin. de leg. 3. instrumentum est veritas apparens, & probatio probata non probanda, quę nô indiget disceptatione fori. Bello. cons. 70. ad fin. & cons. 87 num. 10 & Grâ.
3 cons. 71. num. 23. in ciuilibus, † nam disceptare est ambigere contendereq;, vt in iudicio fieri solet aliquando significat iudicare cap. forus. §. iudex de verb. signifi. inde disceptator apud iuris consultos pro iudice, & arbitio secus est si esset factum penes acta curię, quo casu non est opus testibus. Ias. in l. omnium col. pen. in fin. & seq. C. de testa. glo. in § alic. in verb. insinuatione instit. de donatio. & Gram. cons. 65. col. 2. nu. 2. & 3. in ciuili dummodo quod
4 instrumentum sit factum cum iuramento, † nam ubi in instrumento iuramentum appositum est habet exequutionem paratam, Bar. in l. 2. & Bal. Alex. & Ias. de iureiura. Roman. in rub. de arb. col. 26. Bar. in l. sed & si possessori §. fin. & l. nâ. & postea. §. si petitor de iureiuran. Bal. in l. 1. C. de rebus credit & Gram.
5 côs. 11. ad fin. in ciuili, † & appellatione instrumentorum ueniunt non nulla alia acta, nam instrumenti appellatio generalis est qua continentur omnia in quibus causa instrui potest, & sic testamêtum etiam codicilli, testimonia & personę quibus causę instrui debêt loco instrumentorum habentur, l. 1. ff. de fide instru. & est glo. in cap. cum dilectus, de fide instru.
6 attamen † instrumentum proprie dicitur scriptura ad memoriam alicuius confecta siuè carta, & ita sumitur authen. de instrum. cau. & fide col. 6. quando agitur de instrumento publico, intelligitur etiam, si in eo est appositû iuramentum per tabellionem, ut communiter
7 hodie fieri solet † tamen de iure cômuni instrumenta publica non habent exequutionem paratam, ut est tex. in l. minor. 25. annis, cui fideicommissum de minoribus quê tex. vbiq; doct. allegant, & Angel. in l. si cum dotem § eo autê tempore solut. matri. & Ias. in § item siquis postulante col. 3. in princ. uer. 12. Corne. cons. 258. & 351. uol. 3. Aret cons. 56. col. 2. Dec. cons. 322. col. 2. nihilominus aduertendum
8 est † qualiter in aliquibus casibus, iuramentum deferendum est reo, & non actori quâdo actor habet pro se unam probationem, & reus alteram, Mascar. conclu 9. num. 29. uol. 1. fol. 23.
9 & † quia loquêdo uidemus ꝙ quis ex contractu agere non potest nisi doceat pro parte sua adimpleuisse l. Iulianus §. offeri de act. empt. Corn. cons. 79. col. pen. uer. & qui uult agere
10 in littera O. uol. 1. & † ad propositum nostrum instrumentum à notario sub scriptum probat, per inde ac si à notario totum scriptum fuisset, Mascar. conclu. 1341. num. 9 uol. 3. fol. 333.
11 scias † quod instrumentorum species sunt duo nam aliud publicum, aliud priuatum, instrumentum publicum, est solennis, & ritem ordinata scriptura, per authenticę personę manum publicè facta ex causa memoriæ cap. scripta de fi. iustum, & sunt illa de solennitate quę faciunt instrumentum publicum, & authenticû regulariter, ut scilicèt prępontur nomen Imperatoris, & annus Imperij, nomen consulis,
12 & annus consulatus hodie † uero ponitur nomen summi Pontificis, seu Imperatori, cû alijs septem ut sunt annus domini, indictio mensis dies, locus cum nomine notarij, & c. de quibus requisitis no. glosa in l. generali C. de tab. lib.
13 10. & dicitur † publicum instrumentum, quia iudicis authoritate est exemplificatum, & authenticû, ut in capitulo cum dilecta de côfir. uti uel inu. Item etiam publicum instrumentum, quia authentico sigillo est sigillatum, ut
14 cap. 1. de fid. instrum. † Item dicitur publicum instrumentum quod habet subscriptionê triû testium uiuentium, ut cap. scripta pręalleg. &
15 hodie solet subscribi aliquando per tres notarios † Instrumentû priuatum est quod per manum priuatam confectum est, uel à tabellione non tamen informa publica scriptum, ut habetur in cap. 16. & 19. istius nostri statuti, & sic non est opus in eo apponere nomen Impera-
16 toris, Côsulis, uel Papę, vt supra proxime dictû fuit, ut C. qui po. in pigno ha. l. scripturas † attamen tale instrumentum debet habere triû testium subscriptionem, vt dict. l. fin. tamen hodie per notarios aliquando in instrumento priuato ponuntur duo testes, nam de iure diuino in hore duorum, vel trium stat omnè verbum, & hæc sunt suffectura.

Tex. cap. 7. aliàs 102.

ET hoc intelligitur, de instrumentis mutui, commodati, depositi pecuniæ, & rerum daturum ad negotiandum, ac venditionis mercium, & de inuentarijs bonorum pupilli, ex quibus instrumentis obligatio, & petitio incipit competere ab annis decem proximè præteritis citrà, vel quæ spatio ipsorum decem annorum competit tempore petitionis in iuditio proponendæ in alijs verò instrumentis, vel de iure communi, vel secundum antiquum ritum, prout pars actrix elegit procedatur.

Nota 17. par. 1.

NOta quod istud capitulum septimum intelligitur, prout capit. 16. & 19. in sequentibus, vbi in dicto capit. 19. videtur mentionem facere de testamento, & de alijs contractibus in eo declaratis, vt habeant executionem paratam, &

1 † quia loco testamenti aliquandò fit donatio causa mortis idem iuris est in, ex quo habet vim testamenti licèt donatio causa mortis sola pœnitentia reuocatur. Mascard.

2 conclus. 1281. fol. 271. volum. 3 † quæ quidem donationes debent insinuari apud acta curiæ iuratorum, vt habetur in capit. Regni

3 recolendæ memoriæ Regis Ferdinãdi in cap. 61. fol. 356. in tex. ibi mutuum † ibi dico quod mutuum est, illud quod alicui præstatur, vt tempore suo reddat, & dicitur, ex eo quod fit de meo tuum, vndè est nomen compositum ex corrupto, & integro, quia quod meum fuerat, mutando tuum facio, vndè res, quæ ponderantur, vt argentum, & similia, quæ numerantur, vt pecunia, & quæ mensurantur, vt frumentum mutuari possunt, vt l. 2. ff. si cert. petat. §. mutui datio institut. quib.

4 mod. re contrah. oblig. in princip. Item † ibi commodati si queritur quomodo mutuum, & commodatum inter se differant responderi potest, quod differ mutuum à commodato, quià commodatum est de eadem re præcise, mutuum autem est de consimili restitutio, vt not. gl. ibidem, & vide ibi aliam defferentiam notatam, & mutuum tripliciter potest reconciliari, vt not. glo instit. quib. al. licèt § nunc autem, & ibidem quib. mod. re con. ob. §. item

5 is in glos. & mutuum † etiam dicitur esse triplex, naturale tantum scilicèt quando fit numeratio, siuè stipulatione de soluendo, ciuile tantum, quando stipulatio interuenit de soluendo, siuè numeratione ciuile, & naturale quando numeratio, & stipulatio interuenit, & commodatum est alicuius certæ rei ad aliquem specialem vsum gratuita facta concessio adde ad certũ tempus tacitũ, vel expressum, secun-

6 dum Io. Andr. in capit. vnico de commo. † & differt à præcario per vsum specialem. Item quià præcarium potest reuocari, sed commodatum non potest reuocari nisi expleto vsu ad quem datur in text. ibi depositi, quo ad depo-

7 situm dico qualiter † depositum est quod custodiendum alicui datum est, l. 1. ff. eo. & dicitur à de, & positum, sic quod præpositio de augeat, vt ostendatur totum fidei eius commissum apud quem ponitur quo ad custodiã, & videtur separata custodia à deponente, quod depositum quamuis habeat executionem paratam, vt l. pen. C. depositi tamen debet intelligi quod prius de deposito constet per instrumentum, vel per testes examinatos, ad perpetuam rei memoriam, vel aliter de eo notoriè appareat, vt per Bart. in l. creditores C. de pignor. aliàs requireretur libellus capit. quoniam frequenter, vt lit. non

8 cont. † & est notandum quod si quis reperitur obligatus per iuramentum ad depositum faciendum isto casu tenetur ire ad domum sui creditoris, & offerre quod debet propter iuramentum, alias constitueretur in mora Grat. lib 1. respon. 41. in fin. & si fortè creditor ad domum non inueniatur debet citari, & depositum fieri, facta electione per iudicem competentem de persona depositarij aliàs ipsum debitorem non liberat, quià oblatio debet fieri congruo loco, & tempore, ità Calca. consil.

9 14. ad fin. & in tali casu † depositum debet esse integrum ità, vt neque in vno numo deficiat, vt per Gezad. cons. 57. num. 15. & per Crauett. cons. 106. in princ. & quo ad præmissa vltra non me extendo, sed loco suo melius declarabitur.

Tex. cap. 8. aliàs 103.

ET si obligatio non in personam petentium, vel personam petitorum contracta fuerit, sed in persona, vel contrà personam eorum, quibus succeditur, siuè creditor, siuè debitor, vel ambo inueniantur defuncti, quicunque hæredes existant, siuè filij, siuè extranei, vsq; ad primos, & secundos hæredes summatim præsente, vel vt suprà contumace impetito, probata morte, & successione, vel amborum, vel alterius, vt euenit procedat executio suprà dicta, & si inuenitur emptor bonorum ipsorum distrahendorum, procedat venditio, aliàs sit pingue (vt dictum est) tradatur res. in duplum valens insolidum creditori, cum termino infrà menses quatuor redimendi.

Nota

Nota 18. par. 1.

1 NOta quod dicitur in isto capit. † qualiter executio potest fieri ad instantiam puta Sempronij velut hæredis condam Meuij eius patris tamquam creditoris Titij puta in vncijs decem contrà ipsum Titium debitorem virtute contractus manu publici notarij, &c. licèt principalis creditor reperiatur defunctus, & econtra, nam virtute suprà dicti capituli obligatio actiuè, & passiuè transit ne dum vsq; ad primos, sed
2 etiam ad secundos hæredes † quoniam hæres hædis dicitur hæres testatoris l. final. C. de hære. instit. l. pater fam. ff. de vulg. & pupil. si quis filius, § fin. ff. de acquiren. hæredi. l. si
3 statu lib. § si fil. fam. ff. de statu. lib. & † in reliquis vero proceditur, & intelligitur istud capitulum, per capit. 17. incipiens, & data prius per dictum creditorem fideiussione de duplo, &c. eo, maximè quòd hæres adeundo dicitur quasi contra hære. & consentire, ac se obligare per eumdem modum cum iuramento, prout erat obligatus defunctus, vt per Paul. de Castr. cons. 13. col. 1. in fin. volum. 2. & per Gramm. cons. 100. nu. 79. in ciui. & sic in effectu † tran-
4 sit vinculum iuramenti, quod ligat ipsum, & tenetur obseruare, prout tenebatur defunctus, vt ibi dicit Gramm. num. 70. Oldrad. cons. 40. Cassan. cons. 24. colum. 3. ad fin. vbi latè Calc. cons. 75. num. 51. & Anton. de Gabr. in tit. de iureiuran. conclus. 6. in princ. & est communis opinio omnium doctorum quod † vinculum contractus, validati per iuramentum transeat ad hæredem, vt inquit Corn. cons. 2. colum 4. in litera G. volum. 3. & etiam vulgaris est regula quod hæres, neq; directe, neq; per indirectum venire potest contrà voluntatem defuncti, l. cum à matre. C. de rei vendic. Ruin. cons. 42 num. 12. volum. 1. & Grat. lib. 2. respons. 21. num. 46. attamen si hæres contrauenit iuramento defuncti non dicitur periturus, Paul. de Castr. consil. 306. colum. 1. ver. nam tunc volumin. 2. Scias nihilominus quòd mortuo testatore, dominum transit in hæredes rerum hæreditariarum, nam dominium fuit deuolutum ad hæredem institutum per testatorem etiam si non fuerit secuta traditio, vt dixit Don Francis. de Milanesi in decisio. 1. pan. lib. primo, & pro modo ista sint suffectura pro declaratione præscripti capituli.

In Tex. ibi.

Probata morte, & successione, &c.

Nota 19. par. 1.

1 ITem nota quod ex isto capitulo † datur forma agendi via executiua inter hæredes, nempè probata prius morte, & successione, scilicèt morte principalis creditoris, & successione hæredum defuncti, quæ verificatio iuri communi consonat, secundum Dec. consil. 449. nume. 9. Capic. decisio. 48. nume. 1. & 3. Ruin. consil. 102. nume. 4. lib. 5. & nouiter, Menoch. consil. 75. nume. 101. volum. 1. qua extremorum verificatione facta potest executio fieri, contrà hæredes debitoris, siuè ad eius instantiam, quando creditor, vel debitor defunctus repe-
2 ritur, nam † hæres adeundo dicitur quasi contrahere, & consentire, ac se obligare per eumdem executiuum modum, & cum eodem iuramento, prout erat defunctus, obligatus, vt inquit Paul. de Castr. consil. 13. colum. 1. in fin. volum. 2. & Anton. Gabriel. fol. 225. conclus. 6. nume. 3. & Serafi. de Serafinis in tractat. priuil. 66. nume. 28. fol. 358. quæ quidem verificatio potes fieri modo inferius positio, finis præsentis notæ.

Verificatio extremorum contrà hæredes debitoris quomodo sit facienda.

Memoriale super quo sunt recipiendi testes per Mag. Reg. Cur. ad informationem commissarij ad instantiam Sempronij, contrà, & aduersus meuium hæreditario nomine, condam Titij eius patris super infrascripta verificatione extremorum ad effectum exequtionis fiende.

ET primò ponit, & probare intendit, &c. qualiter Titiu, in sonno circa mesi dui, che fu morto, & defunto in la Felice Città di Palermo, & di sua morte si fici planto, & lutto, & dicant testes ad intentionem producentis etiam extrà capitulum, &c.

ITem ponit, &c. qualiter per giorni cinco inanti, chi lo ditto Titio hauissi stato morto, & defunto, fici il suo nuncupatiuo testamento in li atti di

Gaio publico notaro, in virtu de lo quale instituiò soi heredi vniuersali, & soprà tutti beni suoi mobili, & stabili se semouenti, ragioni, & attioni al ditto Meuio come meglio appare per detto testamento, al quale si habbia relatione, & dicant testes ad intentionem producentis etiam extrà capitulum &c.

I*Tem ponit &c. qualiter lo ditto Meuio come figlio legitimo, & naturali del detto, condam Titio, lo quali successi in virtu de detto testamento, pigliao la heredità di detto condam, cum beneficio legis, & inuentarij, & come heredi, vt suprà, haue gesto, & administrato la ditta heredità, & cossi haui stato visto, & conoxuto, & da ogni vno reputato, come heredi di ditto condam Titio suo patre, & dicant testes ad intentionem producentis etiam extrà capitulum, &c.*

I*Tem ponit, & probare intendit, &c. qualiter poi della morte di detto condam Titio, lo ditto Sempronio haue, administrato, & pigliato possessione della detta hreditate senza fare inuentario disponendo, & vsando li beni relitti per lo ditto condam Titio mangiando, & biuendo dello formēto, & vino che restao poi della morte di ditto condam, & pigliandosi possessione delli beni di ditta hereditate come heredi indiscreto, & dicant testes ad intentionem producentis etiam extrà capitulum &c.*

In eadem Nota 19. par. 1.

ITem nota quod facta uerificatione prædicta, uel per subitiones hæredis super interrogatorio ad effectum periurij præsentando,
3 de quo tractabitur infra in Tex. 6 2. potest † indè deueniri ad executionem in persona, & bonis hæredum si sūt indiscreti scilicèt quod se imiscuerunt in hæreditate nullo confecto inuentario, & si hæreditatem adiuerunt cum benefitio legis, & inuentarij, tunc proceditur in bonis hæreditarijs, & non ipsorum hæredū licet executio ipsa dicat cōtrà hæredes, & hoc locum habet si sunt maiores annorum decem, & octo, & si fortè hæredes sūt minores est uidendū, an, habeāt tutores, vel curatores, q̄ si eos habeant, executio fit contrà tutores, & curatores, siuè hæredes cum authoritate curatoris, alias debent dari p curiā nēpè minori septēnio tutor, & nō cura, secūd. Afflic. decis. 262 q̄ seqtur Caualc. de tuto. & cura. nu. 181. maiori uero à septennio suprà curator sufficit, & dari potest p curiā facta prius iniuncti eidem maiori septennio, & si compareat, & per actū inscriptis petat curatorem ad litem, nam curator ad liteā datur uolenti, & petenti, modo & forma pro ut infrà melius declarabitur in
4 tract. tutelę, & si † hęreditas iacet, opus est deuinere ad dationē curatoris ad litem hęreditatis iacentis, secū dū tradita per Capy. decis. 87. pro vt melius inferius (si dabit Deus) videri poterit latè in dicto tract. tutelę, de qua executione vide infrà, proximè.

Forma executionis contra hęredis debitoris defuncti.

MAndata est executio in bonis hæreditarijs remanentibus post mortem cōdam Titij ad petitionem, & instantiam Sempronij creditoris i vncijs 40. p. p. 5. de quo pluri, &c. Contra & aduersus Meuium velut hæredem vniuersalem ab intestato, vel cū benefitio legis, & inuētarij condā Titij eius patris, & hoc vigore publici contractus celebrati manu notarij Gaij die, &c. & sunt pro alijs totidem per ipsum Sempronium mutuatis, ex puro mutuo adiunctis testamento dicti condam Titij in actis prędicti notarij Gaij die, &c. & testibus receptis super verificatione extremorum apud acta dictę magnę regię curię, & omnibus, & quibuscumq; alijs scripturis, & actis publicis, & priuatis facientibus ad roborationē, & confirmationem pręsentis executionis quatenus opus est, & de iure requiritur, cum pacto de non opponendo, vt in dicto publico instrumento, & pignora ad discursū vendendo, &c. vnde, &c.

Alia forma executionis iuxta stilum curię pręturę, & ciuitatis Montis Regalis.

PRo Meuio de tale, ciue, huius fe. vr. pan. petente à Meuio de tale Velut filio legitimo, & naturale, & hęrede vniuersale condā Titij principalis debitoris in vncijs quinquagīta pluris petitione seruata de quo pluri, &c. & sunt pro alijs totidem per ipsum Sempronium mutuatis dicto condam Titio tempore eius vitę, & hoc virtute contractus debitorij celebrati manu notarij Gaij die, &c. ad iūctis testamento dicti condam Titij celebrati in actis eiusdem Gaij die, &c. ac testibus receptis super verificatione extremorum, ac omnibus, & quibuscumque alijs instrumētis scripturis, & actis, tàm publicis, quàm priuatis ad cautelam facientibus pro robore pręsentis executionis quatenus, &c. quę habeantur pro protestatis exhibitis, & specialiter calendatis in pręsenti executione cum pacto de non opponendo &c. & pignora adiscursum vendendo &c. pro quo de duplo, &c.

Fideiubsit, &c.

Const-

Constituit in eius aduocatum me Fabritium de tale.

Tex. cap. 9. alias 104.

PRædicta quidem fideiussio cõtineat duplũ quantitatis petitę debere restitui debitori, si debitũ apparuerit satisfactum non asseritur, sed ex alijs petitionibus mutuis debitum compensari, vel pacto, vel alio iure debiti petitionem suspendi, vel non competere creditori, denunciato hoc ipsi creditori, eo in petitione perseuerante, procedat dupli petitio, vt insatisfactionis casu.

Nota 20. par. 1.

NOTA quod ex isto Capitulo dicitur
1 qualiter non solum † fideiussor de duplo, quando creditor executionem exercuit contrà suum debitorẽ, casu quo apparuerit satisfactũ de debito per eum petito, ipse creditor cõdemnari possit ad soluendum, restituendum, & assignandũ pænã dupli dicto debitori pro concurrente quã-
2 titate parti qua apparuerit verè satisfactum † verum etiam quãdo per debitorem satisfactũ nõ asseritur, sed ex alijs petitionibus, mutuis, vel pro qua uis alia causa debitum conpensari petierit, vel pacto liberatorio, vel alio iure debiti petitionem suspendit, vel non competere eidem creditori, siuè allegãdo aliã exceptionem, hoc tamen denuntiato ipsi creditori, per aliquam cedulam denuntiatoriam, quo creditore in petitione perseuerãte proceditur ad dupli petitionem scilicet, vt condennetur creditor ad duplum pro concurrente quantitate, vt suprà quo casu facta aliqua petitione ex ante dictis per debitorẽ, tunc creditor tenetur præstare de duplo prædicto, hoc est quòd
3 hac fideiussione præstita per creditorem † ipse debitor teneatur in dicto casu ipsam cedulam denunciatoriam, & protestatoriam facere dicto prætenso creditori suo, & eo in petitione perseuerante potest puniri, & condem-
4 nari ad pęnam dupli † nam compensare idem est quòd soluere, vt Mascard. inquit conclus. 334. nume. 2. volum. 1. cart. 249. quo casu compensatio potest, & debet fieri de debito liquido ad liquidum, & itam exceptio huius compensationis, vim solutionis habet, Affl. ct. in decisio. 121. nume. 4. & vers. super dicta decisio. nume. 3 4. Marant. in sua praxi
5 4. par. versic. 6. distinctio † quoniam compensatio debiti nõ liquidi probari debet per eum, qui illam allegat, vt dicit ipse Mascard. in eadem conclusio. nume. 1. & hoc debet intelligi quãdo est liquidũ per testes, vel per alias probationes, secus si liquidum est per confessionem partis tex. est in l. si. C. de cõpensat. quòd
6 quidem † debitum illiquidum fit liquidum de voluntate partium, dicit Bald. per tex. in l. post rem ff de re iud. Aduerte quod si statutum dictat sententiam liquidam debere exequtioni mandari, verificatur etiam in ea sententia, quę non est liquida, sed liquidatur per acta, quæ faciunt illam liquidã, Bald. in l. certi condictio
7 §. quoniam ff. cert. peta. † & paria sunt aliquid esse liquidũ, vel per relationem ad aliud constare liquidum, vt in l. si ità scripsero, ff. de cõdit. & demostra & Bal. in l. cohæredi. §. qui diuersa ff. de vulg. & pupil. nã vna scriptura per aliã declaratur pro prædictis facit text. in cap. cum olim extrà de verborũ significat. ex quo sententia, rei euidẽtia, & probatio parca sunt, Innoc. in cap. ex tenore de rescrip. & Abbas in
8 d. cap. cum olim † quot liquiditas instrumenti considerari, potest dupliciter scilicet respectu cõuentionis partium pacto vltrò citroque obligatorio, & respectu quantitatis promissæ in instrumẽto, & ex hoc infertur quod instrumenta liquida, seu pura propriè dicuntur illa, quæ non indigent alia probatione l. fin. C. de fal. cauf. a die. Itẽ illa quæ sunt pura, & absque conditione, secundum Deci. cõs. 46. & cons. 4. vol. 1. & omnia ista instrumenta liquida per se, vel per relationem ad alia instrumenta publicã, & æquè solemnia, vt per Dec. in cap. ex parte, lo 2. in 15. fallentia extrà de offic. de leg. possunt pręsentari, & liquidari pro executione istius capituli Ritus, & sic † videndũ est an instrumenta, quæ non sunt liquida possint executioni mandari, verbi gratia, promisisti mihi dãna, seu interesse, & dicendum est quòd sic quoniam obligatio prædicta omni respectu est præsens, & nõ dicitur habere diem, neque conditionem sicut quando quantitas legata debet alterius arbitrio declarari in vim extremorum, vt No. in l. 1 ff de leg. 2. hoc tenet Bar. i vltim. q. & Bal. in l. 2. C. de execu. rei
10 iudi. † Modus tamen liquidandi, seu practica est duplex primò quod actor petat instrumentum non liquidum exequi, & in processu executionis liquidari instrumentum, & ità tradit Bart. in l. 1. ff. de eden. per ibi. Not. & in l. 2. C. de sentent. quo. casu practicatur, quod si fortè fuerit cautata executio pro debito alicuius quantitatis frumenti, in casi debitum non est liquidum in pecunia dicere ad salmas tot frumenti quorũ defectu ad prætium, & valorem legitimè liquidandum, & sic sinè certa quantitate, vel incontinenti petita executione instru-

strumenti, producat, seu præsentat articulos pro liquidatione ad probationem damni, vel interesse in vim extremorũ facienda, quæ probatio non requirit libellum, vel litis contestationem, seu alium ordinem iudiciarium, sed proceditur summariè secũdum formam legis à diuo pio §. si super rebus, ff. de re iudi. &
11 scias quod † illiquiditas instrumẽti potest duplici respectu considerari, quod aliquandò instrumentum est illiquidũ respectu debiti, quià conditionale incertum, & non apparet substantia ipsius obligationis, & nullo pacto instrumentum præsentari, aut liquidari potest, quià vbi non est ens, qualitas non accedit. Itẽ illud pactum habet sub se tacitam conditionem, quod possit pro liquido præsentari in eo casu quo fuerit debitor, non aliter, nec sub ista tacita conditione includitur exceptio per iurij, quià abstrahit consensum à cõtractu, & iuramento, vt dicit Bald. in l. fin. ff. qui satis cog. & in l. fin. C. de nou. nu. pec. & ista tacita sub conditio in est in iuramento sicut in cõtractu, vt dicit Bar. in l. titia Seia § Imperator in fin. de leg. 2. Roma. conf. 269. incip. non est dubiũ Barb. conf. 16 3. col. & conf. 52. col. fin. 2. vol. & pro conclusione istius notæ dico quod facta cędula prædicta denuntiatoria, & præstita fideiussione de duplo deueniri potest ad condemnationem cõtrà creditorem eiusq; hæredem. Aduerte enim quod confessio creditoris si redacta est ad scripturam puta in libro rationum, probat Mascard. in conclus. 313. nu. 16. & 17. fol. 290. vol. 1. Aduerte etiam quod confessio extra iudicialis parte absente in ciuilibus nihil probat, in criminalibus vero facit indicium ad torturam, idem Mascard. in cõcl. 346. nu. 6. fol. 258. vol. 1. & sic deueniendum est ad ipsam fideiussionem de dupli, & cedulam denunciatoriam modo prout infra.

Forma fideiussionis de duplo quando debitor allegat solutionem.

Die, &c.

PRo Sempronio petente à Titio vncias decem vigore, & ex causa in executione causata apud acta M. R. C. die, &c. qui titius asserit soluisse debitum prædictum, propterea de mandato Sp. talis Iudicis, referente Daniele Porterio casu quo apparuerit de solutione debiti prædicti, de soluendo dicto Titio duplum cum omnibus expẽsis factis, & faciendis iuxta formam Ritus, cum omnibus obligationibus, renunciationibus debitis, & oportunis cum clausula, vt Bancus in forma Curiæ, &c.

Fideiussit spõte talis renũcians priuileg. fori.

Alia forma fideiussionis de duplo quando debitor allegat compensationem.

Die, &c.

PRo Sempronio cui fuit petita proxima fideiussio de duplo ad instantiam supradicti Titij, ex quo asserit non teneri ad debitum prædictum pro quo fuit sibi causata supradicta executio, ex quo est creditor, vt asserit in vnciæ viginti dicti Sempronij, & allegat compensationem pro concurrente quantitate, & propterea de mandato talis Sp. Iudicis M. C. referente tale Porterio in casu compensactionis prædictæ de soluendo dicto Titio pœnam dupli pro concurrente quantitate cum omnibus expensis factis, & faciendis iuxtam formã Ritus cum omnibus obligationibus renuntiationibus, &c. cum clausula, vt Bancus in forma Curiæ, &c.

Fideiussit talis, &c.

Nota 21. par. 1.

ITem nota quod practicatur in Mag. Cur. † nempè post quam fuerit causata executio proceditur ad expignorationem bonorum debitoris, seu ad carcerationem eius personæ, nisi voluerit præstare in quindenam de soluendo debitum pro quo processit executio, & facto adimplemento prędicto, Aduocatus debitoris solet comparere coram Iudice, & allegare solutionem, vel cõpensationem, vel pactum liberatorium, & petere fideiussionem de duplo vt supra, qui Iudex solet mandare † quòd non currat quindena, seu terminus quindenæ expignorationis, vel carcerationis, nisi prius fuerit præstita fideiussio de duplo, & inde præstita fideiussione, prædicta si debitor habet pactum liberatorium, seu aliquam exceptionem compensationis, tenetur ipse debitor hoc denuntiare, vt supra dixi creditori suo per cœdulam, & antequam ad hoc deueniatur, scias quod fideiubens ad certum tempus, si prorogatum sit principale debitum non præsumitur prorogata fideiussio, Mascard. conclusio. 1240. num. 15. fol. 210. eo maximè quod fideiussio bancalis est adeò priuilegiata, quod aduersus eam, nulla exceptio valet, nec priuilegium, & prout melius late videtur contineri per clausulam, vt Bancus in forma Curiæ, &c. vt in capit. Regni recolendæ memoriæ Regis Alphonsi post cap. 542. fol. 271.

& sic deueniendum est ad ipsam cędulā, & ad conclusionem præsentis notæ.

Forma cædulæ denunciatoriæ, notificatoriæ, & protestatoriæ in causa dupli.

APud Fel. Vrb. Panormi, & in M. R. C. ibidem degente comparuit Titius, & sua expositione narrauit dicens, quod cum nouiter ad instantiam Sempronij fuerit ei causata executio in vnciis decem licet nulliter, & per fideiussionē in quindena fuerit per ipsum exponentem adimpleta apud acta dictæ M. R. C. diem virtute, & authoritate asserti instrumenti, siue contractus, & actorum in ipsa asserta executione calendatorum apparet ad quod prætensum debitum ipse exponens minime tenetur pluribus capitibus, ut dic sua, & maxime quod ipse Sempronius fecit ei pactū liberatorium de non petendo debitum prædictum, stante solutione ei facta, prout intendit verificare dato eo cōpetenti termino, vel quia ipse Titius reperitur creditor dicti Sempronij in vncijs viginti virtute contractus celebrati in actis, &c. seu intendit hoc probare per testes alias scripturas, & acta, hac ex causa petierit quod ipse Sempronius præstiterit de duplo, prout præstitum fuit apud acta ipsius M. C. die, &c. de qua summa in quibus reperitur creditor ipse exponens à dicto exposito petierit, & petit quod fiat compensatio iuxta formam Ritus, & iuris pro concurrenti quantitate, & ita pluries atq; pluries requisierit creditorem suum, qui denegauit, & adhuc denegat ad hoc deuenire nō sine suo maximo damno, præiuditio, & interesse, & hoc non obstante adhuc perseuerat in petitione debiti prædicti, & intendit procedere ad distractionem pignoris, stante quod fuerit positus in pacifica possessione de pignore prędicto, vel per eū fuit præstitum in quindena, qua extractione, vel solutione debiti prædicti, facta euenit casus petitionis dupli prædicti, stante forma Ritus. Quapropter exponens ipse, vt ritè, & rectè procedatur adiuit eamdem Mag. Reg. Cur. & ab ea petijt, & petit de infrascripto opportuno iuris remedio sibi prouideri debere, quæ quidem Mag. Cur. ipsa annuens petitioni prædictæ tamquam iustæ, & iuri consonæ, qui a iusta petenti, &c. tenore præsentis cædulæ omnia supradicta, & infrascripta notificauit, & notificat denuntiauit, & denunciat dicto Titio, quatenus infra terminum dierum quatuor peremptoriè habeat vellit, & debeat desistere à petitione prædicta asserti prætensi debiti, & de ipsa desistentia actum apud acta Mag. Reg. Cur. facere, & cancellare ipsam fideiussionem in quindenam, vel ei restituere pignora prędicta, seu quod fiat compensatio pro concurrente quantitate, & ne de præmissis possit expositus ipse allegare aliquā ignorantiam, & excusationem fuit per exponentem deuentum ad præsentem, & si fortè ipse expositus per actum in scriptis, vt supra non curauerit præmissa omnia, & singula adimplere pro vt tenetur liceat licitumq; sit dicto exponenti se dirigere super petitione dupli prædicti ex quo M. C. ipsa licentiam dedit, & dat exponenti se dirigendi, & per præsentem intelligatur, & sit contra ipsum expositum, & eius bona protestatum de omnibus, & quibuscumq; damnis, interesse, & expensis factis, & faciendis incursis, & incurrendis, ac quomodocumq; & qualitercumq; passis, & patiendis, constituēdo eum in omni dolo mora, lata culpa, leui, & leuissima hanc suam, &c. & quod etiam possit agere ad ipsam pęnam dupli iuxta formam Ritus, & non aliter, &c. quam quidem cędulam notificatoriam denūciatoriam, & protestatoriam, ac omnia, & singula in ea contēta ad effectum pro vt mea M. C. ipsa acceptauit, & acceptat laudauit, & laudat, ac cōfirmauit, & confirmat interponendo super his omnibus, & singulis suam iudiciariam authoritatem pariter, & decretum, in cuius rei, &c.

Vidit talis Iudex, &c.

C. d. tradditione consimilis recipiatur in vim, cędulæ, notificatoriæ, denunciatoriæ, protestatoriæ, & licentia agendi pro vt in ea iuxta formam Ritus.

Recepta Panormi die, &c. de mandato, &c. in vim, &c. & de tradditione, &c.

Nota 22. par. 1.

ITEM nota quod recepta supradicta cędula denunciatoria infra quindenam,
1 ipse debitor † potest oppositiones suas
præsentare, & in eis simplum, & duplum petere, vt in causa requiritur eo modo, & forma pro vt in oppositionibus, & suo loco declarabitur, quibus præsentātis in iuditio, siue parte citata, & satisfacto dicto creditori de debito per eum prætenso, & præstita etiam fideiussione de restituendo in casu succumbentiæ, vt solet fieri in interlocutoria data in articulo reiectiuo casu quo fuerit missum ad effectum quod oppositiones reijcerentur, potest inde prosequi causam oppositoriam, &

dupli

dupli simul, & semel, ex quo vnica sententia vtraq; causa terminãda est, vt melius loco suo declarabitur. Aduerte quod dictus opponens in ipsa causa oppositoria tenetur præsentare ipsam cedulam cum fideiussione de duplo, & acta in quibus reperitur creditor dicti creditoris sui, & etiam præsentare pro protestatis illa acta decisa, & alia, quæ forte faciunt pro fundamento intentionis opponentis; scias quod etiam in ista causa oppositoria lis contestatur, & instantia in ea currit, vt supra dictum fuit in notis 13. & 14. maximè quod in dicto statuto datur instantia ciuilibet causæ, tàm ciuili, quam criminali, & etiã feudali, & istã opinio est corroborata vrgentioribus rationibus, & pluribus authoritatibus, & est magis communis, eo fortius quando videtur tractare de instantia iuris communis, quę incipit à litis contestatione, quę instantia non videtur posse dari vbi non contestatur lis, qua propter causa quantumcumq; summaria habet instantiam, & processus est nullus lite nõ contestata, vt in cap. 2. & cap. quoniam frequenter in princ. extrà vt lite non contest. & hæc sufficiant in præsenti nota.

Tex. cap. 10. alias 105.

Creditore quidem in pacifica possessione posito, liceat debitori in continenti si elegerit, vel postea duplum repetere à creditore predicto, summariè, vel scilicet per terminì dationem, & quatenus creditor condẽmnatus fuerit ratione dupli, executionem fieri, siue contra ipsum creditorem, siue contra fideiussorem, prout debitor elegerit, quæ causa scilicet petitionis, executionis, & dupli vtraque procedat omni appellationis, supplicationis, & restitutionis, post sententiam beneficio denegato.

Nota 23. par. 1.

NOTA pro declaratione istius capituli decimi quarti istud capitulum intelligitur per capitulum infrascriptum 36. alias 131. incipiens item liceat debitori, &c. vbi vidẽtur contineri omnia illa, quę faciũt pro declaratione pręsẽtis capituli, attamen ita ne sicco pede transeamus super illis verbis liceat debitori incontinenti quod incontinenti intelligitur pluribus modis, aliquando intelligitur infrà triduum, vt in l. 3. C. de errore Aduo. & ibi Bal. in primo notabili, sed nõ postea, quia videtur comprobare ea, quæ facta sunt per creditorẽ si infra triduum non contradicitur, aliquando in continẽti accipitur pro statim, cõfestim, mox illico, quod facit sine interuallo, nullo actu cõtrario, aut impertinẽte inter medio, infrà quẽ terminum est permissum aduocatis reuocare suum errorem statim idest infrà triduũ, l. vlt. C. de errore Aduo. & hoc intelligit, Placent. sicut sonat, & Acurt. hoc intelligit quãdo causa durat post errorem tantum per tres dies itẽ quod facit in decẽ diebus, ff. de constitu. pecu. l. promisso. 1. vbi dicitur quod si quis sine die constituerit se soluturũ pecuniã alicui, contra eum agi potest, si statim non soluerit infrà decem dies, sed ad propositum in casu nostro incontinenti intelligitur infrà quindecim dies, nam si debitor virtute fideiussionis bancalis se obligauerit soluere infrà quindenã, ea elapsa, non potest amplius dici incontinenti, & sic potest petere duplum infra terminum prædictũ à suo creditore, quo termino elapso habet annum, vt se dirigiat in petitione ipsius dupli,
1 vt in dicto capitulo liceat, &c. attamen † si creditor se direxit per viam expignorationis, quo casu debet poni, & manere in sua pacifica possessione bonorum expignoratorum, ex quo si creditor executionem exercuit contra
1 suum debitorẽ pro ad implimento ipsius executionis, si elegerit bona debet de necessitate
2 sine contradictione si essemus in † M. C. & ageretur ab vncijs quinque infrà per annotationem, siue expignorationem apud acta, silicet permissionem vulgariter nuncupatam, vel si ageretur in bonis mobilibus, & si forte executio fuerit causata in Curia Pretutę Fęlicis Vrbis Panormi, in ea est antiquissima consuetudo, & obseruantia, tàm si ageretur ab vncijs quinque infrà, quàm supra semper solet fieri missio, & inde seruatis seruandis potest procedi ad liberationem, secus in M. C. nam in ea quando agitur ab vncijs quinque supra, semper fit annotatio primi decreti instabilibus, & inde seruatis seruandis proceditur ad interpositionem secundi decreti, & si forte ageretur in mobilibus pro qua vis summa, tàm ab vncijs quinque infrà, quàm supra vtroque modo proceditur, tàm permissionem, & liberationem, quàm per primum, & secundum decretũ, vt pars elegerit, aut procedi potest si adest pactum in instrumento ad carcerationem, nisi voluerit debitor præstare in quindena, vt in cap. 29. alias 124. incip. Item si fit executio in casibus, &c. tunc facto ad implimento, siue per expignorationem, siue per fideiussionem bancalem, aut per carcerationem, † tunc debitor
3 habet quindenam ad se opponendum, & simplum, & duplum petendum à suo creditore,

dummodo quod si infrà terminũ dierũ quindecim à die expignorationis, siue missionis, vel à die fideiussionis prædictæ, siue à die quo ipse debitor fecerit actum quod pro ad implimento executionis, elegerit carcerationẽ suæ personæ, vt infrà melius dicam. Attamen infrà eamdem quindenam debet petere à Iudice quod quindena, vel ad implimentum prædictum factum per expignorationem, vel per carcerationem non currat, nisi præstito prius de duplo per suum creditorem, qua fideiussione præstita per modum, vt supradicta sunt, tunc liceat dicto debitori incontinenti idest infrà quindenam per oppositiones, vt supra, debitum petere, vel postea infrà annum à die sententiæ ferende in causa oppositoria prius præstita fideiussione prædicta de duplo, prout ipse debitor elegerit, & hoc
4 locum † habet quando debitor allegauerit soluisse debitum prædictum, vel quod ipse creditor fecit ei pactum liberatorium de non petendo debitum prædictum, vel quod ipse debitor ex aliqua legitima causa petierit compensationem, vt supra declaratum fuit in supradicto nono capitulo, de quo mandato fit actus in margine adimplementi, quod non currat, nisi prius per creditorem de duplo fuerit præstitum, & non solum in dictis oppositionibus præsentandis infrà quindenã, ipse debitor potest petere duplum pro cõcurrente quantitate, sed verum etiam retractationem ipsius executionis, & quod etiam creditor condemnetur ad omnes expensas, vt melius patebit infrà in forma oppositionũ, & sic habetur in ipso capitulo liceat ipsi debitori ex alio processu summariæ, vel ordinariç se dirigere, tamen hodie stante forma regiæ pragmaticæ de causis summarijs nõ habemus amplias causam ordinariam, ex quo omnes causæ, tàm ciuiles, quàm criminales sunt summariæ, & de plano, differunt solummodo in datione terminorum, si fuerint petiti, vt in ea in quo quidem processu faciendo infrà annum, vt supra ipse debitor potest petere à creditore suo duplum prædictum cum omnibus expensis factis, & faciendis, & si forte fideiussio de duplo infrà quindenam non fuerit præstita, videtur per acta inde facta elapsa quindenam approbata via per eum electa, ex quo id quod dictum fuit incontinenti videretur tacite reuocatum, quo casu via quam elegisti tibi pateat, & est iuris, & melius infrà, & sic ipse debitor amplius non potest se dirigere in petitione ipsius dupli, nisi tantummodo se dirigere in causa oppositoria, & simplum petere, siue retractationem executionis, & solutionis expensarum, nam de necessitate oportet quod ipsa fideiussio de duplo sit petita infrà eumdem terminum quindenæ, seu fuerit præstita infrà quindenam ipsam, & tunc cautius est debitori se dirigere in ipsa petitione dupli, & eum petere per oppositiones, & se dirigere in causa oppositoria si prædicta fuerint ad impleta, & sic debitor pro huiusmodi petitione dupli non debet audiri si ipsa fideiussio de duplo non fuerit præstita, nisi tantum in simplum per oppositiones prædictas, vt in sequenti capitulo melius declarabitur, & sic fuit impositus finis præsentis notæ.

Tex. Ritus cap. 11. alias 106.

***E**T si infrà praditos quindecim dies, vel postea antequam scilicet procedatur ad venditionem, siue petendo duplum, siue restitutionem possessionis ratione dissoluta obligationis, ob quam facta est executio pars debitoris clarè, & perfectè intentionem suam lucidauerit, pro lucidato restituatur possessio, & tantundem quantum fuerit ex solutum.*

Nota 24 part. I.

1 NOTA quod dicitur in isto capitulo quo si debitor, † contra quem fuerit, executio causata, infrà quindenam, vel postea ante tamen adiudicationem, seu aditum pignus debitor se opposuerit, & in causa oppositoria probet debiti satisfactionem, in totũ, siue in partem pro illa parte, pro qua solutionem probauerit, prouidendum sit per Iudicem, quod executio retractetur, & restituatur pignus expignoratum debitori, in quo ipse creditor missus fuit in pacifica possessione, & etiã tantumdẽ quantum fuerit ei solutum, & si forte debitor, postquã fuerit præstita fideiussio de duplo per creditorẽ, noluit in dictis oppositionibus duplum petere, sed tantummodo retractationem executionis, tunc potest se dirigere in ipsa petitione dupli in alio processu, vt infrà melius declarabitur, sed quando ipse debitor in eodem processu intendit se dirigere, tàm pro retractatione executionis, quàm etiam pro petitione dupli debet in conclusione oppositionum, idest inquirere petit, dicere petit per ipsam Curiam quod executio retractetur vna cum omnibus inde forte secutis, & creditor condemnetur, & cogatur soluere duplũ pro concurrenti quantitate, vna cum expensis damnis omnibus legitime liquidatis, & liquidandis, tamen processu quem extra etiam post sententiã. Aduerte
2 te tamen † quod post quindenam debitor non potest se opponere, nec se defendere simplum,

nec

nec duplú petere, nisi voluerit de nouo infrà annum ex alio processu summariè, vel ordinariè se dirigere, vt infrà in ca.37. quo casu si infrà quindenam fideiussio de duplo non fuerit petita, nec præstita, tunc non potest debitor duplum petere à suo creditore, sed tantú simplum, scilicet pro illa summa, pro qua debitor reperitur soluisse ex alia causa dicto creditori
3 infrà terminum anni vnius, vt supra, post † verò annum in aliquo non debet audiri, & si forte fideiussio prædicta de duplo fuerit præstita, & per debitorem nõ fuerit petitum in suis oppositionibus, quod creditor condennetur ad pęnam dupli, tunc similiter ex alio processu infrà terminum prædictum anni vnius potest se dirigere in eodem contestu petere retractationem executionis, & petitionem dupli, & si
4 forte † debitor apparuerit creditor creditoris sui virtute, puta vigore instrumenti censuales, tunc potest se dirigere, & petere iura censualia decursa, non obstante quod in oppositionibus per eum factis cõtra suum creditorem nõ fuerit facta petitio dupli, ex quo in eis nõ currit præscriptio longi, longissimi temporis annorum triginta, vel quadraginta, quoniã istud tempus annorum 30. consonat rationi, quia quicumque census, & quę vis præstatio tollitur lapsu eiusdem temporis etiam cõtra Principem, l.plures apochis, C.de fide instrum.nã præscripto, tàm realis, quàm personalis omnis præscribitur spatio eiusdem temporis, vt l. sicut, & l.fin. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. nã tot sunt petitiones, quot sunt annuæ præstationes, & non videtur obstare, nisi pręscriptio annorum centum supra non autem infra, ex quo semper possunt peti infrà annos centum, & ea iuris, & vide Steph. Lambertengũ in suo tractatu de quęstionibus cap. 309. car. 123. mihi vbi dixit præscripto centum annorum, siue in memorabilis an currat in iure exigendi, Vectigal, & in alijs Principi, reseruatis, ibi resoluitur iste casus, & melius in loco suo tractabitur.

Tex. Ritus cap. 12. alias 107.

PRædictus verò creditor tempore petitionis prædictæ teneatur procuratorem in iudicio dimittere ad respondendum debitori suo super dupli petitione quèm si non reliquerit, nec concedatur sibi missio, & si concessa fuerit reuocetur restituendo expensas debitori. Petente verò duplum debitore secundum eius petitionem, & locorum distantiam, competens dilatio tribuatur, ad probandum intentionem eiusdem, & ea gaudeat creditor, qui iam in possessionem missus est.

Nota 25. par. 1.

NOta quod ex isto capitulo erit sumenda cautela, scilicet si aliquis executionem causauerit contra te, virtute instrumenti guarentigati, & forte habentis pactum de non opponen-
1 do quo casu † creditor potest mictere scripturas ad effectum quod oppositiones reijciantur, & elapsis diebus octo à die præsentationis dictarum scripturarum, vt in Pandectis Regni in titul. de iure datæ lin. 42. potest deueniri ad interlocutoriam, & sic tu teneris statim interlocutis dictis scripturis soluere debitum, & ex pænas, licet oppositiones sint præsentatæ super pe-
2 titione dupli † quo casu tu non es audiendus stante pacto iurato in contractum de non opponendo, nec simplum, nec duplum petere ante integram satisfactionem debiti cum
3 expensis, sunt tamen † aliæ cautelæ quod tu facias depositum de debito pędicto, & expensis stante quod non vales aliud agere propter pactum reiectiuum prædictũ, in quo actu depositi etiã debet dicere quod non soluatur ipsum depositum prædicto opposito, nisi prius per eum fuerit pręstitum de restituendo in casu succumbentiæ, & etiam quod habeat præstare de duplo, vt ipse debitor potest se dirigere super petitione prætensi dupli, & inde cogi facere creditorem prædictum stante deposito iam dicto quod habeat præstare cautionem, vt
4 supra † qua præstita uteris procedere ad persequendum causam oppositoriã petitionis dupli, & si forte nõ sunt pręsentatæ oppositiones poteris de nouo (si fuerit pręstita fideiussio de duplo) ex alio processu summariè, vel ordinariè te dirigere iuxta formam Ritus, vt in dicto cap. 37. & etiã in isto præsenti capitulo dicitur iuxta formam Ritus ordinariè, siue summariè hoc tamen intelligitur circa dationem
5 terminorum, nã hodie omnes quęstiones sunt summariè, & de plano, & proceditur in eis sola facti veritate inspecta, & casu quo partes voluerint procedere sũmariè, vel ordinariè, tunc sunt dãdi illi termini iuxta formam Ritus stilus, & obseruantiæ M. R. C. & ita habetur per binas Regias Pragmaticas de causis summarijs secus est quando proceditur in causa oppositoria, ex quo tunc debet procedi ordinariè, vt in Ritu, ex quo sũt de illis causis magis priuilegiatis pro quibus est dispositũ in ipsis Regijs Pragmaticis quod maneant in eorum robbore, & firmitate, & ita intelligitur in causa spolij, & in quæstionibus feudalibus vbi non videtur data aliqua innouatio † secunda erit cautela

cautela, vt petas à Iudice quod dictus creditor habeat, velit, & debeat relinquere in Curia procuratore instructū, & instructissimū cum clausula de non reuocando ad effectū respondendi debitori suo super dicta dupli petitione, vsque ad finem litis, vt habetur in praescripto 12. cap. Ritus, alias puniatur creditor eo modo, & forma, vt in dicto capitulo continetur, & haec sufficiunt.

Nota 26. par. 1.

ITEM nota quod in tex. ibi petendo duplum † ex isto capitulo videtur di-
1 cere stantibus praenarratis verbis creditor, qui denegauerit solutionem ad pęnam dupli teneri, nam ex hoc videtur, & intelligitur furtum committere, & sic merito debet ad ipsum duplum condennari, nam de iure dispositum est scilicet quod si creditor negauerit solutionem debiti, dicitur quasi furtum committere, l. in furando, ff. de furtis, quo casu merito ad dictam pęnam dupli puniri debet, & ita habetur qualiter si tutor, qui res in inuentario non descripserit in dannum pupilli, tenetur ad pęnam dupli, ita dixit Mascardus in conclus. 1391. num. 4. 9. & 11. vol. 3. fol. 408. vbi late hoc videtur apparere, tamen Crauett. dicit quod possit puniri tam̄ bonorum pupilli vsurpator, vt in suo cons. 286. col.
2 2. † etiam haeres ad pęnā dupli tenetur pro rebus in inuentario non descriptis, vt in l. fin. §. licentia, C. de iur. de liberandi, & si forte haeres, vel eius tutor scienter occultauerit bona pupilli, & inde pupillus verificando per vnum testem quod bona fuerunt occultata, & in inuentario non fuerunt posita, tunc, & eo casu potest ei dari iuramentum suppletorium, etiā quod ageretur de magna quantitate, nam iuramentum suppletorium aliquando datur etiā in magna quantitate, tamen quando probatum est vltra semiplene, ita dixerunt Hippol. sing. 27. iuramētum suppletorium, Raymun-
3 dus cons. 6. num 16. Aduerte † qualiter actor dicitur in dolo si recesserit à Curia, & non relinquit procuratorem ad respondendum debitori suo in causa petitionis dupli, nam ita dolus committitur in ommittendo, sicut in faciendo, & vtroq; casu dicitur verus dolus, qui satis est ad faciendum deferri iuramentum in litem, & quod dolus, consistens in ommittendo, si verus dolus probatur, per tex. in l. 1. §. 1. de dolo, & notatur per Soc. in cons. 159. num. 15. vol. 2. & dolus praesumitur etiā si quis non faciat, & sic ommittat, qđ facere debet, Rom. in cons. 191. per tex. in l. dolus, mandati vbi iurisconsul. inquit. Dolus est, si quis nolit prosequi quod prosequi potest, aut si quis nō exegerit, quod exigere potest, aut si quis nolit soluere, quod exegerit, quod etiam voluit Alex. in cons. 52. col. 2. Quinimo ego dico quod cū dolus consistens in non faciendo, fit latentior
1 eo magis videtur punibilior, l. 2. §. pen. de his qui sūt sui, vel ali. iur. l. nō. existimo de admin. tut. taliter quod ista sufficiunt, quae dicta sunt.

Nota 27. par. 1.

ITEM nota quod in tex. ibi petente verò duplum debitore scias quod istud capitulum intelligitur secundum determinationem capituli infrascripti 39. alias 134. incipientis in summarijs causis, &c.
1 vbi † datur facultas debitori opponenti probandi fundandiq; intentionem suam infrà certam dilationem Iudicis arbitrio terminandā, quae dilatio intelligitur dierum octo, vt in capitulo Ritus 45 tamen in petitione dupli est dierū quindecim, vt supra dictū fuit, vt disponitur in infrascripto dicto cap. Ritus 13. † & sic
2 si debitor se direxerit sūmariè detur praedicta dilatio dierum quindecim eo modo, & forma, pro vt in summarijs causis statuarijs habetur, & si forte debitor voluerit se dirigere ordinariè, tunc potest procedi ad dationem termini principalis dierū quindecim vtriq; parti probandi veniendi, vt in ordinarijs requiritur, & hoc intelligitur circa dationem terminorum, stantibus Pragmaticis de causis summarijs, & si forte procederetur, vt in dictis causis summarijs, statuarijs, tunc similiter dilatio arbitraria praedicta est cōmunis vtriq; parti, nam dilatio probatoria sēper est cōmunis adeò quod si daretur vni prodest alteri, Bal. in l. petendae
3 C. de temporum in integrum restit. & ista † dilatio statuaria dierum quindecim est continua regulariter, nam in ea current etiam dies feriatae, vt dicit idem Bal. in l. 1. C. de ferijs, & in l. fin. ff. de ferijs, nisi feriae absorberent maiorē partem dilationis, quia tunc feriae non cōputantur in termino, Bal in l. si quando in quest. 4. C. de restit. vt melius in praeallegatis iuribus videri potest, quo casu videtur obseruari, tam in Magna Curia, quam in alijs Curijs, scilicet quando est data aliqua dilatio, vel terminus, siue fideiussio bancalis, tunc pars interessatā solet accedere Iudici, & ab eo petere scilicet, ei dicere Sp. domine, quia in tali causa fuit datus terminus in tali die, & stante quod maior

pars

pars incidit in ferias; placeat mandare quod currat post ferias, & ita solet fieri in ferijs Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, & Resurrectionis eiusdē Domini nostri, qui Iudex solet mandare, quatenus maior pars incidit in ferias currat post ferias, & per Magistrum Notarium solet fieri actus in margine termini, seu fideiussionis bancalis, vel in margine primi decreti, & missionis, nàm in eis currit etiam quindena à die receptionis penes acta, & ita quotidie obseruatur.

Tex. Ritus cap. 13. alias 108.

AD petitionem verò creditoris, qui iam secundum Ritum in possessionem missus, est non minor dilatio in ipsa quæstioni dupli, quàm quindecim dierum detur.

Nota 28. par. 1.

NOTA quod in isto cap. videtur tractare, & agere de dilatione danda debitori conuento in causa petitionis dupli, vbi legitur quod non detur ei minor dilatio ad petitionē creditoris quā quindecim dierum ad se defendēdum, & suā intentionem fundandam, quę dilatio, siue terminus est communis etiam domino creditori ad se defendendū in ipsa petitione dupli,

1 † & hoc intelligitur secundum obseruantiā Curiarum, quando debitor vult se dirigere contra suum creditorem super dicta petitione dupli summariè, vel ordinariè per termini dationem, vt supra ex alio processu separato, ut in

2 cap. 37. ipsius Ritus secus † si ageretur in ipsa petitione dupli in causa oppositória scilicet, quādo duplum est petitum in oppositionibus, quo casu opponenti competit ipsa dilatio dierum quindecim, ad fundandam intentionem suam, in qua similiter ipse creditor potest præsentare exceptiones suas, si uult, & elapsa dilatione prædicta fit publicatio in causa oppositoria, ut infra melius super cap. 20. declarabitur, & indè in alio regimine detur terminus opposito, qui terminus non est minor dierum duodecim, ut solent dari in causis summarijs ex forma Ritus, & ita uidetur obseruare in Curia Prætoriana huius Vrbis Panormi, licet dictus terminus similiter debet dari in M.C. tamen hodie aliqui obseruant dare opposito terminum dierum quatuor ad reprobandum, hoc mihi nō placet, ex quo antiquitus solebat dari terminus dierum duodecim ad defendēdum, & reprobandum, & ita uidetur concordare cum tex. de modo procedendi in causis summarijs statuarijs, ergo ita hodie procedere debeat ad effectum euitandi disputationes aduocatorum, ut quotidie solent fieri, & maximè quod aliqui petunt prorogationem terminorum, stante quod in illo breui spatio dierum quatuor non possunt bene se defendere, & reprobare id ꝙ necesse fuerit in causa oppositoria pro fundamento suæ intentionis, & sic ista prorogatio præsumitur, & intelligitur facta cum omnibus qualitatibus à quibus erat factus primus actus, qui prorogatus est, siue prorogatio stat incontinēti ex interuallo, Mascar. conclus. 1240. num. 17. fol. 240. uol. 3. & hæc sufficiunt.

Tex. Ritus cap. 14. alias 109.

SI verò creditorem debitor de possessione eijciat, in qua (vt supra) per Curiam positus fuerat, vel ipsum ea aliter turbet, vel alius rationabiliter se opponat, vt creditor ipsam possessionem pacificè habere non posset, non audiatur debitor super petitione dupli, nec ali. currant tēpora creditori, quousq; sibi pacifica possessio dimittatur.

Nota 29. par. 1.

NOTA quod in isto capitulo additur declaratio ad capitulum nonum superius declaratum in causa petitionibus dupli nempe creditor postquam fuerit positus in possessione bonorum debitoris, tunc debet in dicta sua actuali possessione pacificè manere scilicet, sine aliqua

1 alia contradictione, uel molestia, alias † si forte debitor eijciat dictū suū creditorem de possessione predicta, uel ipsum in ea aliter turbet, uel rationabiliter se opponat taliter quod dictus creditor pacificè possessionem habere nō possit, debitor non debet audiri super petitione dupli, nisi prius fuerit creditor positus in realē actualem, & corporalem possessionem ipsorū bonorum sibi ad iudicatorum per Curiam, uel fuerit ipse creditor integre solutus, & satisfactus de debito pro quo processit executio una cum expensis iudicialibus, & non iudicialibus si fuerint promisse in contractu, ubi hodie à notarijs inque omnia solent dicere, & ponere in ea infrascripta uerba uidelicet, sub hypoteca, & obligatione omnium, & singulorum bonorum eorum habitorum, & habendorū cum refectionem damnorum interesse, & expensarum

2 rum litis, & extrà, &c. † & dum non est facto solutio integra, seu adiudicatio, & liberatio pignorum expignoratorum debitori non currant ei tempora ad se defendendum, nisi quousq; sibi pacifica possessionem dimittatur, vel ipse creditor fuerit satisfactus, vt supra, nā qui patitur controuersiā in iudicio non dicitur pacificæ possidere, Argu. C. de euict. l. post perfectam, & glo. in cap. commissa de electio. glo. super verbo pacificā, & sic cautela est debitori, qui licet se opponat infra quindenam, nihilominus tenetur adimplere omnia supradicta quo casu ipse debitor potest se dirigere in causa oppositoria, & si forte allegauerit cōpensationē tunc tenetur mittere cędulā notificatoriam, & denunciatoriā, & in ea narrare qualiter licèt se opposuerit, & in suis oppositionibus petierit quod ipse creditor condemnetur ad duplum petitū soluere, & quod executio per eumdē creditorē causata retractetur, tamē contētus extiterit, & vult quod ipse creditor possit procedere ad iudicationem pignorū in tantū quod maneat in possessionē bonorum pacificè iusta formam ritus, & sic intelligatur sua voluntas se reddere ad dispositionē ipsius ritus non obstantibus quod dictis suis oppositionibus videretur aliquod verbum cōtradictorium in pręmissis superius declaratis qua liberatione pro modū, vt supra facta iuxta formā ritus intēdit ipse opponens se dirigere, & procedere in causa oppositoria super petitione dupli per eū pr̨etensi ratione solutionis, seu compensationis debiti prędicti, vt in dictis oppositionibus pro qua causa fieri debet dicta cędula denunciatoria, pro vt supra dictum fuit super declaratione capituli noni ritus vbi in calce repetitur ipsa cędula denuntiato-
3 ria, † & si pęna dubli fuerit petita rationem cōpensationis ipse debitor tenetur cędulam prędictā mictere creditori suo, vt dictum fuit, & etiā in eadē cędula ponere verba ante dicta, vt in facto requiritur alias nō potest audiri in petitione dupli, & immo præsumitur cauillose se opposuisse, & nō iuridice stante quod creditor non remansit in sua possessionē pacifica, vt
4 supra dictum fuit. † & adeuitandā calumniam debitoris ita in supra dicto cap. videtur tractare, & non mireris si aliquando in ista persecutione dupli aliqui contrariam reportant, & hoc potest esse, quod ex parte debitoris non fuerit sollemnia requisita seruata, vt in nostro statuto requiritur scias ꝙ in textu ibi se opponat, &c. habetur, & dicitur pro fundamēto nostrę intentionis pro instructione iuuenū qualiter nil aliud est oppositio nisi breuis verborū formula mētem opponētis continens, ad veritatem eliciendam simpliciter concepta, super quibus oppositionibus fiunt interrogationes aliquando ad fundandam intentionem ipsius opponentis debitoris, ergo oppositio quę non releuat opponentem, vel ei non prodest, de iure admitti non debet, ex quo nō debet quis ad probandum admitti id quod probatum ei non prodest, l. ad probationem, C. de proba. cap. dilecti de excep. taliter quod oppositio implicita non debet admitti propter periculum periurij, quo casu index cauere debet ne opponens sit periurus, C. si aduersus vendi. l. 1. &
5 † licèt hoc uerum sit tamen authoritate nostri statuti, ut in supra dicto capitulo opponēs admittitur ad pręsentationem oppositionum, & etiam uirtute infrascriptorū capitulorum. 16. ibi, uel se opponent, &c & sic stantibus pręallegatis uerbis, & iuribus nō uidetur denegare oppositiones, bene uerū quod pręsentatis oppositionibus † opponēs nō debet in aliquo audiri ante solutionem stante pacto reiectiuo iurato per debitorem in contractu debitorio ne impediatur possessio pacifica creditori, ut supra qua solutione facta tūc debitor debet audiri, tām super petitione retractationis executionis, quam super dupli petitione, & secundum vsum, & obseruantiam Regni istę opiniones habent uim libelli, & petitionis, ex quo formātur eo modo, & forma, prout in libello solet fieri atq; etiā potest dici quod sunt species exceptionū, nam exceptio est defensio rei, uirtute cuius reus se defendit, & tuetur ab actore in tantū quod exceptio ponitur pro illa defensione quę competit ipsi reo contra dictū actorem, & creditorem, sic dicitur exclusio actionis, & licet exceptio est iuris, ut si petitur a Titio debitū, & Titius excipit quod fuit remissū, vel eius creditor fecit ei pactum de non petendo, uel quod nō euenit tēpus solutionis, ad tradita per doc. & Filin post alios in rub. extra de exceptionibus, & ff. eodem tit. l. 2. primo respōso, & § replicationes, quę exceptiones, siue oppositiones in causa petitionis dupli, & retractationis executionis possunt ipse oppositiones fieri modo, ut infra requiritur.

Forma oppositionum in causa dupli.

Oppositiones, rationes, & iura quæ & quas dat obfert, & pręsentat in Mag. Regia Curia Titius de T. opponens ex vna, contra, & aduersus Meuium de T. oppositum parte ex altera, in causā oppositoria inter eos vertente in qua proceditur, &c.

Subeat.

In pri-

In primis, &c.

ITem ponit quod pręsens causa oppositoria fuit, & est petitionis, vt infra melius dici, colligi, & censeri potuit, & potest & die sua, &c.

ITem licet nulliter, & in debite reperitur causata asserta executio apud acta M. R. C. die, &c. ad instantiam ipsius oppositi, contra eumdem opponentem pro debito vnciarum quinquaginta, cum asserta petitionē de pluri, quæ executio licet nulliter, & coacte effectum habuit per assertam fideiussionem bancalem, vel per assertam expignorationem vnius vineæ de mandato spect. de tali Iudicis, vt per ipsam fideiussionem, seu per primum decretum receptum die, &c. appositionem, nihilominus dicta asserta executio, vna cum omnibus inde forte secutis retractanda, & annullanda venit, & dictus oppositus condemnandus ad pęnam dupli pro concurrente quantitate rationibus iuribus, & causis infrascriptis alijsq; apparentibus per scripturas, & die sua &c.

Quarum tenorem, sibi protestatur si & quatenus &c.

ET antequam pręsentes ingrediantur oppositiones, primo & ante omnia dictus opponēs, protestatur sibi de nullitate, & ineptitudine dictę assertę executionis, & omnium actorum factorum, & faciēdorum inepto modo agendi, & procedendi de incōpetentia iudicis, iudicij magistratus, iuris & actionis quod tua interest, nec tibi competit actio, de omni quacumq; alia legitima exceptione, & oppositione iuris, & facti eidem opponenti quomodocūq; & qualitercūq; competent. & competitura, & cum hac pręuia protestatione deuentum fuit, & est ad infrascripta, & singula, quę protestatio semper, & in omni, & quocūq singulo verbo iuris, & facti & quibuscūq; capitulis intelligatur, & sit posita, scita petita, & recensita, & non aliter nec alio modo.

Item non recedendo tum ab omnibus, & singulis protestationibus pręmissis, & pręmissorum quolibet, nisi si & quatenus de iure tenetur &c.

Item ponit quod dicta asserta executio meritò venit retractanda, & penitus annullanda vna cum omnibus inde fortè secutis dictusq; oppositus cōdemnandus ad pęnam dupli pro concurrenti quantitate iuxta formam ritus, nam processit ad instantiam non veri creditoris pro non vero debito, immo soluto contra non debitorē nullisq; legitimis verificatis extremis, & die sua, &c.

Item ponit quòd etiam dicta asserta executio venit retractanda, & penitus annullanda, vt supra, tùm quia processit vigore nullius actus in præsentiarum habentis obligationem expressam, nec præsentem ex quo potuisset oriri dicta asserta executio, & si & quatenus reperitur causata, attamen in indebitem, & minus iustè, & melius die sua, &c.

Item ponit quòd reuera videri post quod dicta asserta executio si meretur dici executio, ex alio potentissimo capite patet quòd venit retractanda, & penitus annullanda, & dictus oppositus condemnandus ad pænam dupli, & ad omnes, & singulas expensas passas, & paciendas per ipsum opponentem, tum quia non poterat assistere, & agere pro asserto prætenso debito, quoniam ipse opponens compensauit, & compensat dictum assertum prætensum debitum pro alijs totidem in quibus reperitur creditor ipse opponens ex alia causa à dicto suo creditore, quo casu non est dubium quod debet retractari per modum, vt supra, melius die sua, &c.

Item pro intelligentia facti præsentis causæ sciat religio spect. domini iudicantis qualiter iam sunt circa anni duo quòd ipse opponens emit à dicto opposito tenimentum domorum situm, & positum, &c. virtute cuiusdam asserti contractus calendati in asserta executione pro asserto pretio in eo contento, attamen inde statim adueniente tempore solutionis ipse opponens soluit integrum debitum prædictū coram nonnullis viris probis in dicta vrbe Panor. vel ipse opponens inde soluit dicto opposito vncias tot ex causa puri, vel fuit mutui sibi cessum debitum vnc. tot contra oppositum, per Bar. de Tal. & inde per cædulam denuntiatoriam requisitoriam, & protestatoriā, ipse opponēs notificauit eidem opposito qualiter erat creditor in dicta summa, & quod intendebat compensationem facere cum dicto asserto prætenso debito pro quo processit asserta executio, & quòd debuisset se desistere a dicta asserta petitione, & hoc non obstante nō curauit, nec adhuc curat omnia contenta in præcalendata cædula adimplere in tantum quòd euenit tempus petendi duplum prædictum iuxta formam ritus, facta prius dicta compensatione, & retractatione dictæ executionis prout per dictam cędulam, & alias scripturas, melius die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si & quatenus, &c.

Ad quod probandum ponit non se tamen abstringendo &c. qualiter in sonno circa anni dui essendo Titio debitori di Sempronio in vnc. 50. per lo prezzio di vno tenimēto di casi existēti in la felici Cità di Palermo nella strata del toleto, lo dicto prezzo esso Titio assignao & pagao a lo dicto Sempronio nel piano dilla maiuri Eclesia di dicta felici Cità in vn iorno di dominica, per non essiri aperti li banchi di notari promissi ad omni simplici requesta di esso Titio farici acto publico del decto pagamento, & dicant testes ad intentionem producentis quicquid sciunt sentiunt, & audierunt de præmissis ad intentionem producentis etiā extra capitulum & .... qui &c.

Item stantibus præallegatis rationibus, clarum est in iure quod dicta asserta executio venit retractanda, & penitus annullanda vnà cū omnibus inde forte secutijs dictusq; oppositus condemnare ad pęnam dupli, & ad omnes expensas iusta formam ritus, pro vt per scripturas apparet quę habeantur pro protestatis vnà cum omnibus alijs rationibus, & causis dicendis, & allegandis ad instantiam ipsius opponentis quandocumq; quę intelligantur dictę & allegatę in pręsēti termino quindenę, & vt melius die sua, &c.

Quarū tenorem sibi protestatur si & quatenus, &c.

Ex quibus omnibus infertur, &c.
Item non se abstringens, &c.
Item reuocans omnem errorem, &c.
Item protestatur omnes expensas, &c.
Item protestatur sibi omnes scripturas pręsentatas, & pręsentandas, &c.

Quare constito, &c. petit ipse opponens à dicta M.R.C. prędictā executionem retractari cancellari irritari annullari debere vna cū fideiussione banchale, & omnibus inde forte secutis prędictum quę oppositum condēnari ad omnes, & singulas damna, & expensas taxatas, taxandas, verificatas, & verificandas, tam processu quā extra legitimas liquidatas seu liquidandas ac etiam ad penam dupli pro concurrente quantitate iusta formam ritus, super quibus, & eorum omnibus, & singulis petitius, & iustitiā administrare, &c. officium iudicis implorando, &c. deducens &c. saluo iure semper addendi, & diminuendi, &c.

Vester T. Aduocatus.

Vel sic vt infra.

Quare constito &c. petit ipse opponens ab ipsa M. R. C. quod dicta asserta executio vntiarum tot retractetur cancelletur, & annulletur vna cū omnibus inde forte secutis, & dictus oppositus cogatur, & condemnetur soluere duplum pro concurrente quantitate, & omnes exspensas factas, & faciendas legitimas taxatas, & taxandas tam ex processu quam extra etiam post sētentiam, & ita petit isto, & omni alio meliori modo &c. iudicis officiū implorando saluo iure semper cum protestatione addendi, &c.

Vester T. aduocatus.

Aduerte quod oppositiones debent prę sentari infra quindenam vt infra melius dicam, de mādato iudicis qui ponit in dorso eius manum scilicèt prę sentētur parte citata, vna cum protestatis quatenus fiat infra quindenam, & inde magister notarius ponit eius manum hoc modo videlicet prę sentate Panormi die, &c. de mandato T. Iudicis &c. & si pars est absens Iudex debet dicere prę sententur parte citata vna cum potestatis, & si pars est habsens annotetur dies, & si constiterit magistro notario de absentia partis tunc debet dicere vt infra die tale &c. præsentes oppositiones fuerunt apportate in curia hodie die, &c. & de inde magister notarius tenetur infra mensem vnum prę sentare oppositiones prędictas in iudicio pro die notata iuxta formam pragmaticę, & si forte infra quindenā pars vult prę sētare oppositiones quando regitur curia tunc potest facere vocata parte vt solet fieri in ipsa M. R. C.

Nota 30. par. 1.

Item nota quod in supradictis notis aliquātulum dictum fuit de fideiubsione de duplo habere locum tam quando creditor reperitur satisfactus à debito per eum prętenso à suo debitore, & etiam quando ipse debitor asseritur quod fuit liberatus à debito prętenso per creditorem vel ei fecit pactum de non petendo, vel petijt quod fiat compēsatio nam de ista causa videtur tractare in ritu in supra dicto capitolo nono, & sic videtur procedere ob
1 dolum creditoris † & si forte debitor negat debitum in quo reperitur obligatus suo creditori, & sic iustificato debito in sui sustantia super quantitate statur iuramēto creditoris Rainer. de Furliu. in l. 1. ff. de in lit. iurand. sentit Bar. in l. admonendi num 40. de iure iurandi Dec. in l. in actionibus num. 13 vers. & vlterius de in lit. iuran. in l. certi. conditio § quoniā col. 3. ff. si cert. pet. in l fin in fine C. de eden. in cap. 1. de probat. Marsil. singular. 322. Crauett. cons. 198. num. 9. |
2 † & si forte debitor fatetur habuisse a suo creditore aliquā sūmā pecunia-

niarum ex appodixa tunc si ipse debitor negant scripturam manu propria scriptam conuinctus de mendatio punitur in duplum auth. contra quem propria, Cod. de non numerat. pecun. vbi Castrens. dicit quod plus est manu propria scriptum negare quam publicum instrumentum, vel actum iudicialem, quia primo casu punitur in duplum, in secundo condemnatur ad expensas, & hęc opinio verissima est, Bald. in dict. authen. † bene verum quòd
3 dolus debitoris tertio successori nocere non debet l. apud celsum, § si ex legati causa, ff. de dol. except. & hæc sufficiunt.

Tex. Ritus cap. 15. alias 110.

AD tollendam omnem dubitationem, quæ circa prædicti capituli practicam oriri solet addendo statuendoq; prouidimus quòd si creditor in iuditio M. R. C. vel coram pratore, & iudicibus falicis vrbis Panormi, vel Straticoto, & iudicibus nobilis ciuitatis Messana, vel Capitaneo Patritio, & iudicibus ciuitatis Cathaniæ, vel Capitaneis iudicibus, & alijs officialibus locorum demanij huiusmodi iurisdictionem exercentibus producit instrumentum confectum in Regno Siciliæ, vel insulis Regno coadiacentibus, vel Portibus, Carricatorijs Regni, & insularum coadiacentibus, vel per vigintimiliaria infra mare prope Regnum, vel insulas prædictas quòd sit in publicam formam redactum, & omni iuris sollemnitate completum, vel protbocollum notarij in quò est contractus debiti descriptus, vel contractum cum subscriptione notarij.

Nota 31. par. 1.

1 NOta quòd sciendum est qualiter virtute supradicti capituli quinti nostri statuti incipientis cum varia rerum natura, & etiam capitulo sesto incipiente quicunque igitur creditor, vbi princeps dicit volendo debitorum fraudibus obuiare consulte prouidit, & suo decreto perpetuo valituro firmauit omnia contenta in Ritu, qui debet in toto Reg. obseruari, non obst. non: ibus legibus iuribus constitutionibus, seu consuetudinibus in contrarium disponentibus debet semper, & in omni futuro tempore permanere in florida, & viridi obseruantia ad tollendam omnem dubitationem, quæ circa prędictorum capitulorum oriri solet, vt videtur dicere in supradictis capitulis quinto, &
2 sexto, vbi dicitur quòd † si creditor in iuditio Mag. Reg. Cur. vel coram officialibus Regni producit, siue præsentat instrumentum publicum, tamen capitulo sextodecimo sequenti habetur, quòd vigore certorum contractum instrumentorum executionem paratam habere maximè in capitulo infrascripto decimo nono incipiente prædicta locum habere volumus cum subscriptione notarij in carta Bombacina si tamen sit factus in Regno Siciliæ, & litera contractus sit nota iudicibus, vel in prontu possit constare quod est scripta manu notarij in contractu subscripti, vel extra Regnum cōfectum in regia tamen dictione tunc, eo casu debet ipse creditor imponi in possessionem bonorum debitoris pro summa in qua reperitur creditor a debitore suo, vel potest capi facere dictum debitorem de persona casu quo reperitur obligatus in persona, & bonis, vt hodie solent notarij ponere de pacto in eorum contractibus debitorijs, vt infra melius declarabitur.

Tex. Ritus cap. 16. alias 111.

NOn in forma publica, & authentica, sed in carta Bombacina, si tamen sit factus in loco vbi curia residet vel prope per duas dietas, vel etiam vltra duas dietas, & littera contractus sit nota iudicibus, vel in promptu posset constare quod est scripta manu notarij in contractu subscripti, vel extra Regnum confectum in regia tamen dictione, in forma publica cum litteris testimonialibus approbantibus fidem notarij illius loci contractus celebratus est, & sit de casibus, & probet obligationem expressam, & præsentem petitionem inducat, & sit confectum infra decennium, quod tantum currit à tempore quo vt prædictum est, debiti petitio competit quo casu currit pupillo absenti etiam causa reipublicæ, & vnicuique, cum Ritus licèt sit contra ius commune debitore, vel fideiussore citato ad domum, vel in persona eo præsente, & debitum petitum negante, vel confitente, sed statim soluere nequeunte, vel nolente, vel se opponente, vel eo contumace, vel eo citato, non audita excusatione absentiæ, ponatur creditor incontinenti in possessionem bonorum debitoris, seu fideiussoris valentium pingue debitum petitum.

Nota 32. par. 1.

1 NOta quod dicitur in isto capitulo, † q. scriptura contractus debet esse nota, iudicibus, & si ei non est nota manus notarij, tunc creditor debet venire cū litteris testimonialibus approbantibus fidem notarij illius loci, vbi cōtractus celebratus est,
2 † & in hoc animaduerte, quia iste Ritus dat formam authenticandi a quibus executionem mittuntur, nēpe approbata manu notarij, quæ manus notarij debet intelligi nō præcise a prima linea vsq; ad vltimā, sed sufficit approbare subscriptionē positā in pede instrumenti esse

manus notarij, quia non duplieiter, quia subscriptio, & signa notarij originarij est vna de perfectionibus contractus habetur, post. Bal. in l. C. de fide instrum. tradit Dec. cons. 447.
3 nu. 5 rursus animaduerte, † quia verba officialium approbantium manum notarij non inducit nuntiatiua, sed dispositiua, licèt soleat in literis testimonialibus dicere in hunc modum vniuersis, & singulis inspecturis pręsentes literas fidem facimus, & testamur nos talis Iudex talis ciuitatis, quia huiusmodi notarius, qui fecit contractum est publicus notarius, & authenticus talis ciuitatis, & ibi publice legerit, ac ita reputatur doctrina Marf. in l. & si §. si quis num. 179 ff. de quęst. † Item animaduerte, quia si non fuerit actus authenticus non suplet sed retractare executionē debet, vt dicit Bar. hoc est menti tenendum in l. probatorias, C. de diuersis officijs lib. 12. taliter quod textus iste 16. dicitur executionē habere paratam quando instrumentum habeat obligationem expressam, & pręsētem petitionem inducat, & non egeat probatione extrinseca, & sit confectum infra decēnium debitore, vel fideiubsore citato, vel contumace, sed statim soluere nequeunte, vel nolente non audita excussione debitoris licet sit pupillus, vel absens causa reipublicę, sed ponatur creditor incontinenti in possessionem bonorum debitoris, seu fideiubsoris, valentium pingue debitū prędictum, & sic ex dispositione istius capituli † practicatur tamen, primum quod debitor non debet audiri in suis exceptionibus dilatorijs iusta triuiale nulla exceptio impedit ritū quin prius adimpleat forma contractus, quę debent adimplere infra decennium incipiendo a die quo petitio competit, vt disposuit textus Ritus. 6. & 16. per ea, quę habentur, & ponit Bar. in l. plane. ff. quod falso tutor. autor. quo casu creditor potest instrumentū contra suum debitorem, vel fideiussorem ipsius debitoris, quę quidē executio potest fieri tā parte citata, quam non citata, & contra debitorem, vel eius fideiubsorem si in contractu adest illa clausula cum renuntiatione iuris de primo, & principali conueniendo procedere ad capturā personę, vel expignoratione bonorū, fallit ad instantiā cessionarij, quia non potest de persona ad instantiam cessionarij sine citatione procedi prius constaret iur. cesse. Bald. l. in si quis curialis. C. de episco. & cle. Paul. Castren. in l. postulante ff. ad trebel. & Soc. in cōs. 88. vol. 4.
6 Item etiā † citatio requiritur in executione sētentiæ Cynus in l. ab executo, C. quor. appel. & Bar. in l. in fi. ff. nihil noua appell. pēde. & l. creditores in quinta quæst. princip. C. de pigno.
In calce cuius reperitur facta quaedam prouisio tenoris sequentis.

Die 15. Nouembris 3. ind. 1544. fuit prouisum, & mandatum per Illustriss. Dom. Praesidentem q instantia huiusmodi causarū oppositoriarum contentarum in proximo capitulo sit & intelligatur q semper quod causa repetur, & erit cōclusa infra semestre tempus non transeat in hermoditicium &c. sed conclusa, vt supra quandocumq; possit expediri, & ita intelligatur intelligentia praesentis capituli vnde &c.

Auertentie circa instantiam causarum.

1 ACutissime lector tu scis, qualiter sollicitudo † est mater diuitiarum quo casu vigilantibus, & non pigris iura subueniunt, vt in l. pupillus ff quę in fraudem credito ergo debes in vigilare pro tuis clientibus, ne permittas
2 quod, aliquod dannum patiantur † ergo in termino instantiae causarum debes facere ea quae in eis facienda sunt, & non permittere q labatur terminus instantiae, vt aliqui facere solent, maximè in termino pendētiae causae mēsium sex, nam si supersederetur in ipsa causa vltrà menses sex licèt pars aduersa habeat in curia aduocatum, & procuratorem non instructum in actiuis, & passiuis opus est citare principalem alias videtur vitiare processum, scias q si procurator est constitutus cum clausula de non reuocando, & lis ad eius instantiā tunc dicitur dominus causae, & citatio ei potest fieri, alias sit citandus principalis, & non procurator, vt suprādixi in declaratione tertij cap. nostri statuti, & ista citatio est de forma
3 statuti † quo casu si non seruetur reddit actum nullum ipso iure, nec potest talis actus consensu partiū validari, vt dixit Bald. Angel. & Moder. in l. 1. & 2. ff. de libe. & postu. ad idem tex. & ibi Bal in l. 1. C. qui testa. fac. poss. & in l. cum his §. si prętor ff de transactio, & quando forma non seruata est actus vitiatur, & est ipso iurè nullus l. non dubium, C. de legib. l. qui Romę §. 1. ff. de verb. oblig. l. constitutionibus ad municipali cap. pisanis vbi not. de restitut. spol. cap. Iudex 10. distinctio. Anchar. cons. 6. col. 2. in fin. procedit, etiam si sit obmissa leuis forma secundum Port. in prohem. instit. col. 5. in fin. & sequen. ex quo formà est indiuidua, vt notatur in l. si veritas, C. de fide iu. concord. cum similibus allegatis per Dec. in
4 cons. 532. num. 5. † & si fortè actor tamquam dominus causae non compleuerit ipsam citationem, scilicet redigendo illam contumatiam, vt solet fieri post elapsum terminum praedictum mēsium sex tunc, & eo casu quando actor fecit citare reum non comparuit in termino, nam talis citatio circunducitur, & habetur pro non facta, & sic praescriptionem non interrumpit l. & post aedictum §. 1. & ibi not. Bald. ff. de iud. & in alijs locis relatis per Alex. & Iason. in rub. ff. de in ius vocan. quo casu actor non comparendo videtur renuntiare tali citationi ità quod actore non comparente citatio est imperfecta cum non constet ex parte sua adimpleuisse, ideò non interrūpit prescriptionem secundū Balb. de praescr. in 3. parte sexta, & vltimę partis principalis in ver. 4. princip. nu. 22. cart. 153. mihi † & ad maio-

rem

rem cautelā dico quod si ipsa causa fuerit conclusa licet in termino instantiæ, tamen si indè fuerint factę probationes, uel pręsentatæ scripturæ opus est de nouo partem citari facere ad concludendum, & ad sententiam audiendum ex quo præsentata seu producta instrumenta parte non citata ad dicendum contra non probant Rot.decis. 2 de rescript.in nouis ubi moderni in addictio Felin.in cap. quoniā contra num. 40. de probat. Cassado. decis.8. num.6.de rescri.nec etiam probant Innoc. in cap.1.de fide instrumē Old.cōs.21 7.n.6. Parisi.cons.115.numer 4 lib.4 Soccin.cons.33.
6 num.1.uers.2.concl.lib.1.† & si pars fuerit citata ad præsentationem scripturarum post cōclusum uidetur conclusionem reuocare, nam Iudex admittendo iura in causa uidetur conclusionem reuocare Mascar.concl. 359. nu.5. fol.250. mihi, & si non reperitur facta illa citatio ad audiendum sententiam est nulla Soc. cons.27 num.10 uol 4. quę citatio relata per nuntium, & indè reducta in contumatia, ut solet fieri in curijs, post modū debet dari parti aduersę terminus ad reprobandū, protestata, & producta qui terminus ad reprobandu similiter est statutarius, & datur de forma, ut in
7 Ritu in cap.39.de causis summarijs † & si fortè non daretur processus uenit annullandus rationibus supra dictis, & quando daretur tūc opus est de nouo cōcludere in causa, maximè in causa oppositoria stāte ꝙ est ordinaria de sui natura tamquā priuilegiata ex forma Regię pragmaticę de causis sūmarijs, & in alijs ubi proceditur sola facti ueritate inspecta uirtute ipsius pragmaticę, tunc loco conclusionis solet fieri collatio processus, cū annotatione diei ut habeant efficatiam conclusiones, & cum citatione partis, ex quo est de actis causę, & etiā debet apparere de citatione, ad sententiam audiendam infrà menses sex, nisi ipsa instantia fuerit interrupta per acta iudiciaria, alias sen-
8 tentia non ualeret, nam † sententia lata parte non citata est nulla Socc.in dicto cons. 27. & Mar. in suo speculo in 6. par.iud. in uer. expedita 2 par.numer. 11.car.455 mihi, & si fortè fuerint pręsentatæ scripturæ ab extrà, non dicuntur de actis causę, quo casu non interrumpunt instantiam, nam acta causæ dicuntur ea, quæ tendunt ad litis decisionem pro ut sunt depositiones testiū, instrumenta, cōfessiones, & alia similia acta probatoria Rub. Maran.in suo spe. eodem titu.par. 5. est enim aduertendum qualiter etiam illa acta calendata generaliter in executione non faciant fidem, nec dicuntur de actis causæ, nam in tempore executionis acta debent specialiter calendari, ut dixit do. Franc. Milan. in decis.8. lib.2. nu.40. 41.& 42.& si fortè tert. se opposuerit pro suo interesse de dominio non debet audiri si illud habuerit uirtute constituti, ex quo ex facta traditio, & non habet locum post mortem constituentis, nisi habuerit possessionem tempore eius uitæ, nam constitutum post mortem non ualet secundum communem opinionem, quæ omnia sanè intelligēda sunt, nisi tempore cōstituti aliàs in ipso constituto fuisset adiecta clausula, ex nunc pro ut ex tunc, & econtra nā tunc constitutum ipsum collatum post mortē benè ualet ut dixit Alex.cons.83 visa in 3.& 4.col. 2. vol. & si fortè fuerit decisum contra reum tunc potest si est persona priuilegiata petere restitutionē in integrum, quæ restitutio potest peti post quadriēnium à tempore sciētiæ lesionis, Cald.in suo tract. pręscriptionum num.3.verbo, infrà legit temp. & peti debet ex offitio Iudicis dummodò imploretur idem Cald.nu.1. uerbo implorandum car.339. & sequ. in reliquis ueró circà restitutionem in integrum uide ea quæ dicta sunt super cap.21. Ritus ubi me remitto.

IDeoque congiunti ordinis uidendum est quibus formolis procedendū sit in istis cau-
4 sis executiuis, & † in istis articulis reiectionū oppositionum in quibus proceditur tam uirtute pacti adiecti in contractu facto cū iuramēto quam aliquibus causis in quibus opponens letatur, & vult agere per capita in quibus antè in causa cognitum fuit, & de eisdē iuribus in quibus fuerit decisum nō potest nec debet amplius cognoscere ne litis immortales fiant atq; etiā in aliquib.alijs exceptionib. friuolis requirentib altiorem indaginem deueniatur ad formulas petitionis articuli reiectionis ut infrà.

Forma effectus aduersus oppositiones.

AD effectum mittuntur præsentes scripturæ ex parte istius Sempronij oppositi contra istium Titium opponentem, quo utiq; oppositiones pręsentatæ apud acta M.R.C. die &c. p dictum Titium reijciatur unà cū omnib. indè fortè secutis & dissoluatur bancus, seu pcedatur ad distractionem pignorum nam fuerūt, & sunt friuolę, & nō releuantes reqrentes altiorem indaginem tenduntq; contra pactū iuratum de non opponendo quo casu non debet in aliquo audiri antè solutionem, debent enim reijci quā pluribus alijs rationibus iurib. & causis melius suo die dicendis, & allegandis in uoce, & in scriptis super quib. & eorum singulis &c. & ita petit isto, & omni alio meliori modo &c. Iudicis offitium implorando &c. saluo iure &c. & arbitrio cum protestatione addendi &c. V.Bernar.aduocatus.

Forma

Forma contrarij effectus partis aduersæ.

AD effectum mittuntur præsentes scripturæ ex parte istius Titij opponentis contra istium Semproniū oppositum quod immo oppositiones præsentatæ apud acta dictæ M. R.C. ad instantiam ipsius Titij die, &c. stent, & procedatur in causa oppositoria, &c. lis suo marte decurrat, nam fuerunt, & sunt releuantes releuantissimæq;, non requirentes altiorem indaginem, nec videntur tendere contra assertum pactum reiectium &c. quoniam ex istis scripturis clarè patet de non iuri oppositi, & de aperitissimo iure opponentis, tum quia euidenter constat de nullitate, & simulatione contractus, tum etiam de solutione debiti debent etiam stare quam pluribus alijs rationibus iuribus, & causis in voce, & in scriptis dicendis, & allegandis super quibus, & eorum singulis, &c. & ita petit isto, & omni alio maiori modo, &c. deducens, &c. iudicis officium implorando, &c. saluo iure cum protestatione & arbitrio addendi, &c.

V. de Bolognetto aduocatus.

Nota 43. par. 1.

ITem nota quod in istis causis reiectiuis opus est, vt supradictum fuit † quando mittuntur scripturæ ad effectum partis citatione, quę citatio efficatiam habet infrà dies octo in quo spatio debet contumatia incusari, & indè superfederi in causa ad minus per dies octo vt in supradicta nota dictum fuit, quæquidem contumatia fit modo infrascripto, & vnde &c.

Forma contumatia quando mittuntur scriptura ad effectum.

Sub domino de Bellingutio.

Contumatia Titij citati formiter ad instantiam Sempronij ad effectum in scripturis contentum, dicendum, & allegandum quicquid dicere, & allegare voluerit aduersus dictas scripturas interlocutoriam audiendum, & ad omnes & singulos actus necessarios faciendum, &c. de citatione constat per Gaium porterium, &c.

Et visis scripturis ad minus per duos ex sp. dominis Iudicibus M. C. tunc mittuntur in prouidenda, & si opus est deueniri potest ad allegationes aduocatorum, & indè deueniri ad prolationem interlocutoriæ, benè verū quod quando scripturę mittuntur in prouidenda, debet etiam præsentari de facto cum scripturis cum subscriptione collectoris, iuritū M.C. & etiam opponens potest præsentare suum de facto, & id quod est petitum per scripturas debet poni in de facto sine rationibus, & iuribus causę, qui solet fieri modo infrascripto.

Forma de facti oppositi.

Die &c.

De facto Sempronij de t. oppositi petentis contra Titium de t. opponentē quod omnino oppositiones contrà eum præsentatę ad instātiam ipsius Titij die &c. reijciantur vnà cum omnibus indè fortè secutis, & procedatur ad distractionem pignorum, rationibus, iuribus, & causis in effectu, & scripturis ipsius Sēpronij cōtentis, & declaratis, & in voce allegatis.

Reijciantur pręstito de restituendo in casu succūbentię, &c. facta solutione audiatur.

Forma in de facto opponentis.

De facto Titij de t. petentis contrà Sempronium quod vtq; opposiones præsentatæ per ipsum Titium opponentem, &c. contra eumdem Sempronium oppositum apud acta dictę M.R.C. stent, & procedatur in causa oppositoria, & lis suo marte decurrat rationibus, iuribus, causis in contrario effectu, & scripturis ipsius opponentis contentis, declaratis, & in voce allegatis.

Nota 44. par. 1.

ITem nota quod aliquando oppositiones apparent friuolę, & ex parte oppositi ad euitāda subterfugia cauillationes, & elongarias partis aduersę † solet supplicari Excellent. suę, vt placeat comittere causam vni ex sp. iudicibus causarum ciuiliū M.C. quod statim prouideat, & videatur si oppositiones sunt reuelātes, nec ne quo casu debet fieri supplicatio ei narrando factum causæ, &c.

Nota 45. par. 1.

ITem nota post quam causa fuerit commissa vni ex iudicibus M. R.C. cum dicto memoriale oppositus debet cōparere † coram Illust. domino Præsidente ipsius M. C. ad effectum eligendi vnum Iudicem in causa, &c. electo debet ipse oppositus accedere ad Iudicem cui fuit causa commissa, & memoriale decretari facere in dorso eius ponat eius manus dicendo præsentetur p.c. & indè debet, & citari opponens ad præsentationem incartamenti coram sp. domino Iudice cui negotiū fuit cōmissum

per Excellentiam suam,& ad præsentationem ipsius memorialis quod debet præsentari per sp. magistrum notarim ipsius M.C.& registrato debet poni in incartamento, & opportari
2 dicto sp.domino Iudice † facta iniūctione parti ad comparendū coram eo dierū duorū peremptoriç, seu ad summū,dierum quatuor, quç iniunctio vulgarizata debet mitti cum porterio dicto opponenti, & constito de citatione scribatur ipsa iniunctio apud acta ipsius M. C. scias quod relatum in referente cōtinetur cum omnibus suis qualitatibus, Masc.concl. 1131. nu. 7. fol. 24. vol. 3.aduerte, & quod hodie in M.C.& in C Præturę fel. Vrb. Panor. ab vnc. quadricentis infrà potest procedi statim, vt in actu Excell. suę posito in loco suo, & sic in casu nostro iniunctio debet scribi, vt infrà tenoris sequentis,& vnde, &c.

Forma iniunctionis aduersus incartamentum.

Die &c.

Gaius de t.pro refert se de mādato sp. dictū de puteo vnius ex iudicibus M R. C. ad instātiam Sempronij iniunxisse, & mandasse Titio opposito quatenus infrà terminum dierū quatuor peremptoriç habeat velit,& debeat dixisse, & allegasse quicquid dicere, & allegare voluerit aduersus incartamentum,&c. contra eū præfatum penes dictum sp. tal. Iudicem,& cū etiam citasse ad præsentationem dicti memorialis & ad omnes actus aliter &c.vnde &c.

Et quando incartamentum mictitur in prouidenda cum de facto modo iam dicto, si interlocutoria fertur in fauorem oppositi tunc in calce ipsius de facto ponitur supra dicta prouisio reijciantur,&c & si in fauorem opponētis in calce ipsius de facti fit prouisio infrascripta,& vnde &c.stent oppositiones, vel simpliciter dicatur stent in M.C. obseruatur quod in principio, siue in capite de facti ponitur dies in quo fuit lata interlocutoria in curia verò Prætoriana dicta notatio diei ponitur in capite prouisionis in alijs tamē curijs inferioribus dicta notatio diei ponitur in fine ꝓuisionis interlocutoriç,dicēdo die &c.lata fuit,& est præsens interlocutoria de mandato mag. Iudicis de tal.curiæ,& ista differētia videtur obseruari in dictis curijs licet sint nō nullę aliç differētię inde declarādę ꝓ instructione inuenū,&c.

Nota 46 par.1.

ITem nota quod superius dictū fuit qualiter aduersus instrumentū guarentigiatū stante pacto iurato in eo de non opponendo † debi-
1 tor non possit in aliquo audiri nisi prius facta solutione debiti, cum expensis, ergò ea facta opponens audiendus est in iurib. suis, quęquidē solutio potest fieri scilicet cohactè, & spōtè, cohactè dicitur.quādo fuerit causata executio,& ea adimpleta,& inde seruatis seruandis, vt supra deuenitur ad interlocutoriam dicendo, reijciantur præstito de restituendo in casu sucumbentiç, & facta solutione audiatur, & si oppositiones sunt releuantes, & prouisum fuerit stent, oppositionens tūc procedi potest in causa oppositoria,vel si executio fuerit adimpleta per exspignorationem bonorū, & indè euenit casus quod procedatur ad distractionē pignorum tunc de prętio fit satisfatio creditori,& si executio adimpleta fuerint per fideiussionem bancalem tunc lata interlocutoria prędicta potest cogi fideiussor, vel principalis ad soluendū debitum de quo agitur cum expensis vel postquam executio ipsa adimpleta fuerit opponens sponte potest facere depositum de ipso debito pro quo processit executio vnà cū expensis omnibus quoniā non dicitur executio nisi prius adimpleta, & sic ex isto modo potest deueniri ad solutionem spontaneam
2 taliter quod ea facta per modū, vt supra † indè deueniri potest ad prosecutionem causæ oppositoriç stantib. deposito, vel solutione prędictis quo casu dici potest fore, & esse ad impletam formam cōtractus,& statuti disponētis sub verbis, supradictis, & infra scriptis videlicet si verò se opposuerit præcedente sabhastatione bonorum supersedeatur inde stractione bonorum prædictorum vsque ad sententiam
3 ferendam inclusiuè in causa oppositoria † ita, quod, auditis ꝓbationib. vtriusq; partis, vnica sentētia vtraq; causa scilicet dicti ppli, & retractionis executionis terminetur,& sic aduenięte casu prædicto legitime deuenitur ad prosequendum ipsam causam oppositoriam in qua sunt audiendæ partes in iuribus eorum stantibus verbis supradictis nostri statuti & si procederetur postquā fuerit interlocutum reijciantur prçstito de restituendo, vt supra opus est peripsum oppositum pro executione ipsius interlocutoriæ præstare, vt infrà.

Forma fideiussionis de restituendo in casu subcumbentiæ.

Die &c.

Pro sempronio opposito, cui sunt soluendę vnc. tot.per Titium opponentē virtute interlocutoriç latę in fauorem ipsius Sempronij per M. R.C.die &c.pro debito ꝓ quo ꝓcessit executio,& expensis, ꝓpterea de mandato sp. de Puteo Iudicis referente Gaio porterio de restituendo summam prædictam pec. cum ex-

penfis

pensis in casu succumbentię iuxta formam interlocutoriæ prædictæ cũ omnibus obligationibus rationibus debitis, & oportunis cum clausula, vt bancus in forma Curia, &c.

Fideiussit sponte T. renuncians cum iuramento omnibus exceptionibus, & priuilegijs, &c.

Nota 47. par. 1.

ITEM nota, & data prius per dictum oppositum fideiussionem prædictam
1 † oppositiones potest, tunc prosequi ipsam causam oppositoriam petendo simplum, vel duplũ, vt in casu requiritur, citato tamen prius dicto opposito ad prosequendum causam oppositoriam, & ad omnes actus, & indè ei incusatur contumacia, qua incusata opponens ipse potest præsentare iura sua, & protestata, & oppositus prędictus potest suas exceptiones præsentare, & demum omnia requisito necessariaq; facere eo modo, & forma, vt infra particulariter, & distinctę melius declarabitur, & auditis probationibus vtriusq; partis, vnica sententia vtraq; causa terminetur, & ista sũt formalia verba statuti, vt supra.

Forma contumaciæ quando est prosequendum in causa oppositoria.

Die, &c.

COntumacia Sẽpronij oppositi citati formiter ad instantiam Titij opponentis ad prosequẽdum causam oppositoriam inter eos vertentem, & super pręmissis capitula, & protestata præsentandum testes producendũ subcumdum terminos dandum, & recipiendum publicandum concludendum collationem processus sententiam audiendum, & ad omnes actus, & de citatione constat per Gaij cum Por.

Nota 48. par. 1.

ITEM nota, & incusata dicta contũmacia opponens si vult potest præsentare alia iura sua scilicèt, cum oppositionibus infrà dies octo à die incusationis dictę contumatiæ, ex quo ab illo die habet dilationem probandi fundandiq; suã intentionem, & ita intelligitur dilatio ad arbitrium Iudicis dierũ octo, pro vt in nostro statuto melius inferius declarando, ex quo ista dilatio Iudicis arbitrio terminanda est dierum octo in causis summarijs, & ita obseruari de-
1 bet in executiuis, nam omnis † causa executiua summaria est, tam instrumentalis, secundũ Bar. in l. creditores C. de pigno. col. 6. in fin. vers. aduerte tamen, &c. quoniã etiam si procederetur vigore rei iudicatæ, Bar. in l. litibus col. penul C. de agric. & censit. lib. 11. Bal. in l. 2. §. his videtur col. fin ff. si quis ius dic adeo
2 iuribus præallegatis, ita in † causis executiuis proceditur sicut in summarijs licet in aliquibus differant pro vt infrà melius declarabitur, & sic pro modo videndum est de formandis cum oppositionibus, quæ solet fieri modo infradicto.

Forma cum oppositionum, & iurium opponentis.

Subeat. *Cum oppositionibus, rationibus, & iuribus, q: s, & quas dat offert, & pręsentat in M. R. C. Titius opponens ex vna contra, & aduersus Sempronium oppositum parte ex altera in causa oppositoria inter eos vertente in qua proceditur, &c.*

In primis.

ITem licet ex deductis articulatis productisq; in primis, & principalibus iuribus secũdis capitibus oppositionũ ipsius opponentis præsentatur apud acta dictæ M. C. die, &c. plene, & sufficienter cõstet de clarissimo iure suo, & de non iure dicti oppositi, sed tamen ad vberiorem cautelam, quæ de iure nocere nõ solet ad pręsẽtia iura, & capitula deuenitur pro quę magis clarè luce meridiana apparet de rationibus, iuribus, & causis ipsius opponẽtis adductis in dictis calendatis oppositionibus, & melius infrà adducendis, & allegandis in tantum quod asserta executio causata apud acta dictę M. C. in vnc. tot. ad instantiam ipsius oppositi contra eumdem opponentẽ omnino venit retractanda penitus annullãda, & oppositus ipse ad omnes expensas cõdemnãdus, vt per scripturas apparet, & melius die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

ITem ponit ad informationẽ pręsentis causę qualiter postquam asserta exetutio fuit causata apud acta dictæ M. C. ad instantiam ipsius oppositi contra eumdem opponentem licet nulliter, & indebitè aduersus quam petitionem prædicti opponentis præsentatæ fuerint in dicta M. C. releuantissimæ opposi-

 tiones

tiones indeq; ad instantiam præfati oppositi missæ fuerũt licet nulliter scripturę ad effectũ, petendo reiectionem prædictarum oppositionum, prætextu asserti pacti de non opponẽdo, & per ipsum opponentem post modum missæ fuerunt scripturæ ad contrariũ effectũ, quod imo oppositiones prędictę stare debeant, & licet ex eis appareuerit de amplissimo iure ipsius opponentis, tamen stante forma dicti asserti contractus, & pacti in eo adiecti de non opponendo, opponens ipse audiri non poterat ante solutionem, quo casu fuerit per eamdem M.C. interlocutũ quod oppositiones reyciantur, pręstito de restituendo in casu succumbẽtiæ, & facta solutione audiatur, vt melius patet per assertam interlocutoriã latam die, &c. qua de causa dictus opponens soluit dictas vncias tot prędicto opposito vna cum vncia tot, pro expensis assertis taxatis, & verificatis patet per actum solutionis factum apud acta dictæ M. C. quibus stantibus meritò dicta asserta executio venit retractanda, & penitus annullanda, vna cum omnibus inde fortè secutis, & iuris est, & die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

ITem ponit stantibus rationibus ante dictis alijsque deductis in principalibus capitulis rationibus, & scripturis prædicti opponentis productis missis, & præsentatis etiam ad contrarium effectum limpidissime patet, quod dicta asserta executio venit retractanda, & penitus annullanda, vna cum omnibus indè fortè secutis, & per actu apparet, sed ad abundatiorem cautelam pro dilucidatione veritatis intendit deuenire ad infrascripta cum protestationibus pro vt in primis, & principalibus oppositionibus, à quibus protestationibus per præsentem nõ intendit opponens ipsæ discedere, sed protestationes prædictæ intelligantur, & sint allegatæ in præsentibus, & non aliter, & melius die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

AD quod probãdum ponit non se tamen abstringendo, &c. qualiter ia si fanno circa mesi sei, & retrouandosi esso Titio debitore del detto Sempronio in vnzi 400. per uirtu di contratto fatto in li atti di Notar Niccolao Piouni, quello pagao, & sodisfici in la strada del Cassaro di la felici Città di Palermo innanzi alcuni personi, & essendo lo ditto Sempronio sodisfatto dissi à quilli stati li testimoni come so stato pagato integramente da Titio, & quando mi ordinira so pronto cassarci lo contratto debitorio, & con tali accordio fu fra issi patti pattato, & dicant testes quicquid sciunt aut sentiunt de præmissis ad intentionem producentis etiam extra capitulum, &c.

Item ex clarissimis rationibus præallegatis, & alijs melius apparentibus per scripturas alijsq; melius in voce, & inscriptis dicendis, & allegandis clarum est videre assertam executionem venire retractandam, & pęnitus annullandam, dictumq; oppositum condemnandum ad restitutionem dictarum vnc. 400. vna cum dictis expensis desuper solutis alijsq; factis, & faciendis per ipsum opponentem, & iuris est, & die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

EX quibus omnibus infertur à prima linea vsq, ad vltimam, &c.
Item reuocans, &c.
Item non se abstringens, &c.
Item deducens, &c.
Item protestatur sibi omnes scripturas publicas, & priuatas, &c.
Item protestatur sibi omnes expẽsis factas, & faciendas, &c.

Quarè consito, &c. petit opponens ipse pro vt in primis, & principalibus oppositionibus, & iuribus petitum fuit secundum quod asserta executio retractetur, vna cum omnibus indè fortè secutis, & dictus oppositus condemnetur ad restitutionem dictarum vnciis tot cũ expensis taxat, & taxandis, tam ex processu, quam extra etiam post sententiam iuribus præallegatis super quibus, & eorum singulis, &c. & ita petit isto, & omni alio meliori modo, &c. officium iudicis implorando saluo iure, & arbitrio semper addendi, &c.

Nota 49. par. 1.

ITEM nota quod in quibusquidem cum oppositionibus † non est opus subscriptione aduocati, ex quo subscriptio 1
fuit posita in principalibus iuribus; & sic sufficit dicta subscriptio, & si, & quatenus poneretur actamen esset ad vberiorem cauthelam, & non de necessitate, secus est quando mittuntur scripturæ ad effectum †
2 & ad contrarium effectum, & inconcurrendo quoniam

quoniam semper debet poni subscriptio aduocati in calce petitionis, & deueniendo ad prosecutionem causæ oppositoriæ dicendum est quod præsentatis dictis cum oppositionibus, oppositus si vult potest præsentare suas exceptiones, vel se cohortare ad alium terminum, sed bene verum practicatur, quod quando deuenitur ad prosecutionem causæ oppositoriæ, opus est præsentare in iudicio scripturas interlocutas, pro quibus Magister Notarius consequi debet dimidum ius de iuribus ei competentibus quãdo deuenitur ad capturam copiarum ipsarum scripturarum, pro quando quidem præsentatione solet fieri actus modo infrascripto, &c.

Forma actus quod scripturæ decisæ habeantur pro protestatis.

Die, &c.

FVit prouisum, & mandatum per Sp. de Puteo Iudicem M. C. in pleno iudicio hodie obtento, ad instantiam Titij quod vtiq; scripturæ decisę in dicta M. C. in articulo reiectionis oppositionnm vertente inter dictũ Titium opponens ex vna, & Sempronium oppositum parte altera contractum pro eodem Titio faciunt & in eius fauorem dictant, & non aliter, &c. habeantur pro protestatis exhibitis, & præsentatis in præsenti causa oppositoria inter eos vertente apud acta dictæ M. C. &c.

Nota 50 par. 1.

ITem nota, & facto actu prædicto Magister Notarius debet super eo siue indorso ponere præsentatam, & etiam in dictis scripturis præsentatis in iudicio.

Nota 51. par. 1.

ITem nota quod non † solum deuenire potest in causa oppositoria, quando scripturæ
1 sunt decisæ in articulo reiectiuo, stante quod antè ad hoc non potest deueniri per pactum adiectum in instrumento debitorio, verum etiam virtute aliorum actorum, & instrumentorum non habentium pactum reiectium, pro vt sunt testamenta inuentaria, & acta facta apud acta Curiæ, & alia similia, aut vigore rei iudicatæ, & sic videndum est sufficienter de modo procedendi in causa executiua, & vt ad hoc sufficienter deueniatur etiam notandum est qualiter similiter in ista causa oppositoria deuenitur, vt infrà secundum † in causa op-
2 positoria si infrà quindenam post ad impletam executionem, nam antè ad implimentum non dicitur executio, debitor potest se opponere opponendo se debitor ipse postquam suas oppositiones præsentauerit competentem dilationem habet ad probandum fundandumque intentionem suam, † quæ dilatio solet esse dierũ octo, nisi alia causa legiti-
3 ma, vel locorum distantia aliud suaderet, quæ tunc esset in arbitrio Iudicis secundum distantiam loci, pro vt practicatur in M. R. C. & in alijs varijs inferioribus Regni, quæ dilatio, siue terminus legitime incipit à die subitionis oppositi super oppositionibus, seu cum oppositionibus, si ipsæ opponens eum citari fecit ad subeumdum, atque etiam citari debet ad testium iuramenta videndum, & ad omnia alia acta necessaria pro vt in supradicta contumacia, † & si oppositus non veniret ad subeundum numquam currunt dicti dies octo, ex quo incipiunt à die subitionis, vt supra benè verum quod si debitor, siuè opponens incipit producere testes super dictis oppositionibus, vel super cum oppositionibus, tunc prædicti dies octo currere incipiunt à die quo deuentum fuit ad productionem ipsorum testium, licet oppositus ipsæ nõ subiuerit ratio est, quia vtendo opponens termino videtur in eo consentire, infrà quam dilationem oppositus ipse si vult potest simul & semel se defendere, & exceptiones suas præsentare, si verò vti non vult termino prædicto poterit supersederi quousq; ei competit alius terminus, & è conuerso si dictus opponens tam cito non vult deuenire ad prosequendum dictam causam oppositoriam potest expectare quousq; oppositus ipse veniat ad subeundnm, quo casu tunc delatio prædicta currere incipit, & si opponens suas oppositiones pręsentat, & indè citari facere oppositum non curauit venire ad subeundum signum est de non iure, quis aliquando opponens indebitè, & calumniosè se opponit solum ad subterfugiendum, & delongandum dicto opposito creditori debitum petitum, sic de causa citari facit ipse creditore suo ad subeundum, & indè non curat suas defensiones producere, quo casu oppositus prædictus cum effectu curare debet ad prosecutionem ipsius causæ oppositoriæ deuenire, & subire super capitulis inquisitorijs oppositionum, & elapsis dictis diebus octo † in primo regimine sequenti potest facere publicationẽ, quæ primo loco solet fieri, & vocatur publicationem, quæ primo loco solet fieri, & vocatur publicatio in causa oppositoria, nam aliæ publicationes fiũt super singulo termino dando in causa prędicta si est actũ in ipso termino ut infrà melius videri potest, q oppositus põt suas exceptiones facere modo infrascripto.

Forma

Forma exceptionum in causa oppositoria.

Subeat. *Exceptiones defensiones actiones & iura, quæ & quas dat offert, & præsentat in M. R. C. Sempronius oppositus ex vna contra, & aduersus Titiũ opponentẽ parte ex altera in causa oppositoria inter eos vertẽte in qua iuridicè proceditur ex parte dicti oppositi.*

In primis &c.

Item ponit quod præsens causa oppositoria fuit, & est petitionis præpositę apud acta dictæ M.C. pro executione cuiusdam contractus debitorij vnc 400. quæ effectum habuit super bonis ipsius opponentis, vt infrà melius dici colligi, censeri potuit, & potest, & die sua &c.

Item licet iuridicè ipse oppositus apud acta dictæ M. C. die &c. causauerit executionem prædictam in vnc. 400. contra, & aduersus dictum Titium opponentem, quæ executio effectum habuit per interpositionẽ primi decreti super tenimento domorũ ipsius opponentis declarati in dicta cedula primi decreti recepti die &c. tandem dictus Titius debitor indebite, & minus iuste apud acta ipsius M.C. præsentauerit assertas oppositiones, quę ex lectura ipsarum clare patet quod sunt friuolę, & nõ releuãtes nihilominus executio ipsa debuit, & debet ꝓcedere, & deueniri ad distactionẽ pignorũ prædictorum rationibus, iuribus, & causis infrascriptis alijsq; melius die suo dicendis & allegandis, & per acta demonstrandis, &c,

Quorum tenorem sibi protestatur si, & quatenus &c.

Et antequam ad præsentes ingrediãtur exceptiones dictus oppositus protestatur sibi de nullitate, ineptitudine dictarum assertarũ oppositionum indebitè præsentatarum, & omnium actorum factorum, & faciendorum per ipsum opponentem inepto modo agendi, & procedendi de incõpetẽtia oppositionũ iuris, & actionis opponentis, & de omni, & quacũq; legitima exceptione, & defensione eidem opposito quomodocumq; & qualitercũq; cõpetenti, & cõpetitura, & cũ hac præuia protestatione deuentum fuit, & est ad infra, quęquidẽ protestatio semper, & in omni singulo verbo iuris, & facti tã posito, & ponendo, & quibuscunq; capitulis intelligatur, & sit posita repetita, & recensita, & nõ aliter, nec alio modo.

Item ponit non recedendo attamen à dictis, & singulis protestationibus, nec permissorum quolibet nisi si, & quatenus de iure tenetur, & non aliter, &c.

Item ponit quod dicta executio clarissimè pater quod procedere debet vnà cum omnib. inde forte secutis, & suum debitum sortiri effectum, quandoquidem per scripturas limpidissimè apparet qualiter ritè, & rectè fuit processum ex parte ipsius oppositi, vt ex actis cõstat, & ad petitionem opponentis nil releuans reperitur, nec probatum apparet, nam virtute publici contractus manu notarij Danielis apparet verus debitor dicti oppositi ex causa in eo contenta vigore cuius fuit causata executio prædicta, & indè adimpleta modo iam dicto, & ipse opponens solum ad suterfugiendum, & dilongandum aduersus executionem prædictam calumniosè se opposuit quoniã ex lectura, tam assertarum oppositionum, quam actorum in causa productorũ clarius lucẽ meridianà videtur apparere dè aperidissimo iure oppositi in tantum quod dicta executio procedere debet, & suum debitum sortiri effectum, vt possit deueniri ad distractionem pignorum &c. & iuris est, & d. sua &c.

Quorum tenorem sibi protestatur si & quatenus &c.

Non obstat quatenus ex parte ipsius opponentis allegatur in assertis oppositionib. quod exstrema nõ fuerunt legitimè verificata, quoniam ad hoc breuiter respondetur quod primo virtute scripturarũ, & actorũ in dicta executione, calendatorum clarius lucè meridiana patet de toto contrario quo casu executio ipsa procedere debet, vt supra, & iuris est, & die sua &c.

Quorum tenorem sibi protestatur si & quatenus, &c.

Item similiter quatenus ex aduerso allegatur in dictis assertis oppositionibus asserendo quod ipse Titius opponens soluit dicto opposito prætensum debitum vnc. 400. de quo agitur, quoniam ad asserta allegata respondetur quod sunt verba partis satis à veritate deuia, & numquam debitum ipsum de quo agitur fuit solutum, & si, & quatenus constasset de aliqua solutione per ipsum opponentem facta dicto opposito, tamen hoc fuit pro alia causa, & non pro debito prædicto, & in tempore solutionis iam ipse opponens declarauit soluisse pro alia causa, ex quo erat debitor eidem opposito in non nullis causis pro vt per scripturas demonstrabitur, & die sua, &c.

Quorum

Quorum tenorem sibi protestatur si,& quatenus, &c.

Ad quod probandum ponit non se tamen abstringendo, &c. qualiter lo dicto Titio opponenti fu,& era verò debitore dillo ditto Sēpronio in diuersi summi,& partiti, & cussi piu volti isso Titio haue accettato, declarato,& confessato inanti piu testimonij in presentia di esso Sēpronio,& est veritas, & dicant testes quicquid sciunt,aut sentiunt viderūt, & audiuerunt etiam extra capitulum,& quatenus.

Item rationibus,& causis de superallegatis, & apparentibus per scripturas alijsq; melius die sua dicendis,& allegādis clarum est videre quod dicta executio procedere debet, & suum debitū sortiri effectum assertis oppositionibus scripturis,& actis ex aduerso productis,& presentatis in aliquo non obstantibus,& iuris est, & die sua,&c.

Quorum tenorem sibi protestatur si,& quatenus, &c.

Ex quibus omnibus à prima linea usq; ad vltimam infertur, &c.

Item non se abstringens, &c.

Item reuocans,&c.

Item protestatur sibi omnes scripturas publicas, & priuatas, &c.

Item protestatur sibi omnes expensas factas,& faciendas, &c.

Quarè constito petit ipse oppositus dictam executionem vnc. 400. vnà cum primo decreto, & omnibus indè fortè secutis procedere debere, & suū debitum sortiri effectum ipsumque opponentem ad expensas omnes factas, & faciendas taxatas, & taxandas tam ex processu, quam extra condemnari debere dictis assertis oppositionibus ex aduerso præsentatis tamquam friuolis in aliquo non obstantibus super quibus, & earum singulis, &c. & ità petit ista, & omni alio meliori modo officium iudicis implorando, &c. saluo iure, & mihi arbitrio addendi, &c.

De Folerio aduocatus.

Nota 52. par. 1.

ITEM nota quod elapsis dicti diebus octo, à die contumaciæ si in causa fuerint missum ad effectum super reiectione oppositionum, vt supra, seu à die presentarum oppositionū potest deueniri ad publicationem ipsius causæ oppositoriæ. quæ publicatio iuxta stilū Regni potest fieri modo infrascripto, &c.

Forma publicati in causa oppositoria sub domino de Vrsillo.

Die,&c.

FActa est publicatio in causa oppositoria vertente inter Titium opponentē,ex vna, & Meuium oppositum parte ex altera.

Et si opponens infrà dictam dilationem dierum octo non expleuerit productionem, & est in continua licet fuerit facta publicatio per oppositum, potest petere in iudicio quod producat si est in continua, & elapsa detur terminus opposito modo infrascripto.

Forma termini ad defendendum, & reprobandum.

Sub domino de Bellingucio.

Die,&c.

TErminus dierum duodecim ad defendendum, & reprobandum Sempronio opposito in causa oppositoria quam habet cum Titio opponente.

Et si indè in dicto termino ipsæ oppositus præsentauerit aliqua protestata, seu produxerit testes elapso termino super eo fit publicatio,secus si non est actum in termino, & si dictus oppositus in termino prædicto, vltra defensiones procedit ad reprobationem testium, ex aduerso productorum ipsæ potest præsentare alia iura sua scilicet, cum alijs,cum oppositionibus,cū articulis positorijs, & approbare testes quos intendit reprobare ipsæ Titius.

Forma publicati super termino Indulto opposito.

Sub domino de Vrsillo.

Die,&c.

FActa est publicatio super termino defensorio, & reprobatorio Indulto Sempronio opposito in causa oppositoria quā habeat cum Titio opponente.

Et indè si ipse Titius intēdit reprobare probationes fortè factas per ipsum Sempronium, tunc potest præsentare scilicet,cum alijs, cum oppositionibus, & sibi capere terminū reprobatorium, seu ipsæ Sempronius pro sua expeditione

ditione tenetur dare terminum prædictum, vt infrà.

Forma termini reprobatorij.

Sub domino de Bellinguccio.

Die,&c.

TErminus dierum quatuor ad reprobandum etiã protestata paulo antè præsentata Titio opponenti in causa oppositoria quã habet cum Sempronio opposito.

Nota 53. par. 1.

ITEM nota quod elapso dicto termino
1 † reprobatorio si actum est in eo, debet fieri publicatio, & ista regula debet obseruari in omni termino, ex quo si actum est in eo, quo elapso fit publicatio, & si fortè causa ipsa propria fuerit prosecuta per oppositum, tunc si ipsæ oppositus, noluerit terminus ad defendendum, & reprobandum, tunc non capitur, nec est dandus, ex quo iste terminus ad defendendum, & reprobandum in causa oppositoria non est de forma pro vt in infrascriptis causis summarijs statutarijs, quo casu competit opposito volenti, & petenti alias non datur ex quo est dandus causę, & non cogitur capere terminum prædictũ, & sufficit quod detur terminus ad reprobandum opponenti, vt obseruatur in M.C. pro vt infrà melius particulariter, & distinctè declarabitur, & in alio regimine potest deueniri ad conclusionem causæ, benè verum quod si agere-
2 tur † inter Ciues Panormi vltra terminos solitos dari, in causa debet dari terminus ad peremptorias ei idem Ciui, ex quo est consuetudo immemorabilis, tàm in M.C. quàm in Curia pręturę, & iste terminus debet dari etiã quod inter Ciues ageretur in quacunq; Curia
3 Regni, † benè verum quod inter M.C. & dictam Curia Præturæ reperitur aliqua differentia in datione terminorum, & aliarum sollemnitatum de quibus infrà Deo duce est sufficiẽter tractandum, & aliquando in M.C. non datur in causa oppositoria terminus ad defendẽdum, reprobandum opposito, sed tantum terminus ad reprobandum dierum quatuor, & si fortè termini darentur simpliciter secundum in eis non facta mentione de diebus terminorum attamen intelligitur dierũ quatuor quando agitur de terminis statutarijs, sed ad euitãdam disputationem semper melius est in eis
4 ponere dies, vt supradictum fuit, † & licet termini sint dati vni tamen quando cui datus est terminus vtitur, semper est communis in tantum quod in quocumq; termino ipse oppositus potest præsentare suas exceptiones modo iam dicto, & præcipuę in termino ei Indulto.
5 † Aduerte tamen quod in causa oppositoria non dantur termini restitutorij ex causa primæ, & ex causa secundæ personis restituibilibus, verũ etiã solent concedi duo termini extraordinarij restitutorij ex causa, vt infrà melius declarabitur, & antequã ad hoc deueniatur necesse est scire, quæ differentia sit dicẽdo citra, vel, & citra, & quid importet copula hæc verba vnde Oria. in cap. quoniam contra col. 24. & possunt capi isti termini, tam antequam post cõclusionẽ, vt infrà melius declarabitur, sed pro modo est deueniendum ad terminos ad peremptoria modo, vt infrà declarabitur.

Nota 54. par. 1.

1 ITEM nota quod terminus † competens opposito ad defendendum, & reprobandum est dierum duodecim, tamen si ipse oppositus vult diuidere eũ, hoc facere potest scilicet, sibi capere prius terminum dierũ octo ad defendẽdũ, & elapso sibi capere terminũ ad reprobandum dierum quatuor, & si in eis actum extiterit debet fieri publicatio, vt supra, & si actum non extiterit potest deueniri ad conclusionem in causa, & quia ista causa est ordinaria de sui natura, tamquam priuilegiata, pro vt est causę spolij, quo casu in eis debet procedi, vt isto nostro statuto, nam in pragmatica de causis summarijs videtur dicere quod in causis magis priuilegiatis, non est facta innouatio, remanent in suo robore, & firmitate, vt in eadem pragmatica, & facta
2 cõclusione indè fit † collatio processus, vt melius infrà, secus in feudalibus, nam in eis opus est deuenire ad conclusione processus, & contestationem litis, attamen in supradictis causis oppositorijs si ageretur, vt supradictũ fuit inter Ciues Panormi, opus est deuenire ad dationẽ dicti termini ad peremptorias, & in istis causis tantũmodo solet dari opposito, seu con-
3 uento, † & quia in causa oppositoria in dubio est quis sit actor, vel quis sit conuentus, nam secũdum veritatem actor dici potest creditor, qui in Curia primo loco comparuit, & petijt debitum in quo est creditor a debitore suo, sed secundũ ordinem iudicij actor dici potest opponens quoniã primo loco comparuit in Curia, & præsẽtauit suas oppositiones loco libelli, & stante quod in M.C. dubitatur quis eorũ sit actor, ex opponẽs, siuè oppositus ea de causa terminus ad peremptorias in ipsa M.R.C. datur,

datur, tàm opposito, quàm opponenti, & solet dari dierum sex, secus in Curia præturæ; quia datur solummodo opposito dierum octo, qui terminus est tenoris sequentis.

Forma termini ad peremtorias in M.C.

Sub domino, &c.

Die, &c.

TErminus ad peremptorias dierum sex, Sempronio de T. opposito in causa oppositoria quam habet cum Titio opponente.

Quo termino elapso, si actum est in eo fit publicatio aliàs datur alius terminus ad peremptorias opponenti si est ciuis Panormi.

Forma termini ad peremptorias.

Sub domino, &c.

Die, &c.

Terminus ad peremptorias dierum sex Titio de tal. opponenti in causa oppositoria quam habet cum meuio opposito.

Et si in terminis prędictis fuerint factæ productiones, vel præsentata protestata, tunc datur alteri parti terminus ad reprobandum, & elapso fit conclusio, seu collatio processus loco conclusionis, & si actum est antè dationem dicti termini fit publicatio, vt infrà.

Forma publicati super termino ad peremptorias.

Sub domino, &c.

Die, &c.

Facta est publicatio super termino ad peremptorias indulto Sempronio de tal. opposito in causa oppositoria quam habet cum Titio de tal. opponente.

Et in alio regimine datur terminus ad reprobandum aduersus producta, & protestata in dicto termino ad peremptorias.

Forma termini ad reprobandum.

Sub domino, &c.

Die, &c.

Terminus ad reprobãdum dierum quatuor Titio de tal. opponenti in causa oppositoria quam habet cum Sempronio de tal. opposito.

Et si in eo actum est fit publicatio super eo, modo iam dicto, & si opponens est in continua potest producere vsq; ad aliud regimen, tamen necesse est in ipsa publicatione, vt dicatur, & pducat si est in cõtinua modo, vt infrà.

Forma publicati super quocũq; termino reprobatio.

Sub domino, &c.

Die, &c.

Facta est publicatio super termino reprobatorio indulto Titio de tal. opponenti in causa oppositoria quam habet cum Sempronio de t. opposito, & producat si est in continua.

Et in alio regimine debet fieri conclusio, tam si essemus in feudalibus, quàm si verò inburgensaticis expleta productione fit collatio processus formam quorum vide, vt infra.

Forma conclusionis in causa oppositoria.

Sub domino, &c.

Die &c.

Conclusum est in causa oppositoria vertente inter Titium de tal. opponentem ex vna, & Sempronium de tal. oppositum parte ex altera.

Aduerte quòd in feudalibus licèt fiat conclusio, tamen in die sequenti, seu posteà in quacumq; alia die similiter debet fieri collatio processus prout solet fieri etiam in alijs causis, & antequam processus fuerit missus in prouidenda opus est in ipsa causa dari terminus per vias iniunctionis ad allegãdum mensis vnius, & in causis allodialibus etiam fit collatio processus modo, vt infra.

Forma collationis processus.

Die, &c.

Facta est collatio præsentis processus ex parte istius Sempronij oppositi citato dicto Titio opponente cõstat per tal. porterium, seu constat per contumatiam incusatam apud acta M.C. die, &c.

Nota 55. par. 1.

ITEM nota quòd superius dictum fuit, qualiter, tàm oppositus, quàm opponens si habent causa iustam † possunt
1 petere quilibet eorum binas restitutiones, tàm antè, quàm post conclusionem causæ, & differentia est, si capitur restitutio antè conclusionem non est opus partis citatione, ex quo per contumatiam opponens reperitur citatus ad terminos dandum, & capiendum, & ista citatio non habet locum post conclusionem, qua de causa si capitur restitutio post conclusionem ipsam, debet pars citari, & ista restitutio non solum conceditur minoris, & alijs personis priuilegiatis, verumetiam ista restitutio datur maioribus annorum decem, & octo, licèt de iure communi minor intelligitur annorum vigintiquinq; vt in toto titul. ff. de minor. tamen hodiè in

Regno vtriusq; Siciliç ista ætas est correcta per constitutiones Regni eiusdem, quç incipit minorum iura, in fin. vbi vult, quod ætas minorum, tam in masculo, quàm in fæmina, sit, vsq; ad annos decem, & octo, & infrà istud tẽpus datur restitutio minori, & officio Iudicis petitur, vt in cap. fi. extra de offi. Iud. & in casu
2 † nostro etiã istç restitutiones extraordinariç ex causa conceduntur maioribus annorum decẽ & octo, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse videbitur, de qua habetur in l. 1. & per tot. titu. ff. ex quib. cau. maio. & Alex. in cons. 20 & 71. vol. 1. Item restitutiones prædictç licet concedantur post conclusionẽ in cau-
3 sa † tamen non videntur competere parti concludẽti, nã per conclusionem imponitur finis productioni actoris, nisi post restitutionẽ captam per alteram partem, si habet iustã causã, secus est ante adeò quod ea facta nil aliud produci potest in causa, & nõ expectatur nisi sola
4 sẽtentia taliter quod † conclusio significat renũtiationem omnium probationum, & defensionum producendarũ, vt est glo. in cap. cum dilectus de fide instru. & ratio est, quia quod semel placuit amplius displicere non potest 32. quęsti. 5. horrendus, extra de despons. impub. l. de illis ff. de nego. gesto. secus est ad instantiam alterius partis nõ concludentis, quia admictũtur post cõclusũ in causa, probationes per rei euidentiam, secundũ Bal. in l. si quis testib. in fine C. de testi. & Alex. in l. 4 §. hoc au-
5 tem Iudiciũ col 4. ff. de dam. infec. † atq; etiam ista restitutio admictuntur in causa criminali ad defensionem rei, Bar. in l. diui fratres ff. de
6 pænis † attamen Mascar. inquit. in cõclu. 899. num. 5. fol. 249. vol. 2. quod conclusio in causa nõ est terminus exclusiuus eorumque per Iudicẽ sunt expediẽda quãdo capitur aduocatus partis debet venire paratus, scilicèt cum capitulis probatorijs, & protestatis, tunc si Iudici videbitur, detur à Iudice extraordinaria restitutio suo arbitrio, ità quod de cætero nullatenus cõcedãtur, nisi rationabilis, & euidẽs causa aliud suaderet, vt habetur in isto nostro statuto in cap 41. vt in eo melius videri potest.

Forma termini restitutorij extraordinarij.

Sub domino, &c.

Die, &c.

Restitutus est ex causa, Titius opponens ex vna ad dies tres in causa oppositoriam] qua habet cum Sempronio opposito parte ex altera.

Et simili modo si necesse est, potest capi alia restitutio, & istæ restitutiones solent esse dierũ duorum, vel trium, & non ultrà, & indè in regimine sequenti, potest deueniri ad publicationem modo iam dicto, & post conclusionem iterum debet concludi in causa, & deueniri ad collationẽ processus modo, vt supradictũ fuit dummodo quod sit infrà terminum instãtiæ.

Forma publicati in termino restitutorio.

Sub domino, &c.

Die, &c.

Facta est publicatio super termino restitutorio indulto Titio de T. opponenti in causa oppositoria, quam habet cum Sempronio opposito.

Nota 56. par. 1.

1 ITEM nota † licet in Regno omnes quæstiones, tam criminales, quàm ciuiles sint summariæ ex forma nouæ regiæ pragmaticç, quo casu in istis causis non requiritur publicatio licet sit ordo iudicij, secũdũ Alex. in l. prolatã, C. de sent. ta-
2 mẽ in eis (iudicio meo) † debet fieri publicatio super omnibus terminis in omni causa executiua, nã pro eã datur maius robur attestationibus, vt dicit Bar. in l. solã C. de testi. Itẽ secũdò est ratio quoniã ex forma nostri statuti in cap. 56. vbi inquit elapso termino fiat publicatio, & in cap. 79 habetur, vt infrà cum in termino nil actũ est quouis modo agatur, nũquã fiet publicatio ergò à contrario sensu si actum est in termino, debet fieri publicatio, & ista conclusio valet, secũdum Socci. in cons. 150. nu. 36. vol.
3 1. maximè quod † statutum debet interpetrari, vt aliquid operetur, vt in l. si quando, ff. de lega. 1. Tertiò ratio est quoniam per dictam regiam pragmaticã non sunt sublata substantialia iudiciorum iuris positiui, nam in ipsa pragmatica legitur qualiter si aliqua ex partium petierit terminos dari in causa quod tunc dentur termini secundum Ritum stilũ obseruantiamq; M. C. & appellatione terminorum strictè veniunt publicari ergò publicationes non sunt sublatæ quo casu omitti nõ possunt, & ita dicit Rub. Mara. in suo tract. ord. iud. in ver. nona distinctio nu. 22. vbi dicit quod publicatio est de substãtia, & si ommitteretur esset contra ius litigatoris, & imputatur litiganti, qui non petit publicationem, & si petit, & iudex non vult illam facere, debet appellare,
4 & sic concludendo dico † quod publicatio omninò fieri debet iuxta stilum ipsius M. C. qui debet obseruari in toto Regno, vt dicit Andr. de Iser. in const. si quis posterum 8. col. de defensis.

Et sic obseruato ordine iam dicto, & facta collatione

collatione, vt fupra in die fequēti indè proceffus debet micti ad Iudices, & vifo per duos ex Iudicibus M. C. ad minus indè deuenitur ad fententiam fub forma fequenti.

Forma fententiæ in caufa oppofitoria.

In Dei nomine Amen.

Prouidēdus eſt proceffus oppofitorius vertens in M. R. C. inter Titium opponentem ex vna, & Sempronium oppofitū parte ex altera petitionis ex parte dicti Titij opponentis executionem vnc. 400. vna cum primo decreto, & omnibus indè fortè fecutis retractati irritari cancellari, & annullari debere ipfumque oppofitum ad expenfas omnes liquidatas, & liquidandas, tàm ex proceffu quod extra etiam poſt fententiam condemnari debere omni alio meliori modo, & ex parte dicti Sempronij oppofiti dictam executionem vnc. 400. cum primo decreto, & omnibus indè fortè fecutis procedere debere, & fuum debitum fortiri effectū oppofitionibus ex aduerfo in aliquo non obſtantibus rationibus, iuribus, & caufis in proceffu adductis, & declaratis.

I E S V S.

Prouifum eſt per eamdem M. C. quod executio procedat, & fuum debitum forciatur effectum falua nobis taxatione expenfarum, &c.

Die, &c.

Lata lecta, & pronuntiata in iudicio M. C. fuit, & eſt præfens fententia.

Et fi pars vult poteſt appellare à dicta fentētia, fed in executiuis appellatio non fufpedit folutionem, vt melius infrà declarabitur.

Forma appellationis fententiæ.

Die, &c.

Titius de T. dixit, & dicit fupradictam fententiam nullam in promptu feorfum, ab appellatione, & fi qua eſt ab ea appellauit, & appellat feorfum a nullitate omni alio meliori modo offerens granos decem, & folium paginæ vndè, &c.

Alia forma appellationis.

Die, &c.

Titius de T. comparuit apud acta Curię, & coram me Magiſtro Notario fentiens fe mirū id modum grauatum à quadam afferta fententia contra eum lata in fauorem Sempronij, eam dixit, & dicit nullā impromptu nullitate promptuaria feorſū ab appellatione, & fi qua fit, vel eſt ab ea appellauit, & appellat ad Iudicem ad quem feorfum à nullitate omni alio meliori modo offerens granos decem, & folium paginæ, vndè, &c.

Alia forma appellationis in Curijs inferioribus.

Die, &c.

Comparuit apud acta T. Curiæ, & coram me Magiſtro Notario Titius de T. & fentiens fe mirum id modum grauatum à quadam fententia lata apud acta dictæ Curiæ die, &c. in caufa vertente inter ipfum Titiū opponentem ex vna, & Sempronium oppofitum parte ex altera, eam dixit, & dicit nullam in próptu nullitate promptuaria feorfum ab appellatione, & fi qua eſt ab ea appellauit, & appellat, tàm via nullitatis, grauaminis reuifionis, quàm omni alio meliori modo ad fuperiorē ad quem fpectat feorfum annullitate offerens granos decem, & alium paginæ vnde, &c.

Alia forma appellationis fi fententia eſt pro parte in fauorem, & pro parte contra.

Titius de T. comparuit apud acta Curię, & corā me Magiſtro Notario, & fentiens fe mirum id modum grauatum in parte, à quadam fententia lata apud acta dictæ Curiæ in caufa olim vertente inter ipfum Titiū ex vna, & Sempronium parte ex altera quatenus in illis paffibus, punctis, claufulis, & verbis, quæ faciunt, & tendunt in fauorem ipfius Titij, eam laudauit, & laudat approbauit, & approbat quatenus verò in illis claufulis punctis, & verbis, quæ contra eum faciunt, eam dixit, & dicit nullam impromptu nullitate promptuaria feorfum ab appellationis quatenus effent aliqua ab ea fiue ab eis appellauit, & appellat ad fuperiorem ad quem fpectat, tam via grauaminis nullitatis reuifionis, quàm omni alio meliori modo offerens granos decem, & folium paginæ vndè, &c.

In tex. ibi, & fi debitor fuccubuerit, eo cafu procedatur ad diſtractionem bonorum effectiuam, & fatisfiat creditori de debito intereffe, & expenfis iudicialibus, & nō iudicialibus, fi fint promiffæ in contractu fi diſtrahantur bona ſtabilia ante ipforum alienationem fiet fecundum decretum, &c.

Nota 57. par. 1.

ITEM nota quod ex verbis fupradictis noſtri ſtatuti recolligitur † qualiter lata fententia in caufa oppofitoria contra debitorem tunc debet creditori fatisfieri de debito, intereffe, & ex-

pensis iudicialibus, & extrà si in contractu permissę sunt, & si distrahantur bona stabilia fiat secundum decretum, quæ expensę possunt taxari, tam virtute sententię, quam etiam vigore secundi decreti, & sic primo loco dicendū est
2 † quod interesse non sit aliud quam detrimentū, & impedimentū lucri, vel iustę vtilitatis interceptio, vt dicit Bar. in l. vnica C. de sent. &
3 tale interesse, siue damnū interectum est † triplex, cōmune, speciale, seu singulare, & conuentum, interesse cōmune continet veram extimationem rei, hoc est, tanti interesse stimandum est, quanti res valeret cōmuniter in foro, ideoq; dicitur quanti ea res est. l. inter hæc verba, & l. hæc verba, ff. de verb. signi. veráq; exstimationem, quæ significatur per quanti ea res est sequitur interesse commune interesse spetiale, seu singulare est, cum damnum estimatur non ad veritatem, sed ad effectum esti mantis, quià vt perulę quas habeo, valerent forte vnc. centum, ego non darem vnc. 200. propter effectum quem habeo in eis vnde perulę ęstimabuntur non ex commune interesse, sed eatenus quatenus meum spetialiter, seu singulariter interest, & tunc quanti ea res est, & id quod mea interest eadē sunt, non quoad vera æstimationem rei, sed quoad vtilitatem rei, interesse vero conuētū est quod pacto consurgit, scilicet cum inter partes cōuenit, si hoc non fiat, quod pro interesse soluātur decē, seu viginti, vel est, cum dicitur si non fecero quod promicto, dabo tibi quatraginta pro interesse, vel simpliciter dabo tibi quatraginta, nisi dolus interuenerit in ipsa conuentione secundū illud, dictum, pacta seruabo, in l. iurisgentiū, § prætor ait ff de pactis, & de isto interesse conuento tractatur in supra dicto nostro statu-
4 to, & etiā de expēsis quādo interesse, & † expēsę sunt promissę in contractu, nam tunc semper debentur, etiam iniustę, vt per Bar. in l. venditores, ff de verb. oblig. & doct. in l. si secundū & ibi glo. ff. de euic. & expensę litis probantur per iuramentū eius, qui eas fecit vide Mascar. in conclusio. 717. num. 1. 3 vol. 2. fol. 99. quibus taxatis, seu liquidatis potest deueniri ad interpositionem istius secundi decreti, tam pro debito principali, quā pro interesse, & expensis, hodie iuxta stilum Notariorum videntur in fine instrumenti posita infrascripta verba sub hypoteca, & obligatione omnium, & singulorum bonorū mobilium, & in mobilium damnorum interesse, & expensarum litis, & extrà &c. & sic videtur correspōdere cum dicto nostro statuto, & antequam deueniatur ad istud
5 secundum decretum, sub breuitate est videre † quod est decretū in quo breuiter respondetur, quod tot sunt decreta quot sunt res, l. scire debemus, ff. de verb. oblig. nam in iure decretū multis varijsq; modis sumitur, & primo ponitur aliquādo pro sententia diffinitiua, l. decreta ff. de re iud. secūdo pro interlocutoria, idest pro omni actu Iudicis faciēte ad causam l. cum Clericis C. de Episco. & Cle. Tertio pro qualibet ordinatione superioris, l. ambitiosa, ff. de decret. ab ordi. fac. Quarto accipitur pro re iudicata l. si arbitriū, C. de sent. expi. reui. Quinto decretum dicitur iussus Iudicis, & intelligi potest, etiam per primum, & secundum decretum, vt latè per DD. in l. si finita, § idem Iulianus, ff. de dam infec. Sexto decretum sententia est, vt in l. magis puto, § non passim ff. de reb.
6 eorum † differt tamen decretum ab sententia diffinitiua, nam sententia absolutionem, vel condemnatonē continet, l. 1. ff. de re iud. decretum vero simplicem authoritatis interpositionem cum causæ cognitione factā, l. in his ff. de verb. signi. l. in summa, ff de re iud. & l. 3. ff. de sent. & interlocu. omissis tamen quā pluribus alijs significationibus, quę nō faciunt ad
7 casum nostrum, sed tantum dico † quod quatuor causæ necessarię cōcurrere debent in istis decretis, scilicet efficiens, materialis, formalis, & finalis, secundum Bal. in l. dictam C.
8 de quo dict. ob causā, dico enim quod † decretum requiritur in vēditione, quę fit per subhastationem, l. si quos C. de rescin. vendi. & in l. 1. C. de fide instrm. lib. 10. & si plus debito fit
9 † adiudicatio, decretum nullum esse videtur, Bar. in l. si non sortem § si cen. ū ff. de condic. indebiti, & sic seruatis seruādis, vt supra deueniri potest ad interpositionem secūdi decreti.

Forma secundi decreti in stabilibus.

APud Fel. Vrb. Pan. & in M. R. C. ibidem degente comparuit Sempronius de T. & sua expositione narrauit dicens, cum sit ad instantiā ipsius exponentis pro adimplimento executionis vnc. 400. pluris petitione seruatur causata apud acta dictę M. C. die, &c. cōtra Titium, quę executio defectu bonorum mobiliū, effectum habuit per primum decretum tenoris sequentis, videlicet.

Indè includatur primum decretum, & sequitur, vt infrà.

Quiquidem exponens creditor ēē per ipsā M. C. missus positus inductus, quę fuerit in vacuam liberam, & expeditam possessionem pignorum declaratorū in pręinserta cędula primi decreti cū iuribus, & pertinentijs suis omnibus, & eius integro statu, tamquam de bonis in bonis, & ex bonis dicti Titij debitoris ob id de mādato ipsius M. C. pignora prædicta fuerūt præconizata bannita, & subhastata per lo-

ca publica solita, & consueta dictæ Vrbis semel bis, ter, & pluries per legitima temporum interualla, vt si quis voluisset ea emere comparere debuisset in ipsa M. C. & coram dicto publico mediano, seu præcone, vt per suam relationem factam die, &c. apparet, & quia infrà quindenam antè relationem prædictam ipse Titius se opposuit apud acta dictæ M. C. & indè ex parte exponentis fuerunt missæ scripturæ ad effectũ super reiectione dictarũ assertarum oppositionum, & ex parte ipsius Titij missum fuit ad contrarium effectũ licet nulliter, & tandem seruatis seruandis fuit interlocutum in fauorem exponentis, & dictum fuit reijciantur præstito de restituendo in casu succumbentię, & facta solutione audiatur qua de causa fuit per ipsum exponentem præstitum de restituendo, vt supra iuxta formã dictæ interlocutorię, vel fuit lata sententia in causa oppositoria apud acta ipsius M. C. in fauorem exponentis, virtute cuius fuerunt taxatæ expensæ vnà cum interesse ad vnc. tot, vt melius patet per ipsam sententiã latam die, &c. & licet fuerit lata interlocutoria, siue sententia prædicta, dictus Titius debitor non curauit, nec adhuc curat soluere debitum prędictum, vnà cũ omnibus expensis, vt supra liquidatis, ob quod ad maiorem cautelam post sententiam, seu interlocutoriam ipsam de nouo pignora ipsa fuerunt subhastata per modum, vt supra ad quam subhastationem nullus comparuit emptor, qui de dictis pignoribus pretium condecens se daturum offerret, nisi tantum Meuius de T. qui obtulit de eis vnc. triginta cũ certo onere census in quibus bona ipsa reperiuntur subiecta iure vtilis dominij Ecclesię Sancti Antonij de Cassaro, & nullus alius emptor comparuit, qui maius pretium obtulisset, ob id volens exponens ipse de dictis pignoribus meliorem conditionem facere obtulit, & offert de eis vnc. 400. pro quibus processit executio, vnà cum dictis, & alijs expensis factis, & faciendis liquidatis, & liquidandis quandocũq; vsq; ad interpositionẽ pręsentis secũdi decreti, & adeptam possessione inclusiuè, vnà cũ dictis oneribus, & cũ alijs expensis taxãdis virtute pręsentis secundi decreti, ac etiã cum illis alijs vnc. 50 in quib. exponens ipse reperitur creditor à dicto Titio debitore, tàm virtute publici contractus celebrati manu Danielis publici notarij, quàm vigore contractus virtute cuius processit executio ipsa ob id dictus exponẽs ab ipsa M. C. cum maxima instantia petijt, & petit sibi satisfieri debere dictaq; pignora liberari distrahi vendi, & ei adiudicari tanquam vltimo emptori plus offerenti meliorem conditionem facienti, vt in oblatione prædicta apparet qua propter exponens ipse adhiuit eamdem M. C. & ab ea petijt, & petit de opportuno, & infrascripto iuris remedio sibi prouideri debere, quęquidẽ M. C. ipsa annuens petitioni prædictę tãquam iustę, & iuri consonę, quia iusta petẽti non est denegandus iudicialis assensus, tenore pręsentis cędulæ supradicta pignora declarata, & expressata in præinserta cædula primi decreti vnà cum iuribus, & pertinentijs suis omnibus, & eius integro statu, ac cum dictis oneribus liberauit, & liberat, distraxit, & distrahit, adiudicauit, & adiudicat, & ad discursũ vẽdidit, & vendit, ac insolutũ, & pro soluto dedit, & dat assignauit, & assignat dicto exponẽti creditori tamquam vltimo emptori plus offerenti, & meliorem conditionẽ facienti supra pignora prędicta annotata, & declarata stante oblatione prædicta quorum quidem bonorũ & pignorũ desuper insolutũ, & pro soluto datorũ, liberatorũ, & assignatorũ possessionẽ, vel quasi ac dominiũ quam, & quod super eis habebat, ac quomodocumq;, & qualitercumq; potest, & speraret habere tota bona ipsa cum iuribus, & pertinentijs suis omnibus, eius integro statu, vt supra, & cum dicto onere census & cum alijs quibuscumq; iuribus iustitijs causis quas in eius animo habet, & quomodocumque sperant habere, seu dictus Titius habet tenet, & possidet ab eis deponens, & abdicam a dicto Titio debitore eademq; pignora transferens in dictum Semptonium exponentem creditorem cum iuribus, & pertinentis suis, M. R. C. ipsa dedit cessit transtulit, ac mãdauit, & quasi tradidit, & cõstituit constituti nomine, & pro parte dicti exponentis emptoris pro se suisq; hęredibus, & successoribus imperpetuum tenere, & possidere quæquidẽ pignora desuper vendita liberata, & assignata eidem exponenti cũ dictis iuribus, & pertinentijs omnibus, tenendum possidendũ, vti fruendum, gaudendum, dandum vendendum & alienandũ prolibitoq; suę vocatis, & suorum &c. disponendũ, & faciendũ totum velle suum, & desideriũ suorumq; in futurum hæredum, & successorũ in perpetuum tamquam de re propria bona fide, & iusto titulo acquisita transferendo M. C. ipsa dicto exponenti emptori omne ius dominium proprietatem possessionemq; ipsorũ bonorum desuper liberatorum, venditorum insolutum, & pro soluto datorum, & assignatorum, constituendoq; per constitutum dicta pignora res, & bona tenere, & possidere donec, & quousq; dictus exponẽs de eis in eis, & ex eis cęperit intrauerit, ac habuerit veram, & effectiuam realem corporalem ciuilem, & naturalem vacuam liberam, & expeditam possessionem dictorum bonorum quam intrandi capien-

capiendi, & habendi à die interpositionis præsentis secundi decreti in antea, & ex nunc pro vt ex tunc licentiam, & liberam potestatem, & authoritatẽ dedit, & dat tribuit cõcessit, & cõcedit dicto exponenti creditori capiẽdi, & habẽdi per modũ, vt supra possessionẽ prędictam & nõ aliter &c. cędẽs propter ea M. C. ipsa, & perpetuo trasferẽs per constitutum omni alio meliori modo recipienti pro se suisq; hæredibus, & successoribus in perpetuum omnia, & singula iura omnesq; causas actiones rationes reales, personales, vtiles, directas, mixtas, tacitas, & expressas, quę, & quas dictus Titius expositus suique hæredes, & successores in perpetuum quibuscũq; nominibus habuerunt habẽt, ac possint, & sperãnt habere sibiq; competunt competebant competereq; potuerunt, & posiũt quomodocũq; & qualitercũq; in futurũ in & superdictis pignoribus rebus, & bonis supra liberatis, adiudicatis, venditis, assignatis, & insolutum, & pro soluto datis, & concessis, & hoc pro pretio, & integro pagamẽto de superoblato per modum, vt supra, & non aliter, &c. & in casu cuiusuis euictionis defensionis, & omni causa vigore, & autem quorumcumq; contractuum actorum, & scripturarum publicarum priuatarum, & finè constituens Curia ipsa dictum exponentem procuratorẽ in rem suam dicti Titij expositi, & suorum, &c. & ponens eum in locum suum propriũ in hac parte, vt a modo, &c & ex nũc in antea dictus Sẽpronius exponens suiq, hęredes, & successores in perpetuũ efficiantur, effecti sint veri domini, & patroni dictorum pignorum rerũ, & bonorum desuper adiudicatorum cum iuribus, & pertinentijs suis omnibus per modũ, vt supra assignatorum ipsisq; iuribus desuper cessis, & translatis possit, & libere valeat exponens ipse, & sui, &c. vti frui, & de eis in eis, & ex eis lætari in iudicio, & extrà promittẽs etiã Curia ipsa nomine, & pro parte dicti Titij debitoris dicto exponenti creditori, & suis, &c. de dictis pignoribus ei desuper datis, & assignatis nullo vnquam tempore quæstionem, litem, nec molestiam aliquam inferre, nec inferenti consentire aliquo iure, titulo, ratione, occasione, & causa, tàm de toto, quam de parte, tam de dominio, quàm de possessione, quã etiam de alijs de præterito præsenti, & futuro tẽpore, vel aliter quomodocũq; & qualitercũq; immo omni futuro tempore dicta bona res, & pignora legitimè defendere guarentrie authorizare, disbrigare, ab omni, & quocumq; molestant, inbrigante, & contradicente persona, necessitate tamen laudãdi, &c. & de qualibet, & quacumq; legitima euictione, ex nunc pro vt ex tunc, Curia ipsa obligauit, & obligat, dictũ Titiũ expositũ, & suos, &c. quomodocũque, & qualitercũq; euictio orietur, siuè ueniret de toto, siue de parte, siuè de dominio, siuè de possessione, aut de sorte, uel de fructibus, uel alijs, & si quo futuro tempre per quem pãlis, aut quæstio aliqua oriretur, tàm per libelli oblationem, quàm per qualcũq; alias uias, & in casu cuiusuis euictionis procedi possit breui manu, uia executiua iusta formam instrumẽtorum, scripturarum, contractum, & actorum in dicta executione in genere, in spetie calendatorũ, & nõ aliter, &c. qui & quæ stent, & stare debeant in eorum robbore, & firmitate pro euictione prædicta tantum, & non aliter, nullo tamen alio iure remanente dicto exposito debitori, nisi termino mensium quatuor ad reddimendum pignora prædicta iuxta formã ritus, quiquidem terminus per præsentẽ intelligatur, & sit datus, & currere incipere intelligatur ab hodiè in antea prout curia ipsa *ut pręsetis* cædulę terminũ prædictum dedit, & dat, & non aliter, &c. quibus omnibus, & singulis eidẽ M. R. C. plenè constitit atq; constat quãquidẽ cędulã secundi decreti omniaq; & singula in ea contenta ad effectum pro ut in ea curia ipsa acceptauit & acceptat, laudauit, & laudat, approbauit, & approbat, ratificauit, & ratificat, ac confirmauit, & cõfirmat interponendo super his omnibus, & singulis suam iudiciariam authoritatem pariter, & decretum in cuius rei causa, &c.

V. de Puteo Iudex.
V. de Saliceto *Iudex*.
Constito de missione consimilis, &c.
Recepta Panormi die, &c.

Nota 58. par. 1.

1 ITEM nota quod aduertendum est † in receptione, siue decretatione secundi decreti, quando proceditur in M. C. vbi sũt tres Iudices ciuiles, & tãtũdẽ criminales ad minus in calce secũdi decreti debẽt interuenire duo Iudices, alias decretũ ipsũ nõ
2 valeret, & postquã fuerit receptũ in die sequẽti potest deueniri ad capturã possessionis pignorũ venditorũ seu desuper adiudicatorum parti defectu emptoris dũmodo si reperitur nociuũ tertio debet citari, & notificari, prędictum decretum cum missione consimilis quantus sua putauerit interesse, nã res inter alios acta aliis non præiudicet Masca. conclu. 14 num. 16. fo. 48 vol. 1. Itẽ scias, quia rem, qui semel possidit adhuc eam possidere præsumitur idem Masca. cõclu. 170. n. 3. fol. 155. & scias quod possessio pro-

probatur etiam per receptionem mercedis in præiuditium tertij Soc. conf. 106 num. 2. & 4. car. 139. vol. 3. & si fortè interponeretur super rebus feudalibus opus est enim subscriptio in decreto Iudicis criminalis senioris, & seruatis seruandis recepto secundo decreto post horas viginti quatuor potest deueniri ad actum possessionis tenore sequente.

Forma actus possessionis bonorum stabilium virtute secundi decreti.

Die, &c.

Gaius de tal. porterius retulit se de mandato sp. dominorum de Puteo, & de Saliceto ad instantiam dicti Sempronij virtute supradictæ proximè, & collateralis cædulæ secundi decreti eundem Sempronium cui fuerunt supradicta pignora, & bona assignata, liberata, & adiudicata posuisse, induxisse, & in misisse in realem, corporalem, actualem, ciuilem, naturalem, vacuam, & liberam, & expeditam possessionem prædicti tenimenti domorum siti, & positi, &c. per introitum, & exitum ipsius tenimenti domorũ, & in illud intrando exeundo, & per apprehentionem anuli, & per clausuram, & aperturam, seu aperitionem ianuarũ prædicti tenimenti domorum, & viridarij in eo existentis per incisionem arborum, & globos terrarum, & alia signa facientia insignum veræ actualis realis, corporalis, ciuilis, & naturalis, ac indubitatæ possessionis dictorum bonorum cum iuribus, & pertinentijs suis omnibus, vt in dicto secundo decreto, & non aliter, &c. vnde, &c.

Alia forma actus possessionis in feudalibus virtute secundi decreti quando capitur per notarium.

Die, &c.

Notum facimus, & testamus quòd Meuius hæreditario nomine, & indubitatus successor condam Sempronij eius patris, & omni alio meliori modo, & nomine mihi notario, & testibus infrascriptis benè cognitus de nomine, & cognomine præsens coram nobis interueniens hæreditario nomine iam dicto, seu procuratorio nomine serio constitutus ad instantiam T. virtute procurationis, &c. proprio, & hæreditario nomine, vt supra omni alio meliori modo, & nomine, vt die sua cepit, & capit, ac apprehendidit, & apprehendit actualẽ, corporalem, realem, & ciuilem, & naturalem vacuam, liberam, & expeditam possessionem feudi, & baroniæ vocati, &c. cum toto eorum integro statu, actionibus, rationibus, iuribus, rebus, redditibus, introitibus, iurisditionibus, authoritatibus, præheminentijs alijsq; omnibus, & singulis pertinẽtijs suis vniuersis in eis executionibus, eorumq; indiminuto, & integro statu quomodocumq;, & qualitercunq; iustè, & legitimè spectãtibus, & pertinentibus eidem domino, &c. & prout melius die sua, & hoc ob mortem dicti cõdam Sempronij omni alio meliori modo, & nomine prout melius die sua vigore, & autem priuilegiorum, seu instrumẽtorum, actorum, & sinè quomodolibet facientium in fauorem, & ad validitatem præsentis actus, & in fauorem dicti domini tal. & hoc per introitum, & exitum stantiarum, ac apprehensionem anulorum, ianuarum, ipsarũ domorũ atq; eundo, ambulando, deambulando, & discurrendo per feudum prædictum per incisione arborum, ac pugillis, & globos terrarum, reuocando, & de nouo creando, confirmandoq; Iudicem, siue camperium, & officialem dictæ baroniæ Iustitiam administrando, banna publicari, & promulgari faciendo, carcerando, & excarcerando, & alia signa faciendo in signum veræ actualis, realis, corporalis ciuilis, & naturalis, ac indubitatæ possessionis, prout ad verum, & indubitatum dominum, & patronum spectat, & pertinet omnibus alijs melioribus modis, & nominibus, & prout die sua, & non aliter vnde, &c.

Præsentibus protestibus, &c. seu ad instantiam talis creditoris, qui sibi adiudicauit per secundum decretum pignora res bona, iura, & actiones scriptas, vt latius ex dicto secundo decreto videtur apparere vnde, &c.

Nota 59. par. 1.

1 ITem nota quòd virtute secundi decreti † potest deueniri ad taxationem expensarum sicut deuenitur post latam sententiam, siuè post cessionem in causa, nam actus cessionis litis habet vim sententiæ, & similiter secundum decretum habet vim sententię hac de causa infra decennium potest deueniri ad præsentationem tabulæ expẽsarum, & indè infrà annũ quomodocumq; potest deueniri ad taxationem ipsarum expensarum, & totius est expẽsas taxare post interpositionem secundi decreti quam taxationem fieri in ipso secundo decreto prout aliqui facere solent, & tamen non benè ex quo multoties solent oriri quæstiones, & disputationes inter partes, an expensæ sint iustè ità vel nè, & quòd debent modificari, & quod decretum fuerit interpositum plus debito, & ad tollendam, &c. alterationem inter partes melius est inde deuenire ad ipsam taxationem expensarum, & antequã ad formulam deueniatur aduerte quòd si decretum fuerit interpositum super aliqua vinea

debet

debet sciri quòd vineæ appellatione venit integer fundus, Mascar. conclu. 1199. nu. 5. fol. 144. vol. 3. quę quidem expensarum taxatio potest fieri in hoc casu tabula tenoris sequentis.

Forma tabulæ expensarum vigore secundi decreti.

Expensæ factę, & solutę in M. R. C. per Sempronium de tal contra, & aduersus Titium de tal. in causa inter eos vertente apud acta dictæ M. R. C. virtute contractus manu publica celebratus die, &c. pro executione cuius seruatis seruandis vltimo loco deuentum fuit ad interpositionem secundi decreti super bonis ipsius Titij debitoris, & hoc vigore ipsius secundi decreti recepti apud acta dictæ M. C. die, &c.

In primis, &c.

Item pro iure executionis causatę die, &c.

† Quæquidem tabula potest præsentari in Iudicio quando regitur curia, vel infrà eumdē terminum dierum decem deueniri ad præsentationē de mandato Iudicis, qui ponit indorso tabulę expensarum eius manū, & vnde, &c.

Præsentētur, & verificētur tal. Iudex, & indè magist. notar. ponit pręsentatā in margine ipsius tabulæ qua præsentata potest deueniri ad taxationem ipsarum expensarum, vel indè infra annum, vt supra, & in calce ipsarū mag. notar. siuè cōmissarius ponit eius manum dicendo, verificatę sunt ad vnc. t. & indè Iudex de nouo in margine dictę taxationis ponit eius manum taxatę sunt ad tantumdem quibus taxatis potest deueniri ad solutionem ipsarum expensarum.

Nota 60. par. 1.

1 ITEM nota, & † quod virtute supra dicti capituli nostri statuti non videtur denegari oppositiones præsentari, vt dictum fuit, & quià solet succedere aliquando quod opponens habeat intentionem suam fundatam per scripturas scilicèt per instrumenta, vel per acta quo casu non indi-

2 get alijs probationibus, & † solet mittere scripturas ad effectum in vim oppositionum, protestatorum parte citata, & indè deuenire ad incusationem contumatiæ ad effectū in scripturis contentum de forma cuius contumatię tam superius dictum fuit quomodo formari debeat, & sic est videre solum modo de forma ipsius effectus, & contrarius effectus.

Forma effectus in vim oppositionum, & protestatorū

AD effectum in vim oppositionū, & protestatorum hodiè die &c. ex parte istius Titij contra istium Sempronium quod omnino asserta executio contra ipsum Titiū causata apud acta ipsius M. C. die, &c. in vnc. tot per ipsum Sempronium retractetur vnà cum omnibus indè forte secutis quando quidem per has scripturas clarę videtur apparere quod debet retractari, nam processit virtute asserti cōtractus non habentis executionem paratam, tum quia est elapsum decennium a die quo potuit agere, tum etiam debitum de quo agitur iam est solutum, & satisfactū ipsi Sempronio, vt patet virtute contractus solutionis in actis T. notarij, & tantò fortius quod reperitur causata asserta executio pro asserto debito non liquido quo casu non poterat deueniri ad eam, & si ad hoc deuentum fuit, & inde adimpleta per assertam fideiussionem bancalem attamen cohactè de mandato Iudicis non valēdo aliud agere, quo casu debet retractari quā pluribus alijs rationibus, iuribus, & causis melius suo die dicendis, & allegādis in voce, & inscriptis, & per scripturas demostrandis super quibus, & eorum singulis, &c. & ita petit isto, & omni alio meliori modo, &c. Iudicis officium implorando, &c. saluo iure, & arbitrio cum protestatione semper addendi, &c.

V. T. aduocatus.

Et indè si creditor vult, potest mittere suas scripturas ad contrarium effectum, quibus missis potest deueniri ad prolationem interlocutorię modo pro ut dictus fuit.

Forma cuius contrarij effectus est, vt infrà.

AD contrarium effectum mittuntur istæ scripturæ ex parte istius Sempronij creditoris contra istium Titium debitorem quod immo executio causata apud acta curiæ ad instantiam ipsius creditoris contra eumdem debitorē pro vnc. tot die, &c. procedat vnà cum omnibus indè secutis, & suum debitum forciatur effectum, scripturis in vim oppositionum, & protestatorum ex aduerso in aliquo non obstantibus tamquam friuolis quandoquidē per has scripturas limpidissimè patet, quòd ritè, & rectè fuerit causata, & adimpleta ipsa executio, & infrà decennium a die quo potuit ipse creditor agere, nam tempus solutionis debiti prędicti erat in anno 9. indictionis proximè elapso, & numerando a dicto die vsq; ad præsentem clarè patet quòd summus infrà decēnium

vt

vt per calendaria temporũ clare eſt videre non obſtant, afferta allegata dicẽdo quod debitum de quo agitur fuit ſolutum procuratori ipſius Sempronij allegando quod patet per eius confeſſionem, vt patet per actum præſentatum in afferto effectu, tamen ad hoc breuiter reſpondetur quod non, & modo conceſſo confeſſio procuratoris, & adminiſtratoris non nocet domino, & eſt iuris, & tanto fortius quod afferta confeſſio reperitur facta ſimulato modo maximè quod non conſtat quod debitum prædictum fuerit aſſignatum eidem creditori per dictum eius procuratorem, & ſic videtur Cauilloſe, & non ritè, & rectè agere per viam effectus ſtantibus his, & alijs ampliſſimis iuribus rationibus, & cauſis ipſius creditoris de ſuper deductis, & allegatis alijſq; melius dicendis, & allegãdis ſuper quibus, & eorum ſingulis, &c. & ita petit iſto, & omni alio meliori modo, &c. officiũ Iudicis implorando, &c. ſaluo iure, &c.

Vidit T. Aduocatus, &c.

Forma defacti ex parte creditoris.

Die, &c.

De facto Sempronij de T. petentis contra Titiũ de T. quòd immo executio cauſata apud acta M. C. in vnc. tot die, &c. ad petitionem ipſius Sempronij cõtra dictũ Titium, quæ executio effectum habuit per fideiuſſionem bancalem præſtitã apud acta dictæ M. C. de mandato Sp. de T. Iudicis die, &c. procedat, & ſuũ debitum ſortiatur effectum, ſcripturis ex aduerſo ad effectum in vim oppoſitionũ, & proteſtatorum miſſis, tamquam friuolis in aliquo non obſtantibus rationibus, iuribus, & cauſis in contrario effectu, & ſcripturis ipſius Sẽpronij contentis, & declaratis, & in voce allegatis.

Procedat executio.

Et ſi fortè fuerit lata in Curijs inferioribus cum conſilio Doctorum debet dici hoc modo videlicet.

Procedat executio, & hoc de voto Magnifici de T. V. I. D.

Et indè in Curijs inferioribus dicitur.

Lata fuit, & eſt præſens interlocutoria de mandato Magnifici Iudicis, & hoc de voto Magnifici de T.

Forma de facti quando interlocutoria eſt ferenda in fauorem debitoris.

Die, &c.

De facto Titij de T. petentis contra Sempronium de T. quod omnino executio cauſata apud acta ipſius M. C. in vnc. tot ad inſtantiam ipſius Sempronij contra dictum Titium die, &c. retractetur, & annulletur vnà cũ omnibus indè fortè ſecutis ſcripturis ex aduerſo ad contrarium effectum miſſis in aliquo non obſtantibus rationibus, iuribus, & cauſis in effectu, & ſcripturis ipſius Titij contentis, & declaratis, & in voce allegatis.

Retractetur.

In text. ibi ſi vero ſint mobilia, deſcribatur alienatio apud acta Curia reſeruato nihilominus debitori ad reddimendum bona ſtabilia quadrimeſtri tempore, & bona mobilia termino dierum quindecim prout hactenus conſueuit.

Nota 61. par. 1.

ITEM nota quod dicitur in iſto noſtro ſtatuto ex verbis ſupradictis quòd ſi † pro adimplimento executio effectum habuerit ſuper bonis mobilibus licet ageretur ab vnc. quinque ſupra tamen procedi poteſt per viam alienationis apud acta Curia, ideſt per liberationem pignorum de qua liberatione iam in principio iſtius capituli 17. tractatum fuit, & ſi vis ab vnc. quinque ſupra procedere in mobilibus per primum, & ſecundum decretum, tamen parui refert ſtante quod in principio dicti capituli legitur quòd ab vnc. quinq; ſupra fit notatio primi decreti vbi non diſtinguit hoc habere locum in ſtabilibus, neq; dicit in mobilibus, & quia debent verba aliquid operari, vt dicit Soc. in conſ. 2. nu. 8. lib. 4 ergò ſi procederetur per viam miſſionis, & liberationis pignorũ apud acta Curiæ videtur magis obſeruanda ea, quæ dicta ſunt per ſupradicta verba
2 noſtri ſtatuti, nam † non recurritur ad interpretationem, quando verba, ſeu ſenſus eſt clarus euidens, & apertus, argumẽto l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig. & Bar. in l. omnes populi 18. col. ibi tertio quæro, ff. de iuſt. & iur. ex quo verba clara non indigent interpretationem, Soc. conſ. 13. nu. 38. lib. 1. & Bart. in
3 dicta l. omnes populi inquit † ſtatutum interpretationem nõ recipere, niſi illius verba ſint obſcura, ſi verò ibi verba ſunt clara interpretatione non egent. Et quia ſupradicta verba noſtri ſtatuti ſunt multum clara, quo caſu non videtur alia interpretatione opus eſſe, vt in l. ille §. cum verbis, ff. de legã. 3. & in l. ſi ibi ff. de vſufru. lega. Et ſic videtur tutius procedere per liberationem apud acta Curiæ, ſi procederetur ſuper bonis mobilibus debitoris, tam ab vnc. quinq; infrà quã ſuprà, & ſi vis facere adiudicationem per ſecũdum decretum infrà videbitur de forma ipſius ſecundi decreti, † ſed
4 aduerte quod diſpoſitio legis à diuo pio §. ſi

super rebus,ff de re iud. locũ habet,etiã in secundo decreto, vt late per Socy. in conf. 158. nu.14. lib.2. & sic opus est quando proceditur super stabilibus deuenire ad discussionem bonorum, quãdo agitur cõtra non obligatum ex iuramento,vt in præallegatis iuribus secus,tamen si procederetur super bonis mobilibus stante dispositione prædicti nostri statuti, vbi
5 vult quod in bonis † mobilibus ꝓcedatur per viam liberationis, siuè alienationis apud acta, & licet aliqui procedere solens in bonis mobilibus ab vnc.quinq;supra pro primum,& secundum decretum, tamen ex dispositione dicti statuti potest procedi per liberationem,vt supra, & si vis procedere per secundum decretum,vel per liberationem ad venditionem, & distractionem pignorũ per Curiã inuitto domino hoc fieri potest, nam factum partis factũ Iudicis, vt in l.si ob causam, C.de euict. aduerte tamen quod hoc locum habet † quando Iu-
6 dex ritè ? procedit, alias secus. Ita inquit Bal. per illum tex. in d.l.si ob causam, & ita Doct. omnes affirmant in l. meminerint C. vnde ui. quod secundum decretum in bonis mobilibus potest fieri modo, vt infrà.

Forma secundi decreti super bonis mobilibus.

APud Fel. Vrb. Pan. & in M.R.C. ibidem degente comparuit Sempronius de T. & sua expositione narrrauit dicens, quod cum nouiter ad instantiã ipsius exponentis pro ad implimento executionis vnc. tot cum petitione de pluri causatę apud acta dictę M. C. contra Titium de T. debitorem deuentum fuerit ad interpositionem primi decreti tenoris sequentis, &c.

Et indè sequitur primum decretũ, & in calce dicatur vt infra, &c.

Quiquidem Titius debitor infrà quindenã præinserti primi decreti licet nulliter se opposuerit, & præsentauerit assertas friuolas oppositiones, aduersus quas ex parte Sempronij exponentis fuit missum ad effectum quod reijcerentur, & ad instantiã ipsius Titij missum fuit ad contrarium effectum quod immo debent stare sub assertis friuolis capitibus,& demum seruatis seruandis fuerit prouisum in fauorem exponentis quod oppositiones reijcerentur præstito de restituẽdo in casu succumbentiæ, & facta solutione audiatur, vt melius in dicta interlocutoria lata die, &c. apparet qui exponens præstiterit vt in ea, & volens pro executione ipsius interlocutoriæ sibi satisfieri de debito prędicto pro quo processit executio, & expẽsis omnibus subhastari,& præconizari fecit dicta pignora declarata in pręinserta cędula primi decreti per Gaium medianum dictæ Curiæ, qui retulit in subhastatione ipsorũ pignorum facta semel bis,ter, & pluries per legitima temporum interualla in locis publicis solitis,& consuetis dictæ Vrbis exponendo,vt si quis vellet dicta pignora emere comparere debuisset in dicta M. C. & nullus comparuit emptor nisi heius de T. qui obtulit de dictis pignoribus vnc. tot pro vt per relationem ipsius mediani apparet, & volens exponens ipse sibi satisfieri de debito prædicto, & expensis omnibus deliberauerit meliorem conditionẽ de pignoribus prędictis facere ne amplius expensis, & sumptibus vexari, comparuit apud acta dictę M C.& obtulit de dictis bonis,vt supra expignoratis debitum prędictum pro quo processit executio, & expensis omnibus cum hoc ꝙ semper,& quandocumq;,super dictis pignoribus fuerit mota aliqua lis quæstio, vel molestia adeo quod dicta bona penes eũ non remanerent quod tunc, & eo casu possit vti iuribus sibi competẽtibus, & exponere iura sua, quæ habet virtute contractus principalis virtute cuius fuit causata executio ipsa,adeò quod semper remaneat in iure suo, & ab eo non videatur recessũ, vt melius die sua. Quapropter exponens ipse adhiuit eamdem M. R. C. & ab ea petijt,& petit sibi de infrascripto,& opportuno iuris remedio prouideri debere, quequidem M. C. ipsa annuens petitioni prædictæ tamquam iustę, & iuri consonę, quia iuxta petenti, &c. visis prius dictis scripturis, & actis causa cognita, & discussa seruatis seruãdis prius adimpletis, & obseruatis vidẽs petitionem prædictam fore, & esse iustam tenore præsentis cędulæ dicto exponenti tamquam vltimo emptori plus offerenti, & meliorem conditionem facienti pignora prædicta ad discursum ei liberauit, & liberat, adiudicauit, & adiudicat, vendidit,& vendit,ac intrà manus posuit,& ponit,& insolutũ,& pro soluto,dedit, & dat, quæ bona Curia ipsa compensauit, & compensat,bonas fecit, & facit dicto Titio debitori cum dicto debito, & expensis in quibus ipse exponens reperitur creditor pro huiusmodi causa transferenti M. C. ipsa in eundem exponentem omne ius dominium, & possessionem,vel quasi supradictorum bonorum ad habendum per dictum exponentem, vtifruendum, & faciendum totum suum velle, & omne id quicquid, & quantum sibi placuerit, & bene visum fuerit tamquam de re propria verus dominus de ea facere, & disponere possit pro se,& suis,&c. tamquam bona fide, & iusto titulo acquisita, cedens propterea M. C. ipsa dicto exponenti creditori omnia, & singula iura omnesq; actiones, rationes, & causas, reales,

les,personales, vtiles, directas, mistas,tacitas, & expressas,& alias,quascumq; ac spē, & exercitium ipsorum iurium, & actionum, quas, & quas habuit habebat, & habet, ac potest, & sperat habere in futurū quomodocūq; & qualitercūq; in, & sup dictis pignoribus cōstituēs M. C. ipsa eumdem exponentem procuratorē in rem suam in hac causa, & ponens eum in locum suū propriū in hac parte, vt à modo, &c. quę iura, vt supra cessa dictus exponens possit, & libere valeat vti,& experiri in quocumq; iudicio Curia, & Magistratu, tam spirituali,quā temporali, ac etiam in iudicijs, & extra quam vbicumq; sibi placuerit mandans, &c. & hoc pro pretio, & integra solutione pro vt in supradicta oblatione de super facta per ipsum exponentem, abdicans M.C. ipsa à potestate dominio, & possessione ipsius debitoris omne ius dominium, & possessionem dictorum bonorum,eamq; transferens in dictum exponentem obligando dictum debitorem ad omnem, & quācumq; euictionē, quę fortè veniret super dictis pignoribus, tàm de iure quàm de facto, siuè de toto, siuè de parte adeò quod semper, & omni futuro tempore teneatur, & sit obligatus dictus Titius ab omni molestante inbrigante, & contradicente persona eum defendere, & in casu euictionis prædictus exponens ipse possit se dirigere via executiua, & iura sua experiri eo modo,& forma, vt agere potest virtute instrumentorum, & actorum in ipsa executione calendatorum in quibus iuribus nullum sibi censeatur preiudicium generatum, sed semper maneant dicta acta illesa, & valida, & stent in eorum robbore, & firmitate ex nunc pro tunc succedente casu predicto, & nō aliter, &c. necessitate tamen laudandi denuntiandi requirendi,& monendi remissa penitus nullo alio pro dicto Titio debitore remanente super dictis pignoribus, nisi tantū dierū quindecim termino ad reddimendum iuxta formā Ritus; qui terminus intelligatur, & sit datus virtute pręsentis cedulę, & currere incipiat ab hodiè in antea quamquidem cędulam secundi decreti omniaq; & singula in ea contenta ad effectum,pro vt in ea M. R. C. ipsa acceptauit, & acceptat, laudauit, & laudat approbauit, & approbat, ac cōfirmauit, & cōfirmat interponendo super his omnibus, & singulis suam iuditiariam authoritatem pariter, & decretum.

In cuius rei causa,&c.

V.T. Iudex.

V.T. Iudex.

Constito de tradditione consimilis recipiatur in vim cedulæ secundi decreti pro vt in ea.

Recepta Panormi die, &c. de mandato Sp. T. de T. Iudicum in vim cędulę secūdi decreti pro vt in ea, & de tradditione consimilis cōstat per T. Porterium.

In tex. ibi si verò non reperiretur emptor bonorum prędictorū, vel si reperiretur, & non daret pro bonis prædictis pretium condecens, eo casu prædicta bona, si stabilia sint, dentur creditori insolutū ad pigueualēs, videl. p quarta parte eius, pro quo processit executio, &c.

Nota 62. par. 1.

ITEM nota quod ex istis supradictis, & alijs sequentibus verbis prædicti
1 capituli 17. dicitur † qualiter si in subhastatione bonorum debitoris fienda infrà quindenam non reperiretur emptor qui obtulerit de pignoribus prætium condicens pro vt communiter valuerint in foro publico, nàm quando bona subhastantur, & non reperiretur emptor, qui emat pro iusto pretio non venduntur viliori pretio, sed debet creditor sibi illa bona adiudicari facere iusto pretio, & sic præcedente æstimatione expertorum, ex quo paria sunt emptorem non reperiri, vel iustum prætium rei non offerri, de quibus latè habetur in decis. 358. Matt. de Affl. num. 5. & seq. rationibus inferius declarandis, q tunc, & eo casu dantur creditori insolutum ad pinguevalens secundum in stabilibus detur quarta pars, & in mobilibus pars octaua, pro qua processit executio scilicet, si sit executio in vnc. 40. quarta pars sunt vnc. decem in stabilibus in bonis vero mobilibus octaua pars sunt
2 vnc. quinq; vt in dicto capitulo, † nisi fuerint aurum, vel argentum in materia, vel in massa, seu perulæ vltrà, quæ debitū habere possit expensas, damna, & interesse iuxta liquidationē faciendam in reliquis verò videri potest in supradicto capitulo, ex quo sunt verba clara, & non indigent declaratione,& sic tantummo-
3 do videndum est, † an in foro conscientię possit pinguevalens capi, & si istud dicatur, & sit verum, & iustum pretium in foro conscientiæ ad hoc breuiter vt respōdetur, modo infrascripto, videl. aut ptium est taxatū à lege, vel à statuto, vt in casu nostro vbi taxatū reperitur p istud statutum, & sic illud est uerum, & iustū pretium, nec licet quis vltra illud petere, nec accipere, licet sit modicum, quoniā lex si dura sit, seruanda est, l. prospexit, ff. qui, & à qui-
4 bus, & est ratio, quia † vbi lex figit suos pedes, non licet vltra trasgredi, vt not. glo. pen. in l. si fuerit ff. pro socio, & probatur in capitulo

tulo fideat peccator, extrà de re iud. cum fim. aut prætium taxatũ non est, vel limitatum nõ reperitur, et in hoc pendent, leges, et profetę, quia res sæpè numero diuersis venduntur, maximè in diuersis locis, vt in l. ideò ff. de eo quod cert. loc. & tunc distingue, aut loquimur de rebus mobilibus, aut immobilibus, si loquimur
5 de mobilibus, † tunc dicendũ est quod rès tanta valet, quantum communiter vendi potest, vt in l. si seruus furti causa in princ. ff. de cõdic. furt. aduerte licet res tantum valeat quantum vendi potest iuribus præallegatis, tamẽ intelligitur quantũ vendi potest in loco, in quo est res, licet in alio loco plus venderetur, vel minus, vt in l fin. C. de admini. tut. & Bart. in l. & si equo glo. de lega. 1. etiam dicitur tantum valet res quantum æstimata est æstimatione cõmuni l. hi qui & ibi Bar. C. de præ. nauic. lib. 11. in 1. quæst. & Bal contra l. 2. pen. col. C. de rescin. vend. & licet de iure Ciuili, aut Canonico esset licitũ plus vendere propter affectio-
6 nem, vel commoditatem ementis attamẽ † in foro conscientiæ teneo quod non sit licitum, quoniam nõ diligo proximum sicut debeo, & si aliquid solueretur vltrà esset vsura, quia solueretur de re sua, quod esse non debet, vt inquit Scotus in 4. & 15. distinctio. quęst. 2. & Diuus Thomas in secũda secũdę quęst. 2. arti. 1. vbi dicit, quod si emptor multum iuuaretur ex re quam emit, & ille qui vendit, non damnificatur vltrà communem illius rei valorem, non debet vendere illam vulitatem emptori, quia non est sua, sed emptoris. Item intellige quantum communitur vẽdi potest, tamen dicitur tempore contractus, & ita tenet Bar. in l. nõ intelligitur §. diui fratres, ff de iure fisci, & Doct. in l. 2. de exscin. vend. Item dico tantum valet res quantum æstimata est per duos peritos expertos siuè æstimarores, vt notat. Bar. &
7 ibi Doct. in l. 2. C. de rescinde. vend. † si verò loquimur de rebus stabilibus, respondetur quod non potest dari certa determinatio scilicet quando sit uerum, & iustum prætium, nisi hoc modo, si vendendũ sit pro quinquaginta, quatraginta, aut triginta cõsiderari debet, si tantum valet verè, & iustè habito, tamen respectu ad eius qualitatem conditionem, & fructuum perieptionẽ, vt in l. si quis C. de rescin. vend. & l. si fundum per commissum in princ. & ibi glo. 1. ff. de reb. eorũ, & not. glo. & Doct. in capitulo cum causa, il 2. extrà de testi. & si communiter uenduntur pro tãto in loco pertinentia, uel cõtrata scienti, & intelligẽti qualitatem, & conditionem rei uenditę, est tex. cũ glo. nota. in l. mortis causa capimus, § fin. & ibi Doct. ff. de dona. causa mor. & in l. pretia rerum, ff. ad l. falcid. & per Bar. in l. non intelligitur §. diui fratres ff. de iure fisci, & probatur in l. si quis uxori §. si statu liber. & Doct. in l. 1. §. si hæres ff. ad Trebell. & Ang. in l. in lege falsidia hoc obseruandum. §. 1. ff. ad legem falcidiam, ubi omninò uidendum est. Item tutius esset quod elegatur medium prætium in casu
8 prępofito de quatraginta, & in similibus, & sic † media uia tamquam tutior esset eligenda, ut habetur per tex. in l. fundũ cum l. sequenti quæ incipit ita, & omnes in principio ff. mandati iuncto cap illud, extrà de Clericis ex communi min. † & sic tractandum est de primo, &
9 secundo decreto, quę debent fieri quando bona dantur ad pingueualens, ut in supradicto capitulo, & ista est uera, & recta uia, quę debet eligi in alienatione bonorum per Curiam non obstante quod aliqui ex natura contractus soliti fieri in Regno cum pacto quod bona uendantur ad discursũ quo casu solet procedi pro modico pretio accipere magnum prędiũ magni ualoris no sinè graui prętudicio animæ illius qui ad hoc deuenit, ex quo per iura desuper allegata hoc prohibitum est in foro conscientiæ, & sic debet expelli omninò alimine iudicij, & non permictere quod istud pactum usurarium locum habeat inter cristicolas, sed eo maximè quod pactum contra ius commune non ualet, nec uenditio, nec enim ualet cõtractus quando fit cõtra legem, & est glo. singularis in l. si paciens §. si patronũ in uers. fauiana ante si ff. si quid in feud. pa. uide 3. nota 46. post tractatum tutele in nu. 5. omninò obseruari debet istud statutũ quod loquitur quod bona dentur insolutum ad pingueualens crediti tori ultrà iustum prętium quo casu obseruandum est, nam statutum æquiperatur, & sapit naturam contractus quando est iuratũ, ut inquit Brun. in suo tract. de stat. fæmi. à succes. exclu. in nono articulo princ. quæst. 10. ad fi. & Dec. in rub. C. de transactio.

Forma cedulæ primi decreti pro pingueualente.

APud Fel. Vrb. Pan. & in M. R. C. ibidem degente comparuit Sempronius de T. & sua expositione narrauit dicens quod cum apud acta ipsius M. C. ad instantiam exponentis fuerit causata executio in unc. tot cõtra Titium uirtute instrumenti publici, & aliorum actorum calendatorum in ipsa executioni quæ defectu bonorũ mobilium in bonis infrascriptis effectum habuit qua propter exponens ipse adhiuit eamdẽ M. R. C. & habuea petijt, & petit de infra dicto, & opportuno iuris remedio sibi prouideri debere quæquidẽ. M. R. C. ipsa annuens petitioni prædictæ tamquam iustæ, & iuri consonę, &c. tenore pręsentis cedulæ

iæ dictum Sempronium exponentē imposuit, & imponit induxit, & inducit in actualem vacuam liberā, & expeditam possessionem, vel quasi infradictorum bonorū tamquam in bonis de bonis, & ex bonis dicti Titij debitoris, vt vendantur iuxta formam Ritus, & de pretio satisfiat eidem creditori, & de expensis omnibus factis, & faciendis vsq; ad liberationem, seu interpositionem secundi decreti, & adeptam possessionem inclusiuè quamquidem cedulam primi decreti omniaq; & singula in ea contenta ad effectum prout in ea M.R.C. ipsa acceptauit, & acceptat, laudauit, & laudat, ac approbauit, & approbat, interponendo super his omnibus, & singulis suam iuditiariam authoritatem pariter, & decretum.
In cuius rei causa, &c.

V.T. Iudex.

Bona verò sunt hæc videlicet, &c.
Constito de tradditione consimilis, &c.

Et antequam deueniatur ad interpositionē secundi decreti pignora prædicta debent æstimari per expertos, & de mandato Iudicis fit iniunctio tenoris sequentis.

Forma iniunctionis ad eligendum expertum.

Die, &c.

Gaius de T. Porterius retulit se de mandato Curiæ ad instantiam Sempronij de T. iniunxisse, & mandasse Titio debitori, quatenus infrà terminum dierū duorum peremptorie habeat velit, & debeat elegisse, & posuisse eius expertum pro æstimando tenimentum domorum, super quo fuit interpositum primum decretum per ipsam M. C. ad instantiam dicti Sempronij alias, &c. vnde, &c.

Et si non curauerit debitor eligere expertū, tunc debet dari in eius contumaciam per Curiam ad effectum æstimandi pignora cū experto creditoris, & si elegerit, aut non, indè deuenitur ad actum æstimationis tenoris sequētis.

Forma actus æstimationis bonorum.

Die, &c.

T. expertus positus, & electus ad instantiam ipsius Sempronij creditoris, & T. expertus positus, & electus per Titium debitorem seu per curiam ob cōtrariam ipsius Titij debitoris qui cum iuramento retulerunt diligenter vidisse, & reuidisse dictū tenimentum domorū situm, & positum, &c. calendatū in dicta cedula primi decreti, & dictum tenimentum domorum iusta eorū arbitrium iudicium, & videre fore, & esse pretij vnc. tot concorditer absque vlla discrepantia, & non aliter, &c. vnde, &c.

Item quando extimatores non sunt concordes debet, & eligi tertius per curiam, & facta æstimatione, & præconizatione bonorum, & habita relatione à mediano siuè præcone de dicta subhastatione per modum, vt supradictū fuit indè deuenitur ad liberationem si essemus in curia Præturæ Fel. Vrb. Panor. eo modo, & forma prout supra tractatum fuit, aut ad interpositionem secūdi decreti si essemus in M. C. modo infrascripto, & vnde, &c.

Forma secundi decreti cum pinguevalente.

Apud Fel. Vrb. Panor. & in M.R.C. ibidem degentē comparuit Sempronius de tal. & sua expositione narrauit dicens quòd cum his tēporibus nō longè decursis virtute executionis in eadem M.R.C. causatæ ad instātiam ipsius Sempronij creditoris contrà Titium de T. debitorem fuerit interpositum primum decretum videlicet sequentis, & vnde, &c.
Et indè dicatur.

Et quià exponens ipse per dictā M.C. fuerit missus atq; positus per primum decretum in possessionem cuiusdam tenimenti domorum cū iuribus, & pertinētijs suis, vt melius per dictum præinsertum primū decretum apparent pro mensura debiti in ea calendati, & pro omnibus expensis factis, & faciendis tamquam de bonis in bonis, & ex bonis dicti Titij debitoris prout præmissa omnia patent virtute supradicti præinserti primi decreti ob quod dicta pignora de mādato Curiæ fuerunt æstimata per tales expertos pro vnc. tot vt patet per actū æstimationis prędictę atq; ēt pignora prędicta fuerunt pręconizata, & legitime subhastata semel bis, ter, quater, & pluries per legitima tempor ū interualla per loca publica solita, & consueta dictæ vrbis voce præconia, vt si quis voluerit ipsa pignora emere comparere debuisset ad dictam M. C. in quaquidem subhastatione cōparuit seius qui obtulit de eis vnc. viginti, & nullus alius cōparuit emptor qui maius pretiū obtulisset, & volens exponens ipse meliorem conditionem facere obtulit, & offert de bonis prędictis vnc. 50. & sic vnc. 10 plusquam fuerit causata ipsa executio quapropter exponens ipse adhiuit eamdem M. C. & ab ea instanter, & instantissimè petijt, & petit de infrascripto, & opportuno iuris remedio sibi prouideri debere iustà formam Ritus stāte quod fuerunt seruata, & adimpleta omnia sollennia in similibus requisita quæquidem M. R. C. ipsa annuēs petitioni prędictæ tamquam iustę, & iuri consonæ quia iusta petēti, &c. non est denegandus iudicialis ascensus omnibus debitis sollennitatibus quæ in talibus requirūtur prius adimpletis,

tis, & obseruatis seruatis seruandis pignora prędicta liberauit, & liberat, vendidit, & vendit, adiudicauit, & adiudicat distraxit, distrahit, ac insolutum, & pro soluto & infrà manus posuit & ponit, assignauit, & assignat, dedit, & dat, eidem Sempionio creditori nomine, & pro parte dicti Titij debitoris tota pignora ipsa cum iuribus, & pertinentijs suis omnibus, & eorum integro statu mandans omnibus, & singulis &c. cedens M. C. ipsa dicto exponenti tamquam vltimo emptori plus offerenti, & meliorem conditionem facienti omnia, & singula iura omnesq; actiones &c. & hoc pro prętio vnc. 50. scilicet vnc. 40. pro debito principali pro quo processit executio & vnc. 10. pro pinguevalente iusta formam Ritus, & remanet creditor in omnibus expensis factis, & faciendis quod prætium M. C. ipsa compensauit & compensat cum dicto debito inquo erat expens ipse creditor virtute instrumenti vigore cuius processit executio ob quod M. R. C. Ipsa in dictum exponentem creditore hæredes, & successores in perpetuum dedit, & dat omne ius dominium, possessionem, & proprietatem dictorum pignorum abdicans, & deponens à dicto debitore, quā & quod debitor ipse habuit habebat, & habet, ac potest, & sperat habere super pignoribus prędictis desuper uenditis, & assignatis in dictum exponentem per se, & suos hæredes & successorem imperpetuum de cætero, & ex nunc in anteà tenendum, possidendum, uti fruendum, faciendum, gaudendum, uendendum, & alienandum, disponendum totum uelle suum desiderium, & suorū, &c ī perpetuum tamquam de re propria bona fide, & iusto titulo acquisita, transferendo Curia ipsa dicto exponenti creditori omne ius, dominium possessionem, proprietatem, ut supra obligando dictum Titium creditorē omni futuro tempore de omni, & quacumq; legitima euictione quomodumq; & qualitercumq; euictio oriretur, tamen de toto quam de parte, tam de dominio quàm de possessione, & alijs, necessitate tamen laudandi, &c. & aduenientе casu prædicto possit se dirigere iuxta formam instrumenti, & actorum in ipsa executione calendatorū. quæ stent, & stare debeant in eorū robore, & firmitate pro tuitione, et defensione dicti exponentis nullo alio iure remanenté rōne, vel causa dicto Titio debitori, nisi termino, quadrimestris temporis ad reddimendam iuxta formam Ritus, qui terminus intelligatur, & sit datus uirtute præsentis cędulæ, & incipere debeat à die receptionis ipsius, quoniam de his omnibus & singulis causa cognita, & discussa eidem M. R. C. plenè constitit atque constat, quamquidem cedulam secundi decreti omniaq; & singula in ea contēta ad effectum prò vt in ea Curia ipsa acceptauit, & acceptat, laudauit, & laudat, approbauit, & approbat, ac confirmauit, & confirmat, interponendo super his omnibus, & singulis suam iuditiariam authoritatem pariter, & decretum.

In cuius rei casu, &c.

V. T. Iudex.

V. T. Iudex.

Constito de traddictione consimilis, &c.

Recepta Panormi die, &c.

Tex. cap. 18. alias 113.

ITem, quod diximus supra, vt bona dentur ad † pinguevalens, non habet locum, quando est concursus creditorum, & bona non essent suffectura ad satisfactionem omnium crediторum, si ad pinguevalens darentur, quo casu dentur insolutum creditoribus pro mensura debiti praecedente extimation e, secundum, quod bona ipsa valerent iusto pratio, si verò pratium bonorum excederet summam debitam creditoribus quatenus excedit illud plus detur ad pinguevalens, pro quo pluri habeat debitor tempus quadrimestre ad redimendum stabilia, & mobilia dierum quindecim pro bonis verò datis insolutum iuxta aestimationem detur debitori redimendi facultas instabilibus tempus mensium duorum in mobilibus verò dierum octo, nec mirum, si hoc casu ex aquitate quadam minor detur dilatio, cum creditor in nihilo releuetur.

Nota 63. par. 1.

NOTA quod ex isto capitulo agitur de creditorum concursu, & pro in-
1 structione iuuenum, † notandum est, qualiter super bonis debitoris plurium creditorum, ad concursum venient omnes creditores, pro mensura debiti, præcedente æstimatione secundum quod bona ipsa valerent iusto pretio, habita consideratione, vt infra, &c. aut debitor non habet in bona tantam quantitatem, quæ esset suffectura ad satisfactionem omnium creditorum, aut non, primo casu si habet debet prius satisfieri primus creditor, & indè secundus, et alij gradatim, secundo si non habet, et creditores pari priuilegio ambulant, tunc omnes gradatim ratam debent habere portionem bonorum debitoris pro mensura debiti, &
2 si pari passu non ambulant, tunc † qui prior tempore debet primum locum habere, l. sinus, §. si verò hære. C. de iure delibe. quo casu nō datur pinguevalens, nisi de superfluo bono-

bonorum prędictorum, vt in isto nostro statuto, & licet regula sit, quod quando plures creditores sunt vnius debitoris, ille est prior, cui primo loco satisfactum est, l. si non expedierit ff de bon. autho. iudi. possi. tamen potest dici ille est primus creditor qui expressã habet hypotecam, & sic facit regula, qui † prior in tempore, potior est ĩ iure, vt dicit Specul. in tit. de primo, & secundo decreto § in nomine domini in princ. & simili modo gradatim debet satisfieri creditor secundus, & alij, & non est iustum, vt patet per iura desuper allega. in cap. 17. quod primus creditor contrà cõscientiam suam habeat bona omnia debitoris in præiudicium aliorum creditorũ, præsertim quod debet præferri tamquã anterior cęteris alijs creditoribus, nisi bona debitoris essent suffectura pro debito principali interesse, & pingueualente omnium creditorum, & tanto fortius quod in isto statuto non videtur tractari de illis creditoribus, qui pari passu ambulant, sed videtur in genere loqui, & locum videtur habere forsitan quando Iudici manifestè constat quod debitor est in concursu creditorum, tàm per fugam, & latitantiã debitoris, quàm in casu dilapidationis bonorum suorum, tunc legitimè potest deueniri ad dictũ concursum quoniam Iudici constat quod debitor bona sua dilapidat quando per testes receptos apud acta Curiæ apparet, vel quando obtinuerit à Principe saluum conductum quod non molestetur de persona, & tunc potest deueniri ad concursum prędictum, benè verum quod si in dilatione moratoria concessa per rescriptũ Illustris. Domini Proregis, nam eo casu securitas non potest dari, nisi à Principe, vel habente in loco ius Principis, vt in l. relegati ff. de pote. temporalis † authoritas dari potest non solum à Principe, sed à lege l. simile ff. de leg. 2. & licet debitor habens saluum conductũ, vt non possità creditoribus impediri, à Principe, & fortius ab illo inferiore, tenetur tamen satisdare destando iuri, dilatione cũ termino salui conductus expirata, & finita, casus est, in l. vniuersa, C. de pręscriptionibus imperiali offerendis, vbi dicit tex. † quod habens dilationẽ à Principe tenetur satisdare de soluendo, alias capi potest, & carcerari, nisi satisdet de soluẽdo finita dilatione sibi concessa, vt patet ex not. per Bar. in l. si debitori de iudic. est pręterea regulare quòd debitor in die satisdare tenetur si incipit bona sua dilapidare, vel si alias de dilapidatione suspectus sit, secundũ Cinum in l. pen. C. de oper. libert. idem Cinus in l. 1. C. de hæreditate, vel actione vẽdita, & habetur expressè in l. in omnibus, ff. de rei iud. vbi tex. clarus, † quod qui tenetur ad diem potest conueniri ad præstandum cautionem, vt supra antè diẽ, & si anterior creditor fuerit vigilans ad se adiudicandum per primum, & secundum decretũ ad discursum bona sui debitoris, & habuit tot bona maioris valoris debiti, quo casu secũdus creditor, an succurrendus est cum aliquo alio remedio aduersus primum † creditorem, qui habuit bona plus valoris sui debiti, dicendum est quod sic nam competit ius offerendi secundo creditori, vt possit offerre priori, vt in l. Paulus, ff qui mo. pigno. vel hipo. sol. & in l. mulier ff. qui po. in pign. hab. & Salic. in l. 1 q. vlt. C. si antiq. cred. rursus † ius offerendi locum habet etiam post latam sententiã in causa hypothecaria, Bart. in l. si quis stipulatus fuerit decem, ff. de sol. donec sententia non reperitur mandata executioni, scilicet donec non sit locus contestatione litis executionis illius præsentiæ, Bar. in l. stipulationes non diuiduntur, † & si fuerit interpositum secũdum decretum super bonis debitoris, tamen post illam dationem insolutum, seu adiudicationem factã per Iudicem non est amplius locus oblationi per secundum creditorem, tex. est in l. si finita, § pœna ff. de damn. infect. & Paris. in cons. 42. nu. 18. vol. 1. nisi antè fuerit factũ depositũ penes acta Curiæ de debito, primi creditoris cum omnibus interesse, & expensis in quibus reperuit verus creditor, & si quis facit oblationem verbalem, vt aliquid consequatur debet habere pecuniam in manu, vel rem oblatam actu offerre si mobilis est, & si † depositum non fuerit factum etiam cum vsuris, alias nil valet etiam quòd vnus nummus deficiat scienter tamen secus si error fiat iuxta glos. in l. res bona fide, ff. de contrahen. emptio. & si † debitum non est liquidum non videtur cõmittere moram priusq; fiat liquidatio, secundum Bal. in l. accepta, C. de vsu. idẽ Bald. in l. in fideicõmissi, ff. de vsu. & de † nõ liquidis saltem tenetur offerre se soluturum esse cũ cautione prout voluit Imola in l. Prætor, ait § si quis paratus, ff. de noui. oper. nunciat. & Alex. in cõs. 130. vol. 4. realiter quod sufficienter dictũ fuit de isto concursu creditorum, sed tantũ debet aduerti qualiter † si bona debitoris vendãtur ad discursum, vel darentur insolutum cũ pingueualente, tunc habet debitor terminũ mensium quatuor ad reddimendum bona stabilia, & si immobilia sint, terminum dierum quindecim, secus est quãdo distrahantur bona pro iusto prętio iuxta æstimationem expertorum, tunc terminus ad reddimendum instabilibus est mensium duorum, & in bonis mobilibus dierum octo, vt melius in supradicto capitulo apparem, & pro iusto pretio, vt supra bona debent vendi quando procederetur ad executionem

3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

nem sententię, seu rei iudicatę, & ità est de iure. & licet in nostro statuto non fiat mentio, nisi de instrumentis declaratis in præcedenti capitulo, & sic modo est uidendum de supradicto deposito, & fideiussionibus supra declaratis, & antēq̃ ad hoc deueniatur, scias quod debitum probatur per confessionē extraiudiciale etiam factā absente parte, Masca. conclus. 481. nu. 3. fol. 368. vers. quod, & aduerte qualiter debitum probetur per testes, vel per instrumentum, idem concl 455. nu. 1. 2. fol. 347.

Forma depositi faciendi per secundum creditorem quando vult p̄ferri.

Die, &c.

MEuius de tal. comparuit apud acta M. R. C. & penes me magist. notar. ipsius Curia depositauit, & depositat vnc. quatraginta in tanta moneta argenta pręsentialiter, & de contanti numerata ad effectu illas soluendi Sempronio ad eius primam requisitionem pro illo debito in quo erat creditor à Titio pro causa contenta, & declarata in afferta executione causata apud acta ipsius M. C. virtute cuius ad eius instantiam super certis bonis ipsius Titij sitis, & positis, &c. fuerit interpositum primum, & secundum decretum receptum apud acta dictę M. C. die, &c. Et hoc quam primum ipse Meuius habuerit notitiā, qui Meuius intendit super dictis bonis præferri stante quod super eis habet ius offerendi sibi de iure concessum, & de non liquidis interesse, & expensis intendit præstare, de soluendo facta legitima liquidatione de eis, omni alio meliori modo nomine iure, & forma, vt die sua uide, &c.

Forma fideiussionis de non liquidis.

Die, &c.

PRo Meuio de tal. habente, & prætendente ius offerēdi super bonis Titius eius debitoris virtute contractus celebrati, &c. iuxta formam iuris, & per ipsam M. C. insolitum datis, & assignatis Sēpronio vigore, & ex causa primi & secundi decreti recepti apud acta ipsius M. C. die, &c. Pro qua causa per ipsum Meuium fuit factum depositum de debito principali pro quo processit dicta executio tāquam debito liquido, & de interesse expensis, & alijs non dum liquidis sponte obtulit, & offert pręstare, vt infra, & propterea de mandato Spect. de tal. Iudicis referente tal. porterio de soluendo dictas expensas omnes, & interesse legitime factas, & faciendas non dum liquidatas quam primum fuerit facta liquidatio ipsa, & peruenta ad notitiam ipsius Meuij cū omnibus ogligationibus tenunciationibus debitis, & oportunis, & cum clausala, vt bancus in forma Curię, &c.

Fideiussit spontè cum renuntiatione, &c. T. &c.

Forma fideiussionis de soluendo adueniente tempore.

Die, &c.

PRo Titio de T. debitore Sempronij in vnc. 50. virtute, & ex causa cōtenta, & declarata in publico contractu celebrato in actis talis notar. die, &c. Stante mutata conditione ipsius Titij, vt cōstat per testes receptos apud acta dictę Cur. die, &c. Et propterea de mandato sp. T. Iudicis referente tal. porterio de soluēdo debitum predictum, & expensas aduenięte tempore solutionis prædictę iuxta formam ipsius contractus debitorij cū omnibus obligationibus renūtiationibus debitis, & oportunis cum clausula, vt bancus in forma Cur. &c.

Fideiussit, &c.

ITem nota q̄d si creditores sūt incerti illius debitoris suspectus de fuga, vel de dilapidatione bonorum opus est ad instantiam illius primi creditoris comparentis de mādato Cur. promulgari facere bannum, vt veniant cū instromentis, & actis ad ostendēdum eorum iura, ut legitimè possit deueniri ad executionem super bonis ipsius debitoris quod bannum potest fieri hoc modo infrascripto, &c.

Forma banni in causa concursus gradatim.

Die, &c.

SI fa noto, & manifesto ad omni persona come Sempronio di T. pretende in li atti della Regia grā Corte causare executione in vnc. 40. contra Titio di T. & contra li suoi beni in virtù di contratto publico celebrato in li atti di Notar Caio die, &c. Et perche il detto Titio non fà copia di se, ne si haue notitia vnde al presente habita; acciò si potessi legitimamente citare, & contra detto Titio, & suoi beni causare la detta executione, & quella adimplere legitimamente sopra li beni suoi, & fare tutti debiti sollemnitati, che in simile causa si requendi, & dopò essere interposto il primo decreto seruatis seruandis deuenire al secondo, & à tutti necessarij da farsi. Et perche potria succedere sopra detti beni alcuna persona pretendessi hauerci alcuna ragione actione prætensione, & causa, seu ragione di censo iuxta la forma della Bolla Apostolica, & Regia Pragmatica, ò vero ragioni di diretto, seu

vtile

vtile dominio, actione hypotecaria, & altri. Per tanto per ordine, & mandato della Regia gran Corte in virtù del presente Bando si notifica à tutti singuli, & qualsiuoglia persona, si citatina, come forestiera priuilegiata, & non priuilegiata, quatenus infrà termino di giorni quindeci peremptorie habia, & debia hauere legitimamente comparso in detta R. G. C. & per atto inscriptis declarare la pretensione, ragione, & attione che pertiene, & pretende sopra li beni preditti di esso Titio, o uero in detto termino a giri, & demostrati de iure suo, & fari tutti suoi incumbentij, & si alcuna persona hauessi procura del detto Titio, pur l'habia di presentarla in li atti della detta Corte infrà il termino predetto, altramente quello elapso non curando di comparire, & adimplere quanto di sopra s'è detto, pur non possano essere più intesi, prout ex nunc pro tunc si intende, & ci sia preclusa la uia, & modo di potere più agiri, & iura sua experiri, & al detto Titio, & suoi beni si ci darà curatore ad litem in forma, come è solito, acciò si possano fare li atti legitimi, & non altramente, &c.

Vnde, &c.

Referent T. preco, seu medianus se de mandato M. C. hodiè die, &c. publicasse supradictum Bandum in locis publicis, solitis, & consuetis dictæ Vrbis.

Nota 64 par. 1.

1 ITEM nota † quod solitum est postquam per puta Sempronium creditorem fuerit causata, & adimpleta executio per primum decretum super bonis Titij debitoris indè Meuius alter ex creditoribus ipsius Titij si intendit præferri dictis eius bonis debet, & solet causare aliam executionem, & primum decretum interponere etiam super dictis bonis, indeq; aduersus executionem causatam per ipsum Sempronium se opponere, & docere de iure suo allegando quod non poterat agere super bonis ipsius Titij, quoniam primo loco fuerunt, & sunt obligata, & hypotecata dicto Meuio, quo casu super eis debet præferri, & allegando etiam de alijs iuribus sibi competentibus, quibus oppositionibus præsentatis indè ipse Meuius tenetur mictere scripturas ad effectum petendo quod super dictis bonis debeat præferri, tamquam anterior tempore, & potior in iure, uel quod habet expressam hypotecam, & ipse Sempronius tacitam super bonis ipsius debitoris, indeq; ex parte ipsius Sempronij potest similiter mictere scripturas ad effectum, & contrarium effectum dicendo ad effectum, & contrarium effectum mittuntur præsentes scripturæ ex parte istius Sempronij contra istum Meuium habitis prius pro nullis, & inualitis scripturis ad effectum missis ex parte istius Meuij, & suo uolis iuribus in eis allegatis in aliquo non obstantibus quod immo ipse Sempronius præferatur dictis bonis, nam clarissimè patet ex istis scripturis quod est præferendus, & adducere indè iura, quæ habet, & incusatis contumacijs ipsarum partium elapsis diebus octo possunt mitti scripturæ prædictus improuidenda, ut possit decidi quis ex eorum sit præferendus in dictis bonis, & ità practicatur, & licet debitor sit in concursu creditorum attamen creditor si priuilegiatus sit anterior, potest se dirigere super bonis debitoris, benè uerum quod in præiudicium aliorum creditorū non potest sibi omnia bona ad iudicari, sed debet solui, & sibi capere tot bona iuxta estimationem, prout communiter ualent, & non ultrà, ut à dictum fuit, & non potest habere pingueualens, & si non vult sibi capere dicta bona pro iusto pretio iuxta expositionem dicti capituli debet offerre rationibus antè dictis de quibus, iam amplè tractatum fuit.

Tex. Ritus cap. 19. alias 14.

ITem prędicta locum habere volumus in contractibus mutui commodati, depositi venditionis, quorumcumq; bonorum, siue stabilium, siue mobilium societatis, & inuentarijs factis per Bajulos tutores, vel curatores, vel orphanotrophos, & similes in quibus confitentur ad se peruenisse aliquid de bonis pupilli, adolescentis, furiosi, prodigi, & similium personarum, & Hospitalium, & Ecclesiarum, nec non in testamento, & codicillis, in contractibus dotalibus, & in dicta banchi, vel scriptura, vt contra bancherium contra se scribentem possit fieri executio, & pro litteris cambij possit executio procedere super quibuscumq; bonis, etiam feudalibus tamquam tacite obligatis, & eidem pro dicta, vel scriptura banci contra bancherium contra se scribentem, & in casibus, vbi ex pacto est adiectum in contractibus quod fiat executio breui manu, ac si esset de casibus supra narratis.

Nota 65. par. 1.

NOTA pro intelligentia istius capituli 19. quod à supradicto quinto capitulo, cum uaria, & alijs sequentibus usq; & per totum proxi-
1 mum capitulum † tractatur de modo proce-

L dendi

dendi in executiuis causis, in quibus deuenitur vigore instrumenti publici in publica forma redacti, vel in forma breui dúmodo quod contractus seu instrumẽtum sit scriptum manu publici Notarij cõfectum in Sicilia, vel extrà regnum in regia tamen ditione omni iuris sollemnitate completum, quod de iure probet obligationem expressam, & pręsentem secundum petitionis tempore inducat ꝙ non egeat probatione extrinseca, & sit de casibus, atq; infrà decennium, à die quo petitio competit, citato, præsente, vel contumace debitore, non audita excusacione absentię, ponatur creditor in continẽti in possessionem bonorum ipsius, adminus duplum valentium quod debitũ ipsum consistat data formatione de duplo, † &
2 si nõ reperitur emptor bonorum prædictorũ, vel si reperiretur, & non daret pro bonis prædictis prętium condicens, tunc, & eo casu prędicta bona, si stabilia sint dantur creditori insolutum ad pingueualens videlicet quarta pars eius, pro quo processit executio, si verò mobilia sint pars octaua, pro vt hęc, & alia latius cõtinentur, & apparent ex supradictis capitulis, & maximè ad ea quæ suna dicta, & allegata in
3 nota 61. & sic pro eorum cõclusione † author statuit per pręsentem capitulum 19. & expressè mãndauit suoq; decreto perpetuo firmauit, quod pro executione ipsorum capitulorũ, cõtenta in eis obseruari debere quatenus instrumenta sint de casibus in præsenti cap. 19. expressatis quod incipiat vt infra videlicet. Item prædicta locum habere volumus in contractibus mutuit commodati, depositi, venditionis quorumcumq; bonorum, &c. taliter quod in isto capitulo enumerantur contractus & casus in quibus executio locum habet, ergò dicendum est aliquãtulum de forma executionum, & licet de iure cõmuni in aliquibus alijs actis
4 datur exetutio, † & maximè vigore rei iudicatæ, attamen pro eorum executione proceditur obseruato ordinarie in l. à diuo pro §. in venditione ff. de rei iudicata, & in eis nõ datur pingueualens, sed bona venduntur iusto pretio, pro vt cõmuniter valent, & vendi possunt iuxta ęstimationem expertorum, seu dum dispositionem sacrorũ Canonum, & non aliter, &c. Et de ista materia etiam dictũ fuit in dicta nota 61. Item in tex. ibi vel scriptura banchi contrà bancherium contrà se scribentem, nã subscribens se scripturę factę per aliũ, ita sibi pręiudicat sicut si ipse totam scripsisset, Mascard. conclu. 113. nu. 17. fol. 117. vol. 1.
5 Item † etiam in executione sententiæ plures actus interueniunt primo dico pignora cadunt in causam iudicati, & posteà subhastantur in loco publico solito, & cõsueto semel bis ter, & pluries per legitima temporũ interualla, & vltimo loco emptore non reperto, ad iudicantur creditori pro iusto pretio l. ordo. C. de exec. rei iudi. l. 2. C. si in causam iudi. & ita dicunt Doctores in l. à diuo pio §. si pignora ff. de re iud. & Socci. in consi. 27. col. 3. nu. 9. in fin. & seq in 4. vol. est de iure ciuili, nam quando bona expignorata in causam iudicati subhastantur, & si non reperitur emptor bonorũ prædictorum, qui emat pignora pro iusto pręcio, tunc debent bona, iam dicta insolutum dari, & iudicari creditori pro iusto pretio præcedente tamen legitima æstimatione expertorũ, textus est in l. 1. C. si in causam iudica. & *dicit*
6 Bal. in l. 2. C. eo titu. quod † paria sunt, emptore non reperiri, vel iustum pretium rei non offerri, & quando fit missio super bonis debitoris pro adimplimento executionis ipse debitor
7 citari debet † ad missionem ipsam, ex quo ista citatio est de substantia actus, vt in l. creditor C. de distra. pigno. & in l. fina. C. de iure dom. in petra. & in l. debitoris C. de pigno. ratio est, quia creditor missus in possessionem non efficitur dominus, nec facit fructus suos, vt in l. 1. & 2. C. de pigno. act. & in l. si dominum C. de pigno. & inde ad iudicatio pignorũ debet fieri pro iusto prętio iuribus præallegatis, nam si adiudicatio pignorum fieret plus debito, *quia*
8 plus assignaretur, † tunc alienatio, *liberatio*, seu adiudicatio bonorum, vel secundũ decretum in totum ruit, & irritum est decretũ prædictum, non solum in illo pluri, vt dicit Bal. in l. certi conditio § quoniam igitur ff. si certum peta. & Bart. in l. si non fortum §. si certum ff. de condic. indebiti.

Nota *66*. par. 1.

1 **ITem nota antequam deueniatur ad formam executionis videndnm est † quid est mutuum, & quo modo differat accomodato, vbi dico mutuum est quod alicui præsentatũr, vt tempore suo reddat, pro vt sunt respondetur resquam ponderantur, vt aurum, argentum, & similia quæ numerantur vt pecunia, & quę mensurantur vt frumentum, vinum, & ordeũ, mutuari possunt, vt in l. 2. ff. si certum peta. §. mutui datio insti. quib. mod. contrah. obli. in**
2 **princ. & differt mutuum † accõmodato, quoniam commodatum est de eadem re præcisè, & propriè intelligitur, si nulla mereede accepta, vel constituta, vtenda res data est, nã commodatũ debet esse gratum commodẽtur quæ reduntur in eodẽ numero, & specie, vt vestes, libri, & equus, sed mutuum est de cõsimili restitutio.**

stitutio mutuantur quæ non redduntur eodē
3 numero, sed speciē, quod † mutuū est triplex, scilicet naturalę tantum, videlicet quando fit numeratio sinè stipulatione de soluēdo, ciuile tantum quando interuenit stipolatio de soluendo sinè numeratione ciuile, & naturale quando numeratio est stipulatio interuenit.

Nota 67. par. 1.

1 ITem nota † quod quatuor modis contrahitur obligatio, videlicet re, verbis, literis, & consensu vt dicit tex. instit. de oblig. § fin. cum tit. seq. & iisdem modis contrarijs dissoluitur, quoniam quibus modis obligamur, eisdem in contrarijs actis liberamur, vt rem commodatam, vel depositam redendo liberatur, qui erat ad illam obligatus, si verbis, acceptilationem liberari potest, quando literis, per literas in contrarium missas ab illo cui fuerunt priores directæ, aut expositę similiter cōtrario cōsensu recedi potest ab emptione, & venditione consensu solo contracta, vt l. 1. & 2. C. quādo liceat ab empt. descendere, & probātur omnia ista in l. pro vt quisq, ff. de soluti & not. in l. ab emptione ff. de pact. id autem, quod dictū est suprà de consensu obligamur in contractibus debet intelligi propriè in contractibus, in quibus hinc indè oritur obligatio ad quod vide Bar. in l. cum quis C. de iuris, & fact. ignor.
2 quod dicit ipse notandum † esse pro statutis loquentibus de contractu, dicit tamen Panor. in cap. 1. extra isto titu. & sic dicitur contractus nasci tempore consensus, & dicitur dissolui quando contrarius discensus interuenit, vt in l. si vnus §. pactus ne peteret ff de pact sed etiam est quod alio modo, quam discensu obligatio dissoluitur scilicet solutione eius quod debetur, vt institut. quibus mod. toll. obli. in princ.

Item dico, † quod est reperire circà contra-
3 ctus triplicem perfectionem, vt dicit glo. in d. l. 2. C. quando lis ab empt. disce. & ibi Doct. in l. ab emptione ff. de pactis, & prima est conuentionalis quæ dicitur esse perfectior ipsius contractus hoc modo dicitur, quod quidam contractus perficiuntur verbis, quidam literis & quidā consensu, vt in instit. de obli. secūda perfectio est obligatiua, & hoc modo dicitur, quod quādoq; obligatio nascitur à principio, quando cōtractus est purus, quandoq; ex post facto, quando est conditionalis, vt nota in l. item quia ff. de pact. tertia, & vltima perfectio dicitur finalis, & acquisitiuą, quando contractus secum trahit effectum suum, vt quia deuenitur ad tradditionē ex eo, & sic fit exactio, vt in l. 1. C. de pericu. & commo. de rei vend. & ff. de pericul. & commo. rei vend. taliter quod contractus qui solo consensu contrahitur, solo consensu re integra dissoluūtur, re autem nō integra non, nisi interueniat actus retro similis, vt si facta fuerat rei venditæ tradictio quod re traddictio fiat, vt in d. l. 1. & in d. l. ab emptione, quia per quoscumq; modos res contraliter, per eosdem resoluitur, vt in l. tria prædia
4 ff. de seruit. rusti. præd † aduerte tamen quod datio, ad arrarum simpliciter facta non operatur rem non esse integram, nisi fortè in cōtractu daretur pro parte præcij conuenti, vt in l. 2. ff. de rescin. vend. taliter quod pro conclusione supradicti 19. capituli pro modo est uidendum de forma executionis in mutuo, quæ est ut infrà.

Forma executionis in mutuo.

Die, & c.

MAndata est executio cum potestate uariandi, &c. in persona, & bonis Titij debitoris ad petitionem, & instantiam Sempronij creditoris, & præsertim in salmis triginta frumenti, ordei aut uini debitis per ipsum Titium debitorem dicto Sempronio creditori in quorum defectu ad prætium, & ualorem dictorum frumentorum, uel ordeorum quanti plurimi ualuerint à tempore moræ citrà legitimè liquidatum, seu liquidandum contrà, & aduersus dictū Titium, & hoc uigore publici contractus celebrati manu T. Notarij die, &c. Adiunctis omnibus, & quibuscūq; alijs scripturis, & actis, tàm publicis, quàm priuatis, & præsertim testibus receptis, & recipiendis quandocumq; super uerificatione extremorū qui habeantur pro protestatis, & specialiter calendatis in præsenti executione pro eius validitate quatenus cum pacto de non opponendo, &c.

Et pignora ad discursum uendendo, &c. vnde, &c.

Nota 68. par. 1.

ITem nota quod supra dictum fuit quod nulla exceptio impedit ritum, seu executionem nam postquam fuerit causata debet eam adimplere, ex quo nō dicitur executio nisi adimple-
1 ta, & sic † exceptio debet opponi infrà quindenam, vt dixit Milane. Panor. in decisio. decima num. 127. lib. 1. car. 77. & non antè adimpletam executionem, nisi in quatuor casibus, & primò est quando debitor allegat soluisse,
2 & petit quod creditor præstet de duplo † quo casu non tenetur adimplere benè verum quod iudex potest mandare quod impleat, & quod

adimplimentum non currat, nisi prius præstito de duplo pro vt hodiè videtur obseruari. Secundo quando debitor allegat, & petit coram Iudice quod ueniant omnes scripturæ uocatę calēdatęq; in executione in genere,& in specie virtute illius clausulę adiuntis omnibus,& quibuscumq; alijs scripturis,& actis,tam publicis quam priuatis,&c. Quo casu simili modo Iudex potest mandare quod adimpleat,& tamen
3 † quindena non currat, nisi prius aduenientibus penes Curia omnibus, & singulis actis ut supra mentionatis in executione. Tertio debitor potest petere à Iudice quod acta culendata in executione non sunt authentica, quo casu non tenentur adimplere, nisi facta prius authenticatione, & tamen Iudex potest mandare ex officio quod adimpleat, & adimplimentum non currat nisi ueniant acta authentica. Quarto est quod executio potest impediri per exceptionem falsitatis euidentis, nam licet in
3 nostro † statuto expresſè uoluerit quod exceptio non impediat executionem, nihilominus si nullitas est euidens, & manifesta, & falsitas similiter euidēs,& quę apparet ex facie instrumenti,quod potest opponi, & impeditur executio,ut dicit Alex.in conf.59.nu.17.uol 4 & ita late habetur per d. de Milanese Panor. in decisio secunda nu.135. & 151. è seque.lib.2, car.20.quoniam remota exceptione, seu nullitate, non intelligitur denotoria, & manifesta cap.inter cæteras, C. qua fronte C. pastoralis de appe.cap.ueniens,& in l.1.§. siuè autem ff,
4 de tabu.exhi † immò plus dico,quod istæ nullitates,& falsitates quæ sunt notoriæ,& apparēt ex inspectione instrumēti,etiā si à parte nō opponerētur,Iudex ex officio debet eas admictere, hoc enim ad eius officiū spectat, ne frustrà vexentur homines, arg. c.1. extrà de pro. & C.causā quæ de iud.& Bal.in l.si vnus.§.pactus ne peteret, † sic posſūt opponi exceptiones ad impediendam exetutionē,& non solum possunt opponi exceptiones falsitatis, & nullitatis euidentis,& manifestæ, sed idem dicitur de alijs iustis, & legitimis exceptionibus
5 iuribus præallegatis † nam appellatione cōtractus intelligitur de validis, & non de inualidis vt ante.sacramēta puburum C.si aduersus vendi scias ꝙ maioris est efficatie allegatio nullitatis per viam actionis,quam per viā exceptionis Mascar.concl.686.num. 10. fol. 81. vol.2. & hęc sufficiat pro casu nostro,& quādo Iudex mādat quod scripturę autenticentur pro vt in tertio casu debet mādare quod autēticentur iusta formā iuris nō obstante quod pars petierit ꝙ autenticētur cū proprio originali, & ꝑ hocollo notarijs,& scriptura quæ dicatur autentica vide Pedemo.decis.71. num.9. & Dec.in conf.93.num.3.par.2. in quib. primis tribus casib potest fieri iniunctio, & maximè quando fuerit petitum ꝙ veniāt acta penes acta calendata in executione quæ iniunctio potest fieri modo infrà scripto videlicet, & ante quā tractetur de forma ipsius iniunctionis scias ꝙ exceptio nihil aliud Masc. est in suo speculo aureo parte 6.in verſ.9.membro nu.1 qua exclusio vt inquit de causa in executiuis, nulla exceptio valet, nisi realis solutionis constantis per publica,& autentica documēta,ne impediatur executio rei iudicatę siuè instrumenti quæ incipit ab extrema parte hoc est ab executione inditium incipit,tex. est in præscripto 4 cap. nostri statuti, & sic habet locū illa vulgata regula nulla exceptio impedit Ritū. & tanto fortiuus ꝙ hodiè ex obseruātia, & stilo notoriorū Regni,in omnib. contractib. poni solent ista clausula videlicet aduersus quē Ritus, & executionem,non possint se opponere, defendere excipere præuenire,nec aliquid dicere, etiā aduersus extremorum verificationem nisi prius soluat,& adimpleat formam contractus vt melius in eis videri potest, potest tamen obijci facto adimplimento excussionis hodiè tam in M.R.C.quàm in alijs Curijs inferioribus debitor auditur in præsentatione oppositionum nihilominus ad hoc qualiter oppositiones sint pręsentandæ, & Iudex non potest recusari ad ipsam pręsentationem,nam in tex. decimoseptimo istius Ritus habetur ꝙ facto adimplimēto ex tūc debitor habeat quindenā ad se opponendum &c. Ergò est audiēdus debitor in præsentatione oppositionū ex quo extrà quindenā nō possunt pręsentari qua de causa creditor solet mictere scripturas ad effectū ꝙ oppositiones reijciantur quo casu Iudex in sua prouisione seu interlocutoria reijciātur ꝑstito de restituēda in casu succūbentię, & facta soluptione audiatur,& sic obseruatur supra,dicta clausula quæ ponitur in contractibus, potest enim addi quintum dubium scilicet an debitor possi excipere de incompetentia Iudicis, dicendū est quod nō stantib.pręscriptis verbis quod nulla exceptio impedit Ritum, bene verū quod debitor per suas oppositiones in præstationib. quę in his ponuntur solet protestari tā de ineptitūdine executionis, & aliorū actorum quam etiā de incompetentia Iudicis Iudicij magistratus iuris,& actionis,&c. Taliter ꝙ ista ꝓtestatio reseruat ius protestantis,& de ea potest dici facta solutione, & non anteà nisi facta executione statim debitor pręsentauerit scripturas ad effectū ꝙ Iudex declaretur suspectus,& in cōpetens,quo casu debet audiri antè adimplimentum ipsius executionis, licet ista exceptio sit dilatoria ex quo respicit personam Iudicis,

Iudicis,& sic est exceptio declinatoria fori, seu incõpetentię, vel exceptio recusationis, & ista debet esse prima quæ opponitur antè omnes exceptiones l. fin. C. de excep. & ratio manifesta est,& in prontu scilicèt quoniã si alia prius opponeretur, censeretur opponẽs interpellare Iudicem vt super instrumentum validũ vt inquit Rom.cons.42.circã prin. Aret.cons.78. Abb.in cap.itẽ cũ quis de restit. Hipoli.in cõs. 44.par.1.& cons.61.par.2.Corn.cons.141.col. 1.vol.3. Dec.cons.8.vol.1.& Crauet.cons.46. col. 2. in fin. potest similiter opponi exceptio ex inhabilitate persone vt inquit Nat.cõs.600. Item etiã si pactum aut statutum reijcitomnes exceptiones intelligitur de friuolis, & extraneis non autem de necessarijs legalibus & iuridicis, & quæ ex legis dispositione descendunt vt ait Bar. in l. omnes populi col. antepen. vel vlt. quæritur de iusti. & iu. Corn.cõs.314 vol. 3. ergò concludendum est quod si fuerit factũ adimplimentum executionis debitor non est audiẽdus antè solutionẽ stante iuramento opposito in instrumẽto per modũ vt suprà nouitur successit mihi in facto contrà illum de maiardo contra quem fuit causata executio ad instantiã societatis sacratissimi corporis Christi, & facto adimplimento per primũ decretũ petierunt per actum in scriptis quod crediiores habeant declarare, & præsentare scripturas calendatas executione, & sit ex illo actu videtur cõsentire in iudicem, & postquã consentierũt fuit posita exceptio recusationis Iudicis ergo, &c. Et quando fuit petitũ vt supra quod autenticentur acta cũ propio originali, & per Iudicẽ fuerit mandatum quod autẽticentur iusta formam iuris hoc intelligitur quod possunt autẽticari super copias extractatas per notarium, uerificando quod extracta est descripta manu talis notarij, & deueniendo ad formam iniunctionis de super mentionatæ potest fieri modo infrascripto uidelicet.

Forma iniunctionis quod veniant acta vt in infrascripta iniunctione.

Die,&c.

Gaius porterius retulit se de mandato sp.T. Iudicis ad instẽtiã Sẽpronij in iniũgisse,& mãdasse Titio quatenus infrà terminũ dierũ quatuor peremptorie habeat uellie,& debeat exhibuisse obstendisse, & præsentasse apud acta ipsius M.C. illas scripturas, & acta in genere,& in spetie calẽdata in executione causata apud acta ipsius M. C. ad instantiam ipsius Sempronij die,&c. atq; declarasse,& designasse omnia illa acta penes acta ipsius M. C. qbus uult,& intendit uti uirtute illius clausulę positę in dicta asserta executione scilicet adiuntis omnibus, & quibuscũq; scripturis, & actis ut ipse Titius possit à uult cedere uel contendere alias,&c. unde,&c.

In Tex.ibi 19.in dicta banci, &c.

Nota 69. par. 1.

ITEM nota quod dicitur ita, quia in dicta banci, uel scriptura banci executio potest fieri contrà bancherium contrà se scribentem. posteà † sequitur quod
1 pro literis cambij potest fieri executio, & debet intelligi, si sint acceptarę per illum cui deriguntur tunc oritur executio contra eum, siuè sit bancherius ille qui eas acceptauit, siuè non, si uerò non acceptantur cauthela creditoris erit, ut ꝓtestetur contrà illũ cui dirigun-tur,ut habeat illas acceptare, & si protestatus nõ uult illas acceptare, requiratur aliquis amicus seu consanguineus illius qui dictas literas fecit, & scribsit, & si nemo uult dictas literas acceptare faciat fieri fidẽ de hac. facta per plublicum notariũ, & cũ illis actis protestatio ipsius, & scripturis publicis potest creditor reuerti tunc uigore dictarũ literarum poterit cõtrà illum, qui literas scribsit executionem causare quæ literæ si sunt acceptarę reuocari non possunt literę per debitores factę, & à mãdatario acceptate, cũ res non sit integra, reuocari non possit vt dicit Dec. in l. singularia col. 10. vers. 5 concl. ff. si cert. pet. & Socc. in cons. 68. in princ. vol. 3. col. 2.

In Tex. ibi, & per literis cambij.

Possit executio procedere.

Nota 70. par. 1.

ITEM nota quod dicitur hic † quod vir-
1 tute cambij peterit executio fieri, & potest procedere super quibuscumq; bonis etiam feudalibus tamquam tacitè obligatis, & hoc est speciale in isto Ritu q̃ bona feudalia vigore literarum cambij tacitè obligata sunt, &c.

In Tex. ibi, & Idem per dictam, vel scripturam banci, &c.

Nota 71. par. 1.

ITẽ nota q̃ dicitur hic q̃ literarum cãbij vigore, bona feudalia debitoris sunt tacite obligata creditori sup quibus potest fieri executio, & istud est q̃nã hic in fine licèt appareat quod

quod illud idem replicatur quod supradictum
1 fuerit, † an autem scriptura banci probet contra alios, quam contra bancherium, istud est iuris, & melius infrà.

Nota 72. par. 1.

ITEM nota etiam pro intelligentia istius capituli quod in 6. cap. nostri statuti incipiente quicumq; igitur creditor, &c.
1 † Dicitur instrumentum publicum in publica forma redactum, habere executionem paratam, de qua via executiua videtur tractare à dicto cap. 6. vsq; ad præsentem capitulum cum alijs sequentibus cum aliquibus qualitatibus, & conditionibus, vt in eisdem supradictis capitulis latè videri potest, & indè in pręsenti decimonono capitulo concluditur vt infrà videlicet.

Item prædicta locũ habere volumus in contractibus mutui commodati, &c. Et in fine inquit, & in casibus, vbi ex pacto est adiectũ in contractibus, quod fiat executio breui manu, ac si esset de casibus contra narratis, † nã contractus est nomen iuris, quando oritur obligatio, & est etiam nomen facti quando obligatio non oritur, vt dicit Bar. in l. labeo §. contractuũ ff. de verb. signi. & dicitur triplex esse cõtractus scilicet proprium, improprium, & improprijssimus, tamen proprium est contractus quando vltrò citroq; idest hinc indè ex vtraq; parte oritur obligatio vt in emptione, & locatione in d. l. labeo § contractuũ secun. improprius est quando solum vna pars obligatur, vt in donatione quoniàm solum donans ad traddendum & aliquando de euictione tenetur, vt in l. Aristo. ff. de dona. caus. mort. & in mutuo solũ modo recipiens obligatur ad tantumdem restituendũ ff. si cert. pet. l. 2. Ter. improprijssimum est quando ex nulla parte oritur obligatio; sed potius dissoluitur obligatio facta, vt
3 est transactio facta pacto nudo, ex qua † non agitur antè adimplimentũ conditionis, vt dicit Salice. in l. siuè apud acta C. de transact. & etiam est liberatio per acceptilationem insti. qui. mo. tol. obli. §. 1. & in l. vbi pactum C. de transac. & licet in præsenti capitulo nostri statuti fiat mentio de contractu tamen intelligi-
4 tur de proprio tantũ, quia † verba statuti propriè sunt intelligenda l. 1. § si his qui nauem ff. de exerci. act nisi diceret omnẽ cõtractum, vt in glo. in d §. cõtractuum, vt est casus nostri, vndè dicitur, & in casibus, vbi ex pacto est adiectum in contractibus, quod fiat executio breui manu, &c. Et sic intelligitur generaliter
5 omne illud, ex quo nascitur obligatio, † appellatione cõtractus l. si ab eo. ff. de leg. 2. & etiam continetur donatio C. quod met. cau. l. si donationem, atquæ etiam cõtinetur instrumentum ff. de duo rei l. eamdem, est autem instrumenti appellatio generalis, qua continentur omnia ea quibus causa instrui potest, & sic testamentum, codicillus, testimonia, & personæ testium, quibus causæ instrui debent, loco instrumẽtorum habentur l. 1. ff. de fide instru. & est glo. in cap. cum dilectus de fi instru. dicitur
6 autem † instrumentum quia instruit, & documentum quia docet, vt in d l. 1. Secundo accipitur latè pro omni eo quod causam instruit, vt scripturæ, testes facit C. potuit extrà de testi. cogen. facit l. notionem §. instrumentorum ff. de verb. signi. Tertio accipitur strictè solummodo pro scripturis, vt in tit. de fid. Instru. & sic differunt testes ab instrumentis, quoniam obligatio testium fit viua voce, sed instrumen-
7 tum voce mortua, † sunt autem instrumentorum duæ species, nam aliud publicum, aliud priuatum, publicum instrumẽtum est sollemnis scriptura ritè ordinata, per authenticè personę manum publicè facta, ex causa memorię cap. scripta de fid. instru. & sunt illa de sollemnitate quæ faciũt instrumentum publicum, & authenticum regulariter, vbi proponatur nomen Imperatoris, seu Regis, & annus Imperij, nomen consulis, & annus consulatus, *hodiè* etiam ponitur nomen Summi *Pontificis* cum alijs septem, vt sunt annus domini, inditio, mensis, dies, locus, cũ nomine Notarij, &c. De quibus not. glo. in l. generali C. de tab. lib. 10. & dicitur publicum instrumentũ, quia Iudicis autem est exemplificatum, & authenticatum, vt in c. cum dilecta de confirm. vti. vel in vti. Item publicum instrumẽtum quoniam authentico sigillo est sigillatum vt in cap. 1. de fid. instru. instrumentum verò priuatum est quod per manum priuatam confectum est, vel à tabellione, non tamen in forma publica scriptũ, vt quia nec nomen Imperatoris, &c. Est autem aliquod instrumentũ guarentigiatum, de quo tractatur per nostrum statutũ videlicet, quod habet executionem paratam, vt si cantet aliquem esse debitorem alterius statim eo exhibitio in iuditio, iudex executionẽ facit, vt cõmuniter hodiè fit in nostro Regno Siciliæ, de
8 his not. in l. à diuo pio ff. de re iud. ergò † dicitur ab instruo, quia eo mediãte causę instruuntur, & habet virtute nostri statuti executionem paratam, ex quo ab extrema parte iudicium incipit, & habet tantam efficaciam quantum sententia, transactam in rem iudicatam, † nam sententiã aqua non est appellatum habet executionem promptam, & paratã l. 2. C. de execu. rei iud. sed in hoc aduertendum est, quod consistit virtus in modo praticandi, quoniam

aut

aut executio sententię iure actionis peritur, ex quo fortè intentatur actio in factum & eo casu requiritur plena causæ cognitio, scilicet debet fieri probationes, & aliæ sollemnitates, nam qui actionem intentat eam in bellum siuè in executionem deducit, & debet in ea procedi iuxtà formam iuris authe. offeratur de iud. debent tamen dilationes breuiores dari cum causa executiua sit, & sic intelligitur l. item veniunt §. idem autem ff. de pet. hæred. & l. 1. C. quādo ex fac. tuto. & sic cōcludēdo dico quod vbi ex pacto est adiectū in contractibus quod fiat executio breui manu hoc potest fieri, ac si esset de casibus supra narratis in dicto cap. 19. si fortè diceretur contra siuè contractus non auditur, nam dicens aliquid nō legitimè factū id debet probare, Mascar. conclus. 1259. nu. 2. vol. 3. in quaquidem probatione antè solutionem stante iurato prædicto non debet audiri licet contractus sit scriptus manu aliena tamē subscriptus manu tabellionis quoniam dispositio loquens de scribente, habet locum in subscribente, idē Mascar. conclu. 1341. nu. 6. fol. 333. vol. 3. taliter quod pro modo est videndum de executione quæ fit virtute contractus venditionis rerum mobilium.

Forma executionis in venditione mobilium.

Die, &c.

MAndata est executio cū potestate variandi, &c. In persona, & bonis Titij debitoris ad instantiam Sempronij creditoris in vnc. 10. pluris pectus seruata de quo pluri, &c. Contra, & aduersus dictum Titium, & sunt ex pretio, & maiore valuta tantæ quantitatis frumentorum venditorum per ipsum Titium eidem Sempronio, & minimè consignatorū, & hoc virtute publici cōtractus manu T. Notarij die, &c. Adiuntis meta frumentorum imposita per officiales, &c. Et testibus receptis super verificatione extremorum, & omnibus, & quibuscumq; alijs scripturis & actis, tā publicis quam priuatis facientibus ad validitatē presentis executionis quę habeantur pro protestatis, & specialiter in ea calendatis quatenus, &c. Cum pacto de non opponendo, &c. Et pignora ad discursum vendendo, &c. Vndè, &c.

Et antequam deueniatur ad executionem virtute contractus uenditionis frumentotum ordeorum vini, & aliarum rerum veditarum, & minimè consignatarum opus est deuenire ad extremorum verificationem ne pretio, & maiori valuta rei de qua agitur, pro qua causa solet, & debet fieri memoriale modo infrascripto videlicet.

Memoriale super quo sunt recipiendi testes ad informationem contrarij M. R. C. ad instantiam Semproni creditoris contra Titium debitorem super infrascripta verificatione ad effectum executionis fiendæ, & hoc in vim extremorum.

In primis, &c.

ITem ponit, & probare intendit, &c. Qualiter li frumenti publicamenti in questa Felici Città di Palermo in denari contanti s'hanno venduto, & accattato visto vendere, & accattari à ragione di vnza vna, è tarì dodici per ogni salma, & est veritas, & dicant testes quicquid sciunt aut senduit de præmissis ad intentionem producentis et extrà capitulum. .. qt.

Nota 73. par. 1.

ITEM nota licet contractus censualis sit de casibus, vt in supradicto capitulo, stante pacto adiecto in eo quòd possit fieri executio quia principalem debitorem obligatum, † attamen virtute Bullæ Apostolicæ, & Regiæ Pragmaticæ, non solum executionem prontam, & paratam habet contra principalem debitorem obligatum in contractu, verumetiam contra tertium, & singularem possessorem, vt dixit Milane. Pan. in decis. 1. num. 6. & seq. quia executio census fieri potest etiam contra tertium possessorem, in persona, & bonis, nulla facta discussione bonorum principalis debitoris, dummodo sit illius rei, seu earum rerū possessor super quibus specialiter census constitutus est, & ità habetur in tex. ipsius Bullæ, & Regiæ Pragmaticę, quod quidem est contra dispositionem iuris cō. s secundum Ias. in l. certi conditio, §. quoniam, 5 col. ff si cer pet. & sic ius petendi censum conuersatur, vt cōtra quemlibet bonorum possessorē peti possit, tā quando bona pro tali annuo censu obligata sint, vt tradit Barba. & Hostien. in tit. de loca § fin. in fin. per l. iactenus, ff. de vsufru. & Deci. in cons. 164. n 3. idē locum habet in Fisco, ad quem transit res cum
2 onere suo, l. 2. C. ad legem in l. de vi pub. † nā licet onus positū rei sequitur rem, penes quoscumq; vadat Clemen. Pap. de cēsibus, vbi glo. & l. rescripto §. sciendum ff. de mune. & hono.
3 † Item quando in contractu reperiatur obligatio bonorum scilicet cū clausula super omnibus, & singulis bonis immobilibus præsentibus, & futuris, hæc verba tamen importat specialitate, vt inquit Milan. Pan in d. decis. 1. lib. 2. nu. 55. & 128. & 129. benè verū quod si bona

si bona sint ità obligata opus est verificare, & probare qualiter tempore subiugationis, subiugãs erat in dominio illius rei, in genere obligatæ, & ità sentit, & dicit dominus Petrus de
4 Gregorio siculus in suo tract. de cẽsib. † aduerte tamen quod hoc intelligitur quando possessor bonorum singularium obligatorum intrat ipsi possessori cũ onere census, nam emendo, vel acceptando rem illam, cum illo onere census procul dubio videtur præstatio personalis licet occasione rei per notata per Alber. in l. fin §. fin ff de contrahen. empti. & Crauet. in consi. 201. par. 2. nu 8. non mireris quod, quatenus in Regia Pragmatica conceditur executio personalis contra personas singularium rerum detemptarum, & possessarum, quoniam hoc intelligi debet vt supra, quando fuisset res onerata censu vendita cum ipso onere soluendi, & non aliter, ex quo cum hæc Regia Pragmatica videatur supra ius cõmune restringenda est, vt in quanto minus possit lædat ius cõmune, & reducatur ad terminos magis adaptabiles ad ipsũ ius commune l. quicquid astringendæ ff. de verb. oblig. l. 2. §. is qui nauem ff. de exer. eo maximè quod † statutũ debet stri-
5 ctè intelligi, & in casu verò non ficto l. 3 §. hęc verba de negot. gesto & Roma. in cons. 405. col. 1. & in casu nostro verba nostri statuti sunt clara, ob id seruanda sunt neq; vlla extentiua interpretatio adsummenda est, aut alia quę vis, quoniam non recurritur ad interpretationem, quando sensus est clarus, & apertus vt in dicta Pragmatica, argumento l. continuus §. quum ità ff. de verb. obli. & Bar. ad legem omnes populi 17 colu. Ibi tertio quęro ff. de insti. & iur. scias quod statutum loquens de contractu non habet locum in instrumento, nec è contra Mascar. conclu 926. nu. 18 fol. 265. vol. 2. & sic videtur dispositio illius d. de Gregorio locum habere super illa bona in genere obligata sinè dicta clausula super omnibus, & singulis bonis, &c. Non autem contra personam tertij possessoris dictarum rerum per iura supra allegata, non præsumitur possessor nisi contrarium probetur. Mascar. conclu. 302. num. 25. fol. 231. vol. 1. & sic tutius est obseruare ea quæ dicta sunt per d. de Milane. in locis pręallegatis, & tanto magis si † intrauerit in prædiũ
6 cum dicto onere, & in contractu Bullæ videntur obligata omnia, & singula bona subiugantis tunc contra tertium possessorem potest agi ad expignorationem bonorum in genere subiugatorum si ageretur super ipsis bonis in genere obligatis, quo casu super eisdem bonis fieri potest missio seu primum decretum, indeq; seruatis seruandis procedere ad distra-
7 ctionem pignorum, ex quo † in generali obligatione bonorum etiam veniunt non solũ bona præsentia, sed etiam bona futura, quæ postea acquiruntur tex. est in l. 1. ff. de pigno. immo etiam in tacita hypoteca veniunt non solum bona præsentia, sed etiam futura vt in l. hac æditali §. his illud C. de secun. nuptet, ibi Bal. & licet in generali obligatione veniat etiã bona futura iuribus præallegati attamẽ in bonis futuris in Bulla proceditur de facta bonorum in specie, & in genere obligatorum, nam prima facie quando agitur super bonis in genere obligatis intelligitur de pręsentibus, quo casu opus est probare qualiter tempore subiugationis erat in dominio subiugantis vt supra quia expressio specifica plus operatur, quã generalis l. in toto infrà de regulis iuris, & si bona acquisita sint post contractum subiugatorum super dictis bonis futuris etiã posset procedi iure hipoliere defectu bonorum habitorum specie subiugatis generaliter, & specialiter subiugatorum, & super censibus in Regno habemus binas Bullas Apostolicas scilicet vnã Papæ Nicolai V. & aliã Papæ Gregorij XIII. in quibus melius contenta in eis videri potest & etiam vide super dicta Bulla Papæ Nicolai
8 Foll de Sancto Seuerino † Aduerte tamẽ quod si fieret executio censis contrà personam tertij possessoris, seu eius bona debet prius probare quod tunc possidet rem oneratam ad censum vt habetur in dicta Bulla Papę Nicolai, & Regia Pragmatica recolendæ memoriæ Regis Alfonsi, ex illis verbis scilicet quandiu apud eos illorum detẽptio fuerit, in quaquidẽ pro-
9 batione † citatio partis non requiritur, ità dicit Alex. in l. si sic col. fin. ff. de lega. 1. & ità in Regno practicatur etiam in quacumq; alia verificatione extremorũ executionis fiendæ. Sed quæritur postquam dictus textus Pragmaticæ
01 in Bullæ Papę Nicolaij dicit quod † census instrumentum exequitur tamquam res iudicata, ex quo executio instrumenti guarentigiari æquiparatur executioni rei iudicatæ, vt dicit Mascar. in conclu. 345. nu 56. fol. 257. vol. 1. ergo an mandetur statim executioni, cum certum sit sententiam nõ exequi, nisi post decem dies authe. hodie C. de appel. dicas, quod statim exequitur, quoniam cum obligatio sit pura, exequi statim potest l. eum qui chalẽdis ff. de verb. oblig. sed sententia non potest ideò
11 exequi, quia ab ea potest appellari, sed † ab instrumento consensu partium in rito appellari non potest l. an sententia §. rescripsit idem ff. de appel. & sic si statutum tribuit executionẽ paratam instrumentis, ac si essent sententiæ,
12 debet intelligi dummodo † instrumenta sint liquida per tex. in l. fin. C. de compensationib. possunt tamen instrumenta prædicta liquidari

ri per omnem genus probationis, vt dicit Bar. in l. 1. ff. de lega. 2. & ità habetur in ritu in cap. 24. alias 119. vbi habetur quod verificatio extremorum, seu liquidatio fieri potest parte incitata nisi ageretur de interesse, quo casu pars citanda est, vt in eo videri potest taliter quod antequā fiat executio debet fieri probatio extremorum parte incitata, vt supra, & indè deuenire ad executionem, vt infrà.

Forma verificationis extremorum ad effectum executionis fiendæ.

Memoriale super quo sunt recipiendi testes per M. R. C. ad informationem commissarij ad petitionem, & instantiam Sempronij contrà, & aduersus Titium super infrascripta extremorum verificatione ad effectum executionis fiendæ.

POnit, & probare intendit, &c. Qualiter Titio de T. haue tenuto, & posseduto, & de presēti teni, & possedi quillo proprio tenimēto di casi, che olim era di Meuio exponenti in la Felici Città di Palermo in lo Quarteri di S. Antonio in la strata marmorea dello Cassaro confinante con lo tenimento delli casi di Filiberto d'vna parte, & di l'altra parte con lo tenimento delli casi d'Angilo di Placza, & altri confini nelli quali casi allo presenti sta, & habita lo detto Titio, & dicant testes ad intentionem producentis, etiam extrà capitulum videlicet.

Forma executionis census contrà possessorem.

MAndata est executio cum potestate variandi, &c. In persona, & bonis Titij, ad petitione, & instantiam Sempronij in vnc. decem plu. pet. seruata de quo pluri, &c. Contrà, & aduersus prædictum Titium tamquam detemptorem, & possessorem illius tenimenti domorum de bonis Meuij de T. siti, & positi in Vrb. Fel. Panor. in Quarterio Sancti Antonij secus tenimentum domorum, &c. Et sunt infrà solutionem iuris census iuxta formā Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ in quo dictum tenimentum domorum singulo anno est subiectū ad rationem vnc. vnius, & sunt pro censibus annorum decem proximè decursorum, & hoc virtute contractus subiugatorij celebrati in actis Notarij Io. Aloysij de Prono die, &c. Adiuntis testibus super verificatione extremorum receptis apud acta Curię die, &c. Et omnibus, & quibuscumq; alijs scripturis, & actis facientibus pro robbore, & firmitate præsentis executionis, quæ habeantur pro protestatis, & in ea specialiter calendatis quatenus cū pacto de non opponendo, &c. Et pignora ad discursum vendendo, &c. Vndè, &c.

Nota 74 par. 1.

1 ITEM nota quod † executio ipsa potest altero de tribus modis adimpleri scilicet per carcerationem possessoris, vel per expignorationem bonorum suorum, vel ipse possessor potest præstare, in quindenam, vt infrà melius dicam latius de istis tribus modis adimplendi executionem, sed aduertēdum

2 est pro modo † si executio fuerit adimpleta per tertium possessorem non potest procedi ad distractionem pignorum ipsius possessoris ad discursum licet expresse fuerit positum pactum in contractum subiugatorio quod bona vendantur ad discursum. Nam istud pactum videtur operari contrà contrahentes, & non contrà tertium possessorem vbi nullum pactū obstat ei nisi tantum forma Bullæ Apostolicæ, & Regiæ Pragmaticæ, in quibus non videtur mandari quod possit procedi ad discursum in bonis tertij detemptoris, & possessoris, & licet iste contractus esse de casibus pro vt in dicto cap. 19. in fine, tamen virtute dicti statuti non conceditur quod bona vendantur ad discursum, sed datur solum modo pingueualens, vt in principio dicti capituli apparet, vbi dicitur item prædicta locū habere volumus, & in cap. 18. expresse tractatur de pingueualente, & nūquam in toto ritu videtur tractari quod bona vendātur ad discursum, nisi procederetur virtute fideiussionis bancalis elapsæ, vt infrà videtur apparere per nostrum statutum eod. tit. & stante clausula vt bancus, &c. Vt in capitulo Regni recolendę memoriæ Regis Alfonsi, de quibus in multis locis tractatu fuit in præsenti praxi, & si hoc obseruatum fuit in Regno tamen non est virtute ritus, sed virtute pacti adiecti in contractu, vt supra dictum fuit, tamen hoc non debet fieri, & si fit videtur indebitè, & non debet obseruari in foro conscientiæ iuribus supra allegatis vndè de hoc latissimè tractatum fuit, & ad ea me remitto.

Nota 75. par. 1.

ITem nota in tex. ibi, & c. Et in casibus vbi ex pacto est adiectum in contractibus quod fiat executio, &c. Taliter quod ex istis verbis †

1 nō solū pōt fieri executio virtute instrumēto-

rum; & contractū suprà nominatorum verum etiam virtute quorumuis instrumentorum, & cōtractum ubi in eis reperitur pactum expressum quod possit fieri executio quę locum habet nō solum inter contrahentes verum etiam inter hęredes usq; ad primum, & secundum hæredem actiuè, & passiuè, ut in octauo cap.
2 istius Ritus, remanet solummodo uidere † an executio possit fieri contrà tertios possessores non nominatos in contractibus respondendum est quòd sic tamen contrà tertium possessorem siuè detemptorem, & possessorem prædictorum expressè subiugatorum, quorum defectu in generalibus stante forma bullæ Apostolicæ Nicolai Quinti, & Regiæ Pragmaticæ recolendæ memoriæ Regis Alphonsi, virtute cuius dat executionem paratam contrà tertium, beneuerum quòd opus est verificasse prius qualiter talis tertius est detemptor, & possessor bonorum subiugatorum, atq; etiam locum habet contrà tertios possessores virtute constituti pręcarij, vt infrà melius declarabitur sed pro modo est videndum de forma executionis contractus bullaris.

Forma executionis contrà tertium possessorem vigore bullæ.

Die, &c.

MAndata est executio in persona, & bonis Raphaelis de tal. cum potestate variandi iuxta formam contractus, &c. ad petionem, & instantiam Gabrielis de tali in vnc. tot pluris petitione seruata cōtra, & aduersus dictum Raphaelem tamquam detemptorem, & possessorem eiusdem tenimenti domorum siti, & positi, &c. tamquam specialiter subiugati dicto Raphaeli iuxta formam bullæ, & Regiæ Pragmaticæ ad rationem vnc. trium singulo anno, & sunt pro censibus decursis, & maturatis a decennio infrà vsq;, & per totum annū proxime elapsum, & hoc virtute contractus subiugatorij celebrati in actis talis Notarij die, &c. adiunctis testibus receptis apud acta curiæ die, &c. super verificatione extremorum, & omnibus, & quibuscumq; alij scripturis, & actis tàm publicis quàm priuatis facientibus ad robore, & firmitatem, ac validitatem præsentis executionis quatenus pro eo faciunt, & in eius fauorem dictant quæ habeantur pro protestatis, & specialiter calendatis in præsenti executione expresse, vt in ipsa bulla requiritur, & cum illis protestationibus solitis in similibus apponi quæ habeantur pro allegatis, & positi in præsenti, vt supra, & nō aliter cum pacto de non opponendo, &c. pignora, &c. vnde, &c.

Nota 76. par. 1.

1 ITEM nota quod remanet aliquantulum † tractare de ista executione quæ potest fieri contrà tertium possessorem virtute constituti præcarij nam super hoc expressè dicit Rob. Maran. in 6. par. sui tract. iudiciorum in vltimo actu num. 33. quòd noti
2 hic vnum singulare verbum quòd numquam obliuiscaris quòd sic in instrumento est pactum de capiendo, & constitutum præcarij, prout cōmuniter istæ clausulæ in instrumētis apponuntur potest fieri executio assistentiæ contrà tertium possessorem, & non citatum,
2 etiam negotio non liquidato, &c. † Et hoc locum habet durante vita constituentis nam per mortem constituentis idest eius, qui præcario rogauit, & sic constituit possidere nomine emptoris, vel alterius domini estinguitur siuè soluitur possessio ciuilis, & naturalis cum est adiectione præcarij, licèt præcarium ipsum firmetur, quantum ad hæredem eius constituentis, cum ipsi dumtaxat, non etiam hæredi eius concessa sit possessio, siuè detentatio, vt habetur in l. cum præcario aliquid datur, §. 1. ff. de præca. & in cap. vlt. & ibi omnes eo. titu. secundo dum dicit possessionem quæ fit per cōstitutum, esse interruptam per mortem constituentis, ità vt nec in hæredem transeat
3 ideoq; non posse † cōstitutarium, rem propria authoritatem occupare, nam constitutum siuè præcarium transit nō solum in hæredem constituentis defunti sed, & alios tertios possessores. Et prædicta locū habent in possessione, & in contractu anteq̄ accipiat emens possessionem virtute contractus reperitur illud constitutum præcarij tamen constitutum est positum in contractu debiti, & sunt hypotecata, & obligata omnia bona per constitutum licet creditor pro executione contractus accipiat possessionem bonorum hypothecatorum virtute constituti de capiendo authoritate ꝓpria tamen si cepit possessionem vt hodiè solet fieri per actū notarij, attamē ea capta, id quod per-
4 uenirit † de fructibus computantur in debito, & sic sis cautus quando tu capis possessionem loco pignoris pro cōstituto, sis solicitus executionem exercere pro tuo debito, & super prædio interponere primū, & secundum decreta, & indè capere possessionē, & sic sis verus dominus, & patronus, & poterus lucrari fructus ex quo tunc lucratur fructus quando emptor vel creditor fuerit positus in possessione quo casu ea capta lucratur fructus per talem missionem transfertur possessio Bar. in l. cōsentaneā C. quomodo & quando Iudex, & in pract. Papie.

Papie. in forma libelli in actione reali, num. 5. fol. 15. & licet fuerit interpositium secundum decretum attamen emptor, siuè creditor non lucratur fructus ex quò non est verus effectus dominus nisi à die captę possessiõis, & ab indè in antea currit terminus ad reddimendum, vt in decis. 22. curiæ Delf. Guid. Pap. per totum, nam tunc etiam transfertur possessio, vt confirmat glo. loquens de detentione vsusfructus in l. 1 § vlt. ff. de reb. cor. nunc remanet videre
5 † quis habet maiorem autoritatẽ pręcariũ, aut constitutum dic quod constitutum reperitur maioris efficatię, nam per constitutum transfertur ciuilis, & naturalis possessio, & dominium, vt declarat. Bar. in l. interdum in princ. ff. de acqu. poss. per præcariũ autem transfertur solum possessio ciuilis l. & habet, § cũ quis ff. de præcario, sed aliqui notarij aliquando hodie solent in cõtractibus ponere scilicet dicunt constituit se possidere addunt præcario nomine dum credunt se prodesse emptori, tamen valde nocent ex quo per præcarium solũmodo transit possessio ciuilis, vt supradictum fuit rationib. pręallegatis quoniã pcariũ esset potius defendere suam possessionem q̃ occupare, vt in l. cum fundum de vi, & vi arma, & per constitutum non solum transfert ciuilis, & naturalis, & dominiũ verum aliam titulus, & naturalis possessio per tex. in l. cum prætor de distrac. pig. l. quod meo.

Cap. 20.

ITem in causa oppositoria restitutiones ordinariæ ex causa primę, & secundę personis restituibilib. non conceduntur, restitutiones verò extràordinariæ ex vrgenti, & iusta causa aliquandò concedi solet.

Nota 77 par. 1.

NOta quod in isto cap. tractatur de causa oppositoria, & dicitur quod in ea restitutiones ordinariæ ex causa primæ, & secundæ personis restituibilib. non conceduntur extràordinarię verò ex vrgẽti, & iusta causa aliquãdo cõcedi solẽt, nã agens in causa oppositoria tenetur suas probationes facere in terminis ei cõpetentib iuxta naturam istius causę oppositorię, vt infrà latius tractabitur, & quia aliquãdò agens est negligens, & non curat intentionem suam fundare in terminis prædictis ei competentibus, vt curare debet quoniam vigilantib. non pigris iura subueniunt lege ad id sæpissime conclamante, ut in l. pupillus ff. quæ in fraud. cred.

Et cum toto hoc quod sunt elap. termini competentes partes sunt succurrerendæ cum restitutionibus extrà ordinarijs ne ergò eorũdem iura, à maioribus obruerentur principis prouisione muniti deprehenduntur, & præsertim, vt ad rem nostram decurramus ne in probationibus læsi, in sententijs potest modum lęderentur, alijs in termino adimplenda, pro eorum imbecillitate non præstita, vel horum quibus confidunt in curia in alio bis statuendo termino perficiendi, & ad implendi potestas data est, vt per Socci. in l. 1. ff. de acquir. possof. quo casu dilationes omnes in iudicis arbitrio positi, nam verbum detur clarè refertur ad iudicem, benè verum cum bis in causa memoratis personis beneficium tribuatur iure primum, & secundum per binam cõcessionem, seu restitutionem extràordinariam nuncupatum est, vt per Andr. de Isser. in cõst. obscuritatem, vt in primo primi termini probatorij concedenda sit medietas, in secundo verò termino ĩ primo beneficio pręfixa medietas altera decernatur, & de hac materia vide ea, quę dicta sunt in rub ff de vulga. & pupill. quare si inter ambas partes priuilegiatas habeatur decidenda controuersa tunc sanè bis ab utraq; parte peti posse non dubitatur per textum de iure communi in l petende, C. de tempor. in integ. restitutio attamen ex stilo & cõmuni obseruantia Regni istæ restitutiones extraordinariæ cõceduntur, tã personis restituibilibus, q̃ non restituibilibus, & tã prima quã secũda dillatio sẽper ẽ dierũduorũ, & ad sũmũ expectatur agens u'q; ad regimen sequens, ut in l. minor aut § fi. ff. de minor. & l. non solũ ff. de restit. in integ. & ita semper uidi obseruare, & de ista quæstione iam desuper tractatum fuit post notam 52. ubi me remitto.

Nota. 78. par. 1.

ITem nota pro intelligentia huius capituli sciendum est † quod restitutiones extraordinarię solent cõcedi bis, tàm ante quam post conclusionem in causa, tàm personis restituibilibus, quã non ut supradictum fuit quo casu aduocatus dẽt uenire in curia paratus cũ protestatis, & capitulis, & acta, quę psentanda sunt in dicto termino restitutorio, & capta restitutione statim debẽt pręsentari capitula, & ptestata, & indè deuenire ad receptionem testiũ, & iste primus terminus extraordinarius est dierum duorum ad summũ triũ, & ità locum habet in secunda restitutione, & indè in alio regimine solet fieri publicatio super termino restiturio, & indè in alio regimine solet dari terminus alteri parti ad reprobandũ ea, q̃ facta sunt in dicto termino restitutorio, quęquidẽ restitutiones non solũ cõpetunt opponenti

2 verum etiam opposito.† & si fortè reperiretur de nouo aliqua alia protestata, aliquando solet concedi tertia restitutio stantibus actis de nouo repertis.

Nota 79. par. I.

1 ITem nota † quod in causa oppositoria proceditur modo infrascripto uidelicèt si infrà quindenam adimpleta prius executione præsentantur oppositiones, ex quo sunt præmisse virtute istius statuti opponens habet competentem dilationem arbitrio Iudicis determinandam ad probandas oppositiones suas, elapsa dicta dilatione quæ est dierum octo fit publicatio in causa oppositoria modo supradicto, & si verò debitor non expediuerit probationes suas dum sic in continua, apponitur publicationi de mandato Iudicis in pleno iuditio quod producat si idest producat si est in continua, quæ durat vsq; ad aliud regimen, in quo potest etiam dari terminus ad defendendum, & reprobandum opposito factis prius dicta publicatione cuius tenor iā factus est, vt suprà.

Forma exceptionum.

Exceptiones, defensiones reprobationes, & iura quę, & quas dat offert, & præsentat in M. R. C. Daniel oppositus ex vna in causa oppositoria quam habet cum Raphaele opponente in qua nulliter proceditur ex parte opponentis.

Item ponit quod præsens causa oppositoria fuit, & est petitionis per eundem oppositum factus contrà dictū opponentem, pro vt infrà melius dici, colligi, & censeri potuit, & potest, & vt melius die sua, &c.

Item licet nulliter, & indebitè ad instantiam ipsius opponentis contrà eundem oppositum apud acta dictæ curiæ reperiantur præsentatæ assertæ oppositiones aduersus executionem per eum causatam in vnc. tot, quę executio effectum habuit per expignorationē, aut per carcerationem, uel fideiussionem bancalem prestitam apud acta dictę curię, nihilominus dicta executio procedere debet, & suum debitum sortiri effectum rationibus, iuribus, & causis infrascriptis alijsq; apparentibus per scripturas & melius die sua &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si & quatenus, &c.

ET antequam præsentes ingrediantur exceptiones dictus oppositus protestatur sibi de nullitate & ineptitudine dictarum assertarū oppositionum, & omnium actorum contrà eū factorum, & faciendorum de incōpetentia actionis iuris, & facti q͂ rua nō interest, nec tibi competit actio de omni, & quacumq; alia legitima exceptione, & defensioue eidem opposito competenti, & competitura, & cum hac præuia protestatione fuit, & est deuentum ad infrascripta, quę protestatio semper, & in omni singulo verbo, & quibuscumq; capitulis iuris, & facti, tàm oppositis, quàm opponendis intelligātur, & sint opposita, repetita, & recensita, & non aliter, nec alio modo.

Item ponit nō recedendo tamen à pręmissis protestationibus, nec præmissorum quolibet, nisi si, & quatenus de iure tenetur, & modo aliter, &c.

Item ponit quod clarum est videre quod ipse oppositus fuit, & est verus creditor dicti opponentis in vnc. decem virtute publici contractus celebrati manu talis Notarij die, &c. Qui non curauit debitum prædictum soluere in tantum quod deuentum fuit ad ipsam executionem, quæ fuit adimpleta per fideiussionē modo supradicto indeq; infrà quindenam solum ad subterfugiendum, & delongandū dictus debitor se opposuerit licet nulliter, & indebitè super quibus ad eius instātiam fuerunt recepti certi testes, & pręsentata asserta protestata hoc non obstante clarissimè constat de iure ipsius oppositi, & non iure opponentis in tantum quod dicta executio procedere debet, & suum debitum sortiri effectum oppositionibus ex aduerso in aliquo non obstantibus, & pro vt melius per acta apparet, & die sua, &c.

Quorum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Et indè opus est videre capita assertarum oppositionū dicendo, vt in infrascriptis capitulis.

Non obstat quatenus ex aduerso dicitur in assertis oppositionibus qualiter debitū prædictum fuit solutū, & hac de causa petijt fideiussionem de duplo, quoniam ad hoc breuiter respondetur, quod contenta in dictis assertis oppositionib. fuerūt, & sunt ipso iure nulla, nullius robboris, & firmitatis, in tantū quod non est opus responsione, sed ad maiorem cauthelam, quæ de iure nocere non solet breuiter respondetur, quod contenta in prędictis assertis oppositionibus quatenus faciūt pro dicto opposito acceptauit, & acceptat, quatenus verò contrà eum faciunt non sunt vera, & expressè negātur, taliter quod dicta executio procedere debet vnà cū omnib. indè fortè secutis pro vt per scripturas apparet, & melius die sua, &c.

Quorum

Quorum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Item non obstat quatenus ex aduerso in dictis assertis oppositionibus allegatur qualiter, &c. Quoniam ad hoc respōdetur, &c. Et facta responsione concludere, hoc non obstante dicta executio procedere debet, vnà cum omnibus indè fortè secutis, & est iuris, & per acta apparet, & melius die sua, &c.

Quorum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Item ponit, quod non obstant assertis testes contrà eum recepti, ex quo fuerūt, & sunt vnici, varij, & singulares, & non deponunt de veritate immo patiuntur nonnullas exceptiones & maximè quoad talem, ex quo est persona vilis, pauper, & solet ebriari vino, vel declarare id, quod necesse fuerit cōtrà testes, & indè cōcludere, sic nihilominus dicta executio procedere debet, & suum debitum sortiri effectum, vnà cum omnibus indè fortè secutis, & prout melius per scripturas apparet, & die sua, &c.

Quorum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Ad quod probandum ponit non se tamen astringendo, &c. Qualiter lo ditto tali fù, & è persona pouerissima, vili, di baxa conditione, & si soli alcuni volti inbriacari, seu è solito con iuramento diri vna cosa per vn'altra, è deponiri falsamente, seu cessi li beni, & come persona reprobata non si ci deue hauere nessuna fidi, & ogn'vno che lo canoxi, & haue in pratica è di iuditio è firma opinione, che habbia deposto vna cosa per vn'altra, & dicant testes ad intentionem producentis etiam extrà capitulum.

Et sic factis alijs capitulis necessarijs cōcluditur modo infrascripto.

Taliter quod rationibus de super allegatis, & alijs apparentibus per scripturas, & nonnullis alijs melius die sua dicendis, & allegandis in voce, & in scriptis executio prædicta procedere debet, & suum debitum sortiri effectum, & à dicta asserta petitione dupli dictus oppositus liberari debet ipseq; opponens ad expensas omnes cōdemnari prout per scripturas apparet, & melius die, sua, &c.

Quorum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Ex quibus omnibus à prima linea vsque ad vltimum infertur, &c.

Item non ad iniuriam, &c.
Item non se adstringens, &c.
Item reuocans, &c.
Item protestatur sibi omnes expensas, &c.
Item protestatur sibi omnes scripturas, &c.

QVare constito, &c. Petit ipse oppositus q̄ prædicta executio procedere debeat, & suum debitum sortiri effectum, & a dicta asserta petitione dupli liberari ipsumq; opponentē ad expensas omnes legitimè taxatas, & taxandas, verificatas, seu verificandas, tàm ex processu, quàm extrà etiam post sententiam condemnari debere, & ità petit isto, & omni alio minori modo, &c. Officium Iudicis implorando, &c. Deducens, &c. Saluo iure, & arbitrio cum protestatione semper addendi, &c.

Talis Aduocatus.

Nota 80. par. 1.

ITEM nota in M. R. C. † ciuibus Panormitanis solet dari terminus ad peremptorias, tam opposito, quàm opponenti licet in Curia Prætoriana soleat dari tantùmodo opposito, & ità fuit decisum, & obtentum in contradictorio iuditio anno 1496 contrà Notarium Andream Iamphotti, quoniam in dubium est quis est actor an opponens, vel oppositus, & propter istam differentiā in M. R. C. solet dari iste terminus, tā opposito, quā opponenti, ex quo secundū veritatem actor est oppositus, sed secundū ordinem iudicij opponens est actor, nā prima iura præsentat in Curia, & in dicta Curia Prætoriana habetur quod oppositus est verus actor, ità refert dominus Philippus de Præd cario I. D. in sua practica super Ritu, & sic videtur ista consuetudo inueterata, ac de causa datur terminus ad perēptorias ei, qui terminus est tenoris sequētis.

Forma termini ad peremptorias Curiæ Prætoriæ.

DAtus est terminus ad peremptorias tali opposito in causa oppositoria quam habet cum tali opponente.

Nota 81. par. 1.

ITEM nota quod iste terminus in M. R. C. est dierum sex, tàm si est datur opposito, quàm opponenti, in Curia verò Prætoriana, ex quo datur solummodo opposito, est dierum octo, & si in eo aliquid fit scilicet præsentando capitula,

la, & protestata, tamē si super capitulis recipiantur testes, nō debet fieri publicatio, quæ est data ex forma statuti, & ab eo non debet recedi, vt dixi supra in prohemio, ex quo ista causa est priuilegiata, vt supra, qui terminus est tenoris sequentis.

Forma publicati super termino ad peremptorias.

FActa est publicatio super termino ad perēptorias, indulto tali opposito in causa oppositoria quam habet cum T. opponente notificato opponenti constat per talem.

Item aduerte quod in alio regimine si actu fuit in dicto termino ad peremptorias per dictum oppositum, tūc debet dari terminus ad reprobandū opponenti, & è conuerso, qui terminus ad reprobandum potest fieri hoc modo.

Forma termini ad reprobandum.

DAtus est terminus dierum quatuor ad reprobandum tali opponenti in causa oppositoria quam habet cum T. opposito.

Et indè si actū est in eo fit publicatio super dicto termino modo infrascripto.

Facta est publicatio super termino reprobatorio vltimo loco indulto in causa oppositoria quam habet cum talem notificato, &c.

Nota 82. par. 1.

1 ITEM nota quod multoties † in capitulis, quæ præsentantur in causa solent calendari aliquæ scripturæ, seu instrumenta, &c. in fine capituli dicitur, quorum tenor sibi protestatur si, &c. quatenus quo casu aliquando, ille, qui calendat scripturas malitiosè, non præsentat eas, vt si fuerit decisum contrà eum potest se dirigere de nullitate, attamen tu aduocate sis cautus, quod quando in capitulis expresè sunt calendata acta, antè conclusionem debet iniungi facere protestant, quatenus infrà terminum dierum duorum peremptoriè habeat velit, &c. debeat exhibere, & præsentare acta calendata in talibus capitulis, alias, &c. Et si non curauerit infrà dictum terminum protestata præsentare, tunc potest deueniri ad conclusionē ipsius pro-
2 cessus, † benè verum ex vrgenti, & iuxta causa, possunt ipse partes sibi capere terminū restitutorium extraordinarium, pro vt continetur est isto capitulo, & si antè conclusionē fuerit capta vna restitutio, indè si necesse est etiā post conclusum potest capere aliam, benè verum quod in isto casu aduocatus debet venire paratus cum capitulis, & protestatis prout dictum fuit, quæ restitutio fit modo supradicto, vt post ipsam notam 52. supra positam.

Nota 83. par. 1.

1 ITEM nota quod aduertendum est † quod iste terminus restitutorius numquam conceditur ad reprobandum, sed tantum ad se defendendum, nam terminus restitutorius est odiosus, & currit de momento ad momentum, & quando conceditur est de æquitate Iudicis, & sic non debet, nec potest concedi iste terminus ad reprobandum in restitutione nec antè, nec post conclusionem. Et si cui competit iste terminus reprobatorius aduersus protestata, & probationes factas in termino restitutorio noluit sibi capere terminum prædictum, quando fit conclusio in calce ipsius dicere, renuntiato termino reprobatorio ex parte talis, quæquidem conclusio potest fieri modo infrascripto.

Forma conclusionis.

COnclusum est in causa oppositoria vertente inter talem oppositum ex vna, & talem opponentem parte ex altera.

Et facta conclusione prædicta citato, &c. Constat per contumatiam, siuè per talem Porterium in die sequenti, vel in alio die ex indè potest deueniri ad collationem processus, & facta collatione parte citata processus debet manere penes Curiam per vnum diem completum, scilicet per viginti quatuor horas, & indè potest micti Iudici cum candelis facta prius taxatione super eo per Magistrum Notarium, seu per cōmissariū deputatum ad hoc, & postquam processus fuerit visus per vnū Iudicem saltem, debet micti alio Iudici, & viso per aliū Iudicem, seu per omnes Iudices, tunc potest micti in prouidenda, vt possit deueniri ad determinationē ipsius processus, & ad prolationem sententiæ facto prius casu ipsius quęstionis postquam processus est visus per vnum ex Sp. Iudicibus.

Forma cuius collationis, & indè sententia talis est, vt infrà.

FActa est collatio præsentis processus hodiè die, &c. Citato T. constat per talem. Et indè debet numerari processus, & in fine ipsius dici consistit in cartis scriptis, & nō tot, benè verum quod in principio indorso ipsius processus solet fieri caractere modo infrascripto videlicet.

Processus oppositorius, seu quæstio opposi-

toria

toria vertens in M.R.C.inter talem opponentem ex vna,& T.oppositum parte ex altera.

Et indè dici in anno puta melius videlicet 1590.

Et indè poni collationes prædictam scripturarum,& post modum consistit, &c.

Et sic remanet solummodo dicere de forma sententiæ cuius tenor talis est.

Forma sententia causa oppositoria.

In nomine domini Amen.

PRouiendus est processus oppositorius vertens in M.R.C.inter Danielem opponentem ex vna,& Raffaelem oppositum parte ex altera,petitionis ex parte dicti opponentis,dictam assertam executionem retractari,cancellari,& annullari debere,vna cum omnibus indè fortè secutis,& dictum oppositum cōdemnari ad pænam dupli,& ad omnes expensas factas,& faciendas, legitimè taxatas, seu taxandas, tàm ex processu, quàm extra etiam post sententiā rationibus,iuribus,& causis,in scripturis adductis,& declaratis, & ex parte dicti oppositi executio prędicta per eū causata procedere debet,& suum debitum sortiri effectū, & à dicta asserta petitione dupli absolui, & liberari dictusq, opponens condemnari ad omnes expensas factas, & faciendas legitimè taxatus, & taxandas omni alio minori modo, &c.

Et indè ponatur prouisio facta per Iudicem scilicet si est in fauorē oppositi prouisum est.

IESVS.

PRouisum est per nos Iudices M. R. C. seu per M.R.C.quod executio prædicta procedat,& suum debitum sortiatur effectum, & ipse oppositus liberetur à petitione dupli contrà eum petiti dictusq; opponens condemnatur ad omnes expensas taxatas, seu taxandas, tàm ex processu, quàm extrà etiam post sentētiam, vel salua nobis taxationis expensarum hanc sua,&c.

Lata lecta,& pronuntiata fuit,& est pręsens sententia die,&c.

Nota 84. par.1.

1 ITem nota † quod aduertendum est etiam qualiter executio non solum fieri potest virtute instrumentorum calendatorum in supradicto capitulo 19.verum etiam pręceptum Iudicis de soluendo habet vim sententię, & executionis,atq; etiam virtute confessionis rei factæ in iuditio sinè qualificatione,& est iuris & quoad primū casum dicitur pro intelligentia supradictorum verborum, qualiter aduertendum est ad præcepta iudicialia, vel extraiudicialia, quia præcepta iudicialia requirūt causæ cognitionē præcedēte secus in extraiudiciali, quod non requirit causam. Inno.in cap.cum ad aures de temp.ordi. & not.in l.ore §. iussus de appella.& in l.non videtur dolo ff. de reg. iur. Nam pręceptam Iudicis factum cū causę cognitione habet vim sententiæ,Inno. in cap. 2.& in cap.in literis de resti. in integrū, & de tempore ordi.ad aures. Sicut est præceptū factum de soluendo secundum formam l. si debitori ff. de iudi de quo per Bal. in l. non fatetur de confes.& Bart.in l.error de iur. & facti igno. & Bar.in l.fin. §. necessitate de bo. quæ

2 lib.† Quo ad secundū dico enim puta si instatutis disponentibus instrumenta guarentigiæ habere executionem paratam. Nam guarentigia secundum eum,nihil aliud est, nisi quoddam præceptum quod fit per Notarium de instrumento rogatum, parti roganti,vt obseruet in continenti in instrumento contenta. Et tale pręceptum fit in volentem, & acceptantem authoritate statutorum potentiam Notario concedentium.Sicut enim pręceptum Iudicis factum in confessum habet executionem paratam l.si debitori ff.de iud.Ita tale Notariorum præceptum. Et idem Ange. in l 4 § condemnatum antè finem, versi.& pro hoc dico tibi, pro quo videtur tex. in cap. 1 § si inter partes de lege corradi, & Bart. in l. cū quis C.de iure iurando, & Paul.de Cast. in l.fin.C.de ædicto

3 diui Hadriani Tollend. † Item debet aduerti quod si instrumenta non sunt de illis declaratis in cap. 19 non habent executionem paratam, nisi hoc de iure videatur expresse mandari maximè in instrumento facto extrà Regnum, licet venire authēticum cum literis testimonialibus, quoniam instrumenta de iure quantumcūq;authentica. sint executionē non habēt paratam tex. in l.minor. 20. annis cui fideicommissi, & ibi Bart. Bal. Angel. & Albericus de Rosate.ff.de minorib.& Angel.quem ibi secuntur Paul.de Cast. & Alex. in l.ait Prętor §. si Iudex ff. de re iud. scias enim quod instrumētum,siuè sententia si ex inspectione patet de nullitate,tunc potest dici quandocumq; de nullitate, nam sententia quę per euidentiā facti nulla est, nunquam transit in rem iudicatam cap. fraternitati, circa medium, & ibi Inno. & alij extrà de frigi. & male. & sequitur Alex.cons.63 lib.3.& Ias.cons.21. venerabilis col.11.vers.11.lib.1.& deueniēdo ad propositum nostrū dico quod literæ testimoniales possunt fieri prout solet modo infrascripto.

Nos

NOs Iurati T. Ciuitas, &c. vniuersis, & singulis Officialibus, & personis in qua vis orbis parte constitutis presentes visuris notum facimus, & in dubia testamur fide qualiter Magnificus T. Notarius qui instrumētum extraxis ab actis suis præscriptam copiam fuit, & est publicis Notarius, seu Magister Notarium talis Curiæ, cuius actis in iudicijs, & extrà omnifaria adhibetur fides qua propter prescriptæ copiæ, tamquam authēticæ in dubia potest præstari fides in cuius rei testimonium presentes fieri fecimus à nostro Magistro Notario nostroque solito ciuitatis sigillo in pede munitas. Dat. Messanæ die, &c.

T. Magist. Notar. seu actorū notarius

Nota 85. par. 1.

1 ITem nota quod † executio fieri nō potest in bobibus aratorijs, & apparitis ad agriculturam deputatis tex. est in l. executores, & auth. agricultores C. quæ res pign. oblig. poss. & idem habetur per cap. Regni recolendæ memoriæ Regis Carol. cap. 41. & etiam in Prag-
2 maticis impressis nouiter, † nec minus executio potest fieri in lecto, nec in vestibus, & alijs similibus ad vsum necessarium, vt inquit Bar. Bal. & Doct. in l. 1. C. quę res pign. oblig. poss.
3 nam etiam † vestes cædenti bonis sunt relinquendæ, & ità dicit Bart. & Doct. in l. pen. ff. de cessio. bon. & vide etiam in capitulo Regni 81. recolendæ memoriæ Regis Fæder. fol. 44. quæquidem executio instrmenti æquiparatur executioni sententiæ, vt ait Bart. in l. cū vnus in fin. illius principij ff. de bono autho.
4 iud. pos & Bal. in l. fin. C. eod. tit. & Lud. Rom. in cons. 76. col. 2. † Item executio impeditur exceptione nullitatis promptuarię l. 4. §. condemnatum, & ibi per Doct. ff. de re iud. Item aduerte etiam qualiter nulla exceptio requirens altiorem indaginem impedit executionem quæ ex processu non patet, seu ex acti, vel imprompt u probari non potest, & ità dicunt Doctores in eo. § condemnatum, & Alex. in
5 cons 83. in 5. vol. & hæc sufficiant pro intētione nostra super d. cap. 20. & tantūmodo † concludendo dico quod in executiuis non datur litis pendentia, vt dicit Ludo. Rom. in cons. 76 in fin. & Bal. in l. 1. C. si plur. vna senten & Inno. in cap. cum iure de offi. deleg. & Moder. in l 4. §. condennatum ff. de re iud. nec datur reconuentio in executiuis, & ità dicit Bal. in authen. consequenter col. 3 in fin. & Speul. in tit. de recon. § nunc dicamus.

Nota 86. par. 1.

ITEM nota etiam quod in ista causa oppositoria deuenitur tam ex forma instrumenti contractus quàm etiam virtute rei iudicatæ iuribus præallegatis, & antequā ad vlteriora procedatur aduertendū est qualiter aliquando videlicet postquam fuerunt præsentatæ oppositiones aduersus executionem, oppositus stante pacto adiecto de non opponendo in suo contractu, solet aduersus oppositiones contrà opponentem mittere scripturas ad effectum quod oppositiones reijciantur, & indè ad petitionem opponentis solent mitti scripturæ ad contrarium effectum, quod immò oppositiones stent quo casu stante iuramento, & pacto prædicto quæ hodiè ponuntur de stilo Notariorum in con-
1 tractu † quæ scripturæ debent decidi infrà menses tres, ex quo tantum durat eius instantia virtute Pragmaticæ factæ in Regno, & si dictus articulus reiectiuus non fuerit decisus infrà terminum dictæ instantiæ, & tamen reperiretur aliquis breuis terminus videlicet dierum duorum, vel vnius infrà quem breuem terminum scripturę non possunt diligentur videri, hac ex causa ī Regno solet ī vltimo die ipsius instantiæ † dari interlocutoria obscura, quæ indè potest declarari facere clara infrà menses duos, & sic à die quo fuerit lata ipsa interlocutoria currit alia instantia prout in Pragmatica, quo casu non potest deueniri ad ipsam causam oppositoriam propter dictū impedimentum, nisi postquam fuerit lata interlocutoria clara, & quando datur ista interlocutoria obscura fit de facto cum prouisione in calce modo infrascripto.

Forma de facti oppositi.

Die, &c.

DE facto Sempronij petentis contrà Titium quod immò oppositiones præsentatæ in M. R. C. die, &c. Ad instantiam ipsius Titij contrà eumdem Sempronium reijciantur, vna cum omnibus indè forte secutis, & disoluatur bancus quandoquidem fuerunt, & sunt friuolæ nudæ, & crudæ, & non releuantes requirentes altiorem indaginem, & tendunt contrà pactum reiectiuum iuratum de non opponendo assertis oppositionibus ex aduerso in aliquo non obstantibus, rationibus, iuribus, & causis, in effectu, & scripturis ipsius Sempronij contentis, & declaratis, & in voce allegatis.

Rej-

Reijciantur, vel stent si, & quatenus ex istis scripturis, & actis reijci, vel stare debent, & hoc propter periculum harmodicij, & peremptionis instantiæ.

Nota 87. par. 1.

ITEM nota quod dictum fuit qualiter instantia ipsius causæ est mensium duorum incipiendo à die latæ dictam interlocutoriæ obscuræ.
1 † Aduerte tamen quod infrà dies decem partes possunt appellare à dicta interlocutoria obscura, &c. expensas taxari facere, &c. indè lata, & declarata dicta interlocutoria clara subcumbens si senserit se grauatum tenetur etiam appellare à dicta interlocutoria clara, &c. in
2 † Curia Præturæ Fel. Vrb. Panor. infrà dictos duos menses mitti scripturę ad effectum vt possit declarari interlocutoria ipsa clara, quo casu fit petitio modo infrascripto.

Forma effectus quando petetur interlocutoria obscura declarari claram iuxta stilum Curiæ Præturæ.

AD effectum mittuntur præsentes scripturæ ex parte istius Sempronij cõtra dictum Titium quod omninò interlocutoria obscura lata apud acta Curiæ die, &c. In articulo reiectiuo olim inter eos vertẽte propter periculum hærmodicij, & peremptionis instantiæ ex nunc prout ex tunc declaretur fuisse, & esse lata in fauorem ipsius Sempronij, & dictũ oppositiones reiciantur vna cum omnibus indè fortè secutis, & disoluatur bancus assertis oppositionibus ex aduerso in aliquo non obstantibus, & quam pluribus alijs rationibus, iuribus, & causis, melius suo die in voce, & in scriptis dicendis, & allegandis, & ità petit isto & omni alio minori modo, &c. Officium Iudicis implorando, &c. Saluo iure, & arbitrio cũ protestatione addendi, &c.

V. T. Aduocatus.

ITem nota quod missis dictis scripturis ad effectum citato opponente in primo regimine debet incusari contumacia vt supradictũ fuit, & infrà dies octo si opponens vult potest mittere suas scripturas ad contrarium effectũ modo infrascripto videlicet.

Forma contrarij effectus.

AD contrarium effectus mittuntur præsentes scripturæ ex parte istius Titij opponentis contrà istum Sempronium oppositũ quod immò declaretur fuisse, & esse interlocutum, & declaratum per interlocutoriã obscuram latam propter periculum hærmodicij, & peremptionis instãtię in articulo reiectiuo inter eos vertente apud acta Curiæ die, &c. In fauorem ipsius Titij cõtrà prędictũ Meuium, & dictum esse quod oppositiones stent, & procedatur in causa oppositoria, & lis suo marte decurrat scripturis ex aduerso in aliquo nõ obstantibus, nã constat limpidissimè de iure ipsius opponentis, & de non iure dicti oppositi, & ità petit isto, & omni alio minori modo, &c. Officiũ Iudicis implorãdo, &c. Saluo iure, &c.

V. T. Aduocatus.

ITem nota quod recitatis scripturis modo iam dicto potest procedi ad prolationem modo infrascripto.

Forma de facti in declaratione interlocutoria obscura.

DE facto Titij opponentis petentis contrà Sempronium oppositũ quod immò declaretur, ex nunc prout ex tũc fuisse, & esse declaratum per interlocutoriam obscuram latam propter periculum hęrmodicij, & peremptionis instãtię per Regiæ Curiæ Pręturæ die, &c. In fauorem dicti opponentis, & dictum quod oppositiones prædictæ stent, & procedatur in causa oppositoria scripturis ex aduerso in aliquo non obstãtibus rationibus, iuribus, & causis, in cõtrario effectu, & scripturis ipsius Titij contentis, & declaratis, & in voce allegatis.

Die, &c.

FVit prouisum per nos Iudices Regiæ Curiæ Pręturæ quod declaretur ex tunc fuisse, & esse interlocutũ quod oppositiones stent & procedatur in causa oppositoria.

Et si interlocutoria fertur in fauorem oppositi in calce eius de facto debet poni prouisio vt infrà.

Die 12. Augisti 2. Ind. 1589.

FVit prouisum, & mandatum per nos Iudices Regiæ Curiæ Præturæ Fel. Vrb. Pan. quod declaretur ex tũnc fuisse, & esse decisum & interlocutum quod oppositiones reiciantur pręstito de restituendo in casu subcumbentię, & facta solutione audiatur.

Nota 88. par. 1.

ITem nota quod in causa oppositoria procedítur modò prout dictum fuit contrà, &

prout infrà breuiter declarabitur pro instru-
1 ctione iuuenum, vbi dico quod † in causa oppositoria proceditur hoc modo videlicet.

Imprimis causata executione debet adimpleri, per expignorationem bonorum debitoris, vel per carceration ē eius personæ, aut per fideiussionem bancalem.

Item facto adimplimēto debitor habet dies quindecim ad se defendendum infrà quos potest, suas oppositiones præsentare.

Item oopositionibus prædictis præsentatis si non fuit missum à defectum quod reiciantur oppositiones, vel postquam fuerit interlocutū quod oppositiones reiciaretur tunc facta solutione, & pręstita fideiussione de restituendo in casu succumbentiæ opponens habet dilationē dierum octo ad intentionē suam fundandam.

Item elapso termino prædicto dierum octo fit publicatio in causa oppositoria eo modo vt supradictum fuit.

Item si est in continua non obstante publicatione facta in causa oppositoria potest petere à Iudice quod producat si est in continua quo casu Iudex mandat, & producat si, &c.

Itē in alio regimine seu in regimine sequenti in M. C. aliquando datur terminus dierum quatuor ad reprobandum in quo possunt præsētare exceptiones cum capitulis probatorijs, & reprobatorij, & quod iste primus terminus reprobatorius est principalis, quo casu in eo nō solum fiunt, & fieri possunt reprobationes verum etiam defensiones per oppositum, sed melius est agere prout solitū est in Curia Pręturæ Fel. Vrb. Panor. vbi postquā fuerit facta collatio in causa oppositoria detur terminus opposito dierū duodecim ad defendendum, & reprobandum in Curijs inferioribus.

Item si actū est in eo fit publicatio alias non est opus publicationis.

Item si oppositus vult diuidere terminum prædictum hoc facere potest scilicet sibi capere terminum dierum octo ad probandum.

Item elapso dicto termino si actum est in eo fit publicatio, vt supra.

Item in alio regimine detur terminus eidē opposito dierum quatuor ad reprobandum, & si actum est in eo in alia Curia fit publicatio.

Item in alio regimine si actū fuit in termino prędicto defensorio detur terminus opponenti dierum quatuor ad reprobandū ea quæ acta fuerunt in dicto termino ad defendendū.

2 †Item si ipse opponens reprobauerit aduersus reprobationem non detur terminus ad reprobandum reprobantes, ne lites immortales fiant, & ita practicatur in M. C. & est de forma Ritus.

Itē si agitur inter Ciues Panormi antè conclusionem in causa detur terminus dierum sex ad peremptorias qui competit, tam opposito, quàm opponenti si ambo sunt Ciues Panormi alias detur tantummodo Ciui.

Item in Curia præturæ detur terminus ad peremptorias dierum octo, & competit tantū opposito, & modo opponenti secus in M.C. & si actum est in dictis terminis fit publicatio vt supra dictum fuit.

Item facta publicatione si actum est in termino in alio regimine detur terminus alteri parti ad reprobandum modo prædicto.

Item in alio regimine fit conclusum in dicta causa oppositoria, & in die sequenti fit collatio processus.

Itē facta conclusione, processus debet manere apud acta Curia per horas vigintiquatuor, & indè micti Iudici. Aduerte tamen quod
2 ad collationem processus est citanda pars, vel Aduocatus si fuerit responsum in cōtumacia, quæquidē contumacia debet incusari ad omnes actus vt supra dictum fuit antequam deueniatur ad prosecutionem ipsius causę, vt ī forma ipsius contumaciæ patet.

Item si in dicta causa forte alibi sunt recipiendi testes, tunc debent emanare literæ de audiētia testium, quæ literæ solent fieri modo infrascripto videlicet.

Forma literarum de audientia testium.

PHILIPPVS, &c.

3 VICEREX in hoc Regno Siciliæ vniuersis, & singulis Officialibus Regni eiusdem, & præsertim Ciuitatis Corleonis cui, vel quibus præsentes pręsentate fuerint fidelibus Regijs dilectis gratiam, & bonam voluntatem, quia ad instantiam Sempronij oppositi in ipsa Ciuitate eiusq; territorio sunt recipiendi nonnulli testes contrà Titium opponentem super quibusdam exceptionibus in ipsa M. R. C. præsentatis ad instantiam dicti oppositi in causa oppositoria inter eos vertente, ideò vobis, & vnicuiq, vestrum dicim⁹, commictimus, & expræssè mandamus, quatenus acceptis præsentibus infrà terminum dierum viginti, omnes, & quoscumq; testes quos dictus Sempronius, seu aliter pro eo comparens etiam sine procuratorio producere, & recipere voluerit illos recipi, & examinari faciatis, vel per quos debet recipi facere debeatis à numero legali citrà tantum, recepto prius iuramento altera parte præsente, seu contumace cum sit ipsi Titio iniuntum, & citatum hic, constat per T. Porterium quod inter sit ad testium iuramenta videndum

dendum recipiatis,& examinari debeatis, vel faciatis diligenter super capitulis prædictis præsentibus interclusis etiam super interrogatorio partis aduersæ si eum in præsentibus inueneritis interclusum interrogando eos de causa scientię loco,& tempore,& alijs circumstantijs,debitis,& oportunis,quorum testium nomina,cognomina,depositiones,& dicta, in scriptis fideliter redacta cum forma præsentium, & capitulis antedictis vestris responsalibus literis eidem M. R. C. rescribere curabitis infrà terminum dierum octo à die expletæ productionis prædictæ, cauti a contrario sub pęna florinorum mille Regio Fisco approbanda dat, &c.

Præsententur,& exquantur, T. Iudex.
T. Magister Notarius.

Nota. 89. par. 1.

ITem nota quod dictæ literæ de audientia testium debent præsentari Iudici cui diriguntur vt recipiant, seu recipi faciant testes,& indè fiat literę responsales sub forma sequenti.

Forma literarum responsalium.

NOs T. Iudex Regię Curiæ causarum ciuilium Ciuitatis Corleonensis Sp. & M. R. C. Iudicibus humiliter recomandatione pręmissa recepimus literas dominationum vestrarum Sp. tenoris sequentis videlicet.

Et indè includantur literæ,& sequentur vt infrà.

Quarum literarum tenorem volentes nos cum effectū exequi vt tenemur post receptionem ipsarū in cōtinenti omnes,& quoscumq; testes quos dictus Sempronius producere voluit per nostrum Magistrum Notarium recipi fecimus,& diligenter examinari interrogando eos de causa scientiæ, loco,& tempore, & alijs circumstantijs debitis, & oportunis, etiam super interrogatorio partis aduersæ quorum testiū nomina,cognomina, depositiones, & dicta, fideliter in scriptis originaliter redacta, vna cum capitulis quę nobis missa fuerunt vestris literis interclusā,& sigillata dominationibus vestris Sp. transmictimus nil aliud nisi nos promptos offerimus datu,&c.

Ad omnia mandata domin. vestr. Sp. Paratus.
T. Iudex.
T. Magister Notarius.

Forma literarum de audientia testium emanatarum à Curijs inferioribus.

NOs Iacobus de Puteo V. I. D. Iudex Nob. Ciuitatis Messanæ Sp. Iudicibus Curiæ Pręturæ Fel. Vrb. Panor. pręsentibus, & futuris fidelibus Regijs dilectis cui, vel quib. præsentes præsentatę fuerint amicis nostris clarissimis salutem. Quia ad instantiam Sempronij de T. in ipsa Vrbe eiusq; territorio recipiendi sunt non nulli testes contrà Titium super capitulis cum exceptionibus pręsentibus interclusis in nostra Curiæ pręsentatis die,&c. In causa oppositoria inter eos vertente, ideò vobis,& vnicuiq; vestrarū dominationū rogamus quatenus placeat omnes,& quascūq; testes dictus Sēpronius, seu alter eius nomine licet non sit persona legitima producere,& recipere voluerit illos recipi,& examinari facere placeat per vestrum Magistrum Notarius, seu per quos decet recipi facere placeat à numero tantum legali citrà etiā super interrogatorio partis aduersæ si in præsentibus interclusum inueneritis præsente dicto Titio, vel absente quoniam hic fuit citatus ad ipsorum testium iuramenta videndum vt constitit per T. nostræ Curiæ seruientem eos interrogando, seu interrogari faciendo de causa scientię, loco, & tempore,& alijs circumstātijs debitis,& opportunis, quorum depositiones,& dicta, nomina, & cognomina, in scriptis per vos reddacta ad nos rescribere placeat clausa,& sigillata vt moris est pro vt nos in similibus, & maioribus pro dom. vestr. Sp. peremptos offerimus datu Messanæ die,&c.

Ad grata dominationum vestrarum Sp. Paratus.
De Puteo Iudex.
De Saybeni Magister Notarius.
Suprascriptum.
Sp.& Regiæ Curiæ Præturæ Iudicibus.
Decretatio.
Præsententur,& exquantur.
T. Iudex.
Præsentatæ Panormi die,&c. De mandato T. Iudex,& exequantur.
Et indè fiunt literæ responsales.

Forma literarum responsalium de audientia testium quod fiunt in Curijs inferioribus.

NOs Prætor, & Iudices Fel. Vrb. Panor. Sp. Iudicibus, seu Officialibus Nob. Ciuitatis Messanæ cui, vel quibus præsentes præsentate fuerint fidilibus Regijs, & amicis

 nostris

nostris clarissimis salutem a do. v. Sp. recepimus literas tenoris sequentis videlicet.

Indè includantur literæ de audentia testium vt sequitur.

QVibus quidem literis nobis exhibitis, & præsentatis pro obseruatione quarum per nos, & nostram curiam fuerunt recepti, & examinati omnes, & quicumq; testes ad instantiam ipsius Sempronij quos recipere voluit seu tal. eius nomine contrà dictum Titium super dictis capituli cum exceptionum quos clausos, & sigillatos, vt moris est trasmictimus do. ve. sp. nil aliud nisi nos in similibus & maioribus do. ve. sp. paratos offerimus datis Pan. die, &c.

Vid. T. Iudex.

Supra scriptum.

Multum sp. officialibus nob. ciuitatis Messanæ cui vel quibus, &c.

Nota 90. par. 1.

1 ITem nota quod terminus † literarum de
audientia testium si non sunt terminatæ
per Iudicem terminus est dierũ quatraginta
sicut in literis citatorijs infrà quos
producens potest suos testes recipi facere, &
2 expleta productione † infrà eumdem terminum
possunt fieri literæ responsales, & apportari
curiæ vbi fuerunt emanatæ literæ de audientia
testium, potest tamen vt infrascripta
cauthela scilicet quando quis citatur ad literas
de audientia testium exhorandum tu ad vocate
potestatim scorparere coram Iudice subscripto
in dictis literis & ab eo petere ꝗ litræ
prædictæ terminentur ad breuem terminum
dicendo & allegando quod calumniosè fuerunt
emanatæ solum ad delongandum, & ad
subterfugiendum, qui Iudex mandat quod
productio testium sit duratura per dies tot, &
pro habendo notitiam de hoc potes sigilla emparare,
quo termino elapso fit publicatio super
illo termino in quo literæ emanatæ fuerunt,
3 & † indè potest procedi ad expeditionem causæ
licet non sint apportatę attestationes, &
procedere ad vlteriora, & facta conclusione in
causa seu collatione processus loco conclusionis.
ille qui emanauit literas habet terminum
dierum octo ad præsentandum literas responsales,
& producta, quo termino dierum octo
elapso si non curauerit præsentare attestationes
prędictas, potes processum prædictum Iudici
4 mittere † & si fuerunt apportarę attestationes
antè quam processus fuit missus Iudici
debent intrare in processu, & indè pars aduersa
si vult potest sibi capere terminum dierum
quatuor ad reprobandum & si actum est in eo
fit publicatio eo elapso & in alio regimine potest
deueniri iterum ad conclusionem proces-
5 sus seu ad collationem ipsius † Aduerte tamen
si pars aduersa sibi fuerit protestata aliqua acta
siuè scripturas quod facias per Iudicem intimari,
vt infrà certam dilationem debeat illas
exhibere, & hoc fit ne veniat aliquis calumniosè
post conclusionem, & velit scripturas
exhibere & rescindere conclusionem in causa
seu collationem ipsius processus ad effectum
dilatandi vt supra dictum fuit quibus scripturis
exhibitis si altera pars vult sibi capere terminum
ad reprobandum hoc potest facere
alias deuenire ad ipsam conclusionem seu collationem
processus & ex indè ad decisionem
ipsius causę.

In Tex. ibi cap. 10.

R*Estitutiones verò extraordinariæ ex urgenti, & iuxta causa aliquando concedi solent, & c.*

Nota 91. par. 1.

NOta quod ex supradictis verbis dicitur quod in causa oppositoria licet
non concedantur restitutiones ordinariæ
ex causa primæ, & secundæ
personis restituibilibus, tamen restitutiones
extràordinariæ exurgenti, & iuxta causa aliquando
concedi solent, non solum personis
restituibilibus verum etiam personis non restituibilibus,
& ita practicatur in M. C. quæ
restitutiones solent concedi, tam ante quam
1 post conclusionem in causa, † beneuerum
quod conceduntur ad defendendum tantum,
quo casu aduocatus debet venire paratus cum
capitulis, & protestatis ne videatur hoc facere
caluniosè, & est differentia, scilicet si restitutio
extràordinaria fuerit petita antè conclusionem,
non est opus citatione partis si post
conclusum opus est deuenire ad ipsam citationem
stante forma Pragmaticæ factæ super huiusmodi
causa vt infrà sequitur, & si fuerit
capta vna restitutio antè conclusionem post
ipsam conclusionem potest aliam capere, &
si nulla fuerit capta antè, potest capere dictas
binas restitutiones exurgenti tamen, & iuxta
causa, quæ dilatio est arbitraria dierum duorum,
vel trium tantum, & non vltrà, &
ad defendendum vt supra non autem ad reprobandum,
ex quo reprobatio est odiosa,
2 & † in odiosis non datur restitutio, vt dicit

d.Anto.

d. Anto. Capic. in decis. 62. nu. 4. Et si in prima dilatione pars non curauerit probationes facere tunc videtur petere caluniosè quo casu non est concedenda secunda, nam dilatio probatoria non est concedenda illi, qui in prima dilatione nullam probationem fecit, & ita dicit Mascar. in conclusi. 516. nu. 1. fol. 389. vol.
3 1. † vbi etiam dicit quod dilatio omnis probatoria de iure communi est peremptoria, etiam si non fuerit appositum verbum peremptoriè, quia illud ex iuris dispositione subintelligitur, vt in dicta conclusione nu. 4

Et quando datur terminus restitutorius fit modo infrascripto.

Forma termini restitutorij extraordinarij.

REStitutus est ex causa ad dies duos Titius opponens in causa oppositoria quam habet cũ Sempronio opponente, citato, &c. Cõstat per contumacia, &c.

Et si actum est eo, elapso fit publicatio, & si alia pars vult terminum ad reprobandum aduersus producta, & protestata potest sibi capere, & si noluit potest deuenire ad conclusionẽ, & in fine ipsius dicere repudiato termino reprobatorio fortè ei cõpetente, & si fuerit capta alia restitutio potest dari modo supradicto.

Quod restitutio post conclusum in causa non scribatur nisi parte prius citata personaliter.

ET sciendum qualiter inter capitula exorata Illustriss. & Eccellen. domino D. Ettori Pignatello, & huius Regni Siciliæ Proregi accordata per tria bracchia Regni congregata in generali colloquio super celebrato in Vrb. Fel. Panor. & promulgato in pleno iudicio die 7. Iunij 4. Ind. 1531. extat capitulum tenoris sequentis videlicet.

Item perche li Cõuenti in iudicio solino fari molti cauillationi, & longarij, & molti volti per fari periri la instantia delle cause si restituiscono, & pigliano restitutioni post conclusum in causa in iuditio senza audiri li parti ò i summissa voce; di modo che la parte non ni haue notitia, & stando sicuro che la causa remanga conclusa si retroua deluso, & gabbato, alli quali machine volendo oburare suplica detto Regno V. S. Illustriss. si degne prouedere, & comandare che tali restitutioni per esser conclusa la causa non si possa ne si digiano scriuiri che primo non sia citata la parte personalmente, essendo ditta parte presente, & quando fosse absente si degia citare l'Auocato che tene in corte, altramente tale restitutione cum omnibus indè secutis sia ipso iure, nulla, & inualida come si non fosse fatta, & habia di restare lo concluso fatto, &c.

Placeat Illustriss. Proregi.

Lugdouicus Prothonotarius.

Nota 92. par. 1.

ITEM nota quod si essemus in fine ipsius causæ oppositoriæ, & fortè non repe-
riantur dati omnes termini dandi in di-
1 cta causa, seu nil actum fuit, † tunc in illo breui spatio possunt dari omnes termini, quo casu necesse est quod fiat actus parte citata quod dentur danda modo vt infrà, & indè datis omnibus terminis, & facta collatione processus in eodem die in fine ipsius instantię debet sententia dari obscura vt infrà quę indè infrà menses duos debet clara declarari, ex quo tantum durat eius instantia, & stante periculo hærmodicij solent fieri omnia necessaria cũ magna celeritate, & parte incitata quando pe-
2 riculũ est in mora, † quo casu tunc potest actus expediri etiam parte non citata, vt dicit Ias. in l. si fideiussor §. si satis datum col. 1. ff. qui satis
3 dar. cog. † Item etiam quando testes examinantur vltima die instantię non requiritur citatio partis ad testium iuramenta videndum, secundum Bal. in l. si quando col. 2. in fin. C. de testi. qui actus quod dentur danda solet fieri modo infrascripto.

Forma actus quod dentur danda.

Die, &c.

FVit prouisum, & mandatum per T. Iudicẽ M. R C. re. T. Port. ad instantiam Sempronij oppositi quod in causa oppositoria vertente apud acta ipsius Curiæ inter ipsum Sempronium ex vna, & Titium opponentem parte ex altera si est periculũ peremptionis instantiæ quod vtiq; dicta causa abreuientur termini propter periculum hęrmodicij, & peremptionis instantię, & dentur danda, & fiant fienda, omnia necessaria ad dies, & horas, & momenta extrà iudicium ad arbitrium Magistri Notarij, tam in diebus feriatis, quam non feriatis propter dictum periculum permptionis instantiæ, & non aliter vndè, &c. Notificato dicto Titio constat per T. Port.

Nota 93. par. 1.

1 ITem nota quod † notificata parte in persona, seu per affixionem, aut aduocato subscripto

ſcripto in oppoſitionibus poteſt proſequi cauſam oppoſitoriam,& in ea poſſunt termini dari ſi non reperiuntur dati,& inprimis in ipſam cauſam fieri debet publicatio ſi non eſt facta vt ſupradictũ fuit quæ publicatio fieri ſolet modo infraſcripto.

Forma publicati.

Die, &c.

FActa eſt publicatio in cauſa oppoſitoria vertente inter Titium opponentem ex vna, & Sempronium oppoſitum parte ex altera propter periculum peremptionis inſtantiæ ſtante actu facto apud acta Curiæ de mandato T.Sp. Iudicis die, &c.

Item indè detur terminus oppoſito ad defendendum, & reprobandum ſub forma ſequenti videlicet.

Forma termini defenſorij, & reprobatorij.

Die,&c.

TErminus ad defendendum, & reprobandum vnius diei, vel vnius horæ,ſeu momenti, Meuio oppoſito in cauſa oppoſitoria quam habet cũ Titio opponente, & hoc propter periculum ermodicij, & peremptionis inſtantiæ ſtante actu facto apud acta Curię quod dentur danda de mandato Sp. domini Iudicis die, &c.

Indeq; debet fieri publicatio ſi actum eſt in termino forma cuius talis eſt.

Facta eſt publicatio elapſo die, vel hora,ſeu momento ſuper termino defenſorio, & reprobatorio indulto Sempronio oppoſito, in cauſa oppoſitoria quam habet cum Titio opponente, ſtante actu facto de mandato Iudicis pænes acta Curiæ quod dentur danda, & fiant fienda.

Itẽ oppoſitus ipſe in dicto ſuo termino defenſorio, ſiuè reprobatorio preſentauerit. aliqua capitula, & ſuper eis produxerit teſtes,vel præſantauerit proteſtata deindè detur terminus opponenti ad reprobandum.& ſi noluerit ſibi capere terminum prędictũ poteſt eum repudiare, & deuenire ad concluſionem in cauſa,& in calce eiuſdem concluſionis dicere repudiato termino reprobatorio ex parte cõcludẽtis, & ſi voluerit ipſum terminum reprobatorium debet dari ſub forma ſequẽti videlicet.

Forma termini ad reprobandum ad panas.

TErminus ad reprobandũ Titio opponenti aduerſus producta, & proteſtata hodiè preſentatę in cauſa oppoſitoria quam habet cum Sẽpronio oppoſito, & hoc per totum hodiernum diem, ſeu vſq;ad horam,&c. Stante elapſo momento ipſius ſupradicti publicati ob periculum peremptionis inſtantiæ ſtante actu facto apud acta Curię quod dentur danda,&c.

Itẽ indè ſuper eo elapſo momento fit publicatio ſuper dicto termino reprobatorio qua facta elapſo momento ſi non agitur inter Ciues Panormi poteſt deueniri ad concluſionem proceſſus, ſeu ad collationem ipſius, & ſi ageretur inter Ciues Panormi opus eſt deuenire ad dationem termini ad peremptorias, qui debet dari,tam oppoſito, quam opponẽti ſi eſſemus in M.C.ſi verò in Curię Prę urę Fel. Vrb. Panor.detur ſolum modo oppoſito,qui terminus eſt, vt infrà.

Forma termini ad peremptorias peremptionis inſtantiæ.

TErminus ad peremptorias Sẽpronio oppoſito vnius momenti in cauſa oppoſitoria quam habet cum Titio opeonente, & hoc propter periculũ peremptionis inſtantię ſtante actu facto apud acta Curię de mandato Iudicis die,&c. Quod dentur danda.& fiant fiẽda.

Item ſi in dicto termino ad peremptorias aliquid fit indè elapſo termino fiat publicatio ſub forma ſequenti videlicet.

Forma publicati ſuper termino ad peremptorias.

FActa eſt publicatio elapſo momento ſuper termino ad peremptorias indulto Sẽpronio oppoſito in cauſa oppoſitoria quam habet cum Titio opponente ſtante actu facto apud acta Curiæ de mandato Iudicis quod dentur danda,& fiant fienda.

Item indè detur terminus Titio ad reprobãdum,& ſi noluerit terminũ prædictum poteſt terminum prædictum repudiare, & indè deuenire ad concluſionem,& in calce mentionem facere de repudiatione ipſius termini, & ſi aliqua ex dictis partibus voluerit ſibi reſtitui, & capi terminus reſtitutorius extraordinarius hoc facere poteſt ſub forma ſequenti videlicet.

Forma reſtitutionis extraordinariæ.

REſtitutus eſt ex cauſa, Sempronius oppoſitus elapſo momento in cauſa oppoſitoria quam habet cum Titio opponenti, ſtante actu facto de mandato Iudicis apud acta Curiæ quod dentur danda, &c.

Item ſi opponens voluerit ſimiliter ſe reſtituere

tuere poteſt, etiam ſibi capere reſtitutionem extraordinariam modo prædicto. Aduerte quod, tàm opponens, quàm oppoſitus bis poſſunt ſe reſtituere, & capere reſtitutiones modo prædicto extraordinariè.

Item poteſt deuenire ad concluſionem in cauſa oppoſitoria ad collationẽ proceſſus maximè ſi ageretur in feudalibus, quoniam de neceſſitate in cauſis feudalibus ſẽper opus eſt deuenire ad cõcluſionem, & indè ad collationem proceſſus, ex quo eſt de forma ritus aliàs viciaret, forma cuius concluſionis eſt, vt infrà.

Forma conluſionis ob periculum peremptionis inſtantiæ.

COnclusum eſt in cauſa oppoſitoria elapſo dicto momento vertente inter Titium opponentem ex vna, & Sempronium oppoſitum parte ex altera, & hoc propter periculum hærmodicij, & peremptionis inſtantiæ, ſtante actu facto apud acta Curię de mandato Iudicis die, &c. Quod dentur danda, & fiant fienda.

Forma collationis proceſſus.

Die, &c.

FActa eſt collatio proceſſus oppoſitorij elapſo momento vertẽte inter Titium opponentem ex vna, & Sempronium oppoſitũ parte ex altera, ſtante actu facto apud acta Curiæ de mandato Iudicis quod dentur danda propter periculum peremptionis inſtantiæ citato dicto opponente conſtat per contumaciam, ſeu per dictum actum.

Item deindè facta dicta collatione proceſſus, debet ſtatim micti proceſſus prædictum Sp. dominis Iudicibus, vt ponantur ſuper eo eorum viſa, indeq; per Magiſtrum Notarium annotetur dies viſionis, ſeu hora, & indè in vltimo die inſtantiæ debet proferri ſententia obſcura ſub forma ſequenti videlicet, quæ poteſt dari etiam extrà iudicium, & in die feriato ſi non poteſt dari in die præcedenti.

Forma ſententiæ obſcuræ.

In nomine domini Amen.

PRouidẽdus eſt proceſſus oppoſitorius vertens in M. R. C. inter Titium de T. opponentem ex vna, & Sempronium de T. oppoſitũ parte ex altera petitionis ex parte dicti opponentis, executionem prædictam cancellari, irritari, & annullari debere vna cum omnibus indè fortè ſecutis, ipſumq; oppoſitum ad expenſas omnes factas, & faciendas legitimè taxatas, & taxandas, tàm ex proceſſus, quàm extra etiam poſt ſententiam condemnari debere rationibus in proceſſu adductis, & declaratis, & ex parte prędicti oppoſiti quod executio per eum cauſata apud acta dictæ M. R. C. die, &c. Procedere debet, & ſuum debitum ſortiatur effectum, dictuſq; opponens ad expenſas omnes legitimè taxatas, & taxandas condemnetur rationibus, iuribus, & cauſis in dicto proceſſu adductis, & declaratis, & omni alio meliori modo.

IESVS.

PRouiſum eſt per nos T. Iudicis M. R. C. quòd executio prędicta retractari, vel procedere debet ſi ex iſto proceſſu retractari ſiuè procedere debet hanc noſtram.

Lata lecta, & pronuntiata fuit, & eſt ſupradicta ſententia obſcura per T. Iudicis M. R. C. die, &c. In hora, &c. Et hoc propter periculum hermodicij, & peremptionis inſtantiæ notificata ſupradicta ſententia dicto Titio opponenti conſtat per T. Port. die, &c.

Nota 94. par. 1.

1 ITEM notandum eſt quod lata ſententia prædicta obſcura infrà terminum dierum decem de neceſſitate, † tam opponens, quàm oppoſitus debet de ea appellare, & præſentare tabulas expenſarum alias elapſo termino prædicto dierum decem non poteſt deueniri ad præſentationem tabulæ expenſarum, nec minus aliquis poteſt audiri in appellatione, ex quo debet appellare, & expenſarum tabulam præſentare infrà decennium.

Et lata ipſa ſententia oſcura ſi eſſemus in feudalibus, tunc opus eſt iniungi facere altera pars, quatenus infrà terminum menſis vnius habeat allegare in ipſa cauſa facto prius verbo Eccellentiæ ſuæ ante prolationem ſententiæ obſcuræ, & elapſo menſe poteſt procedi ad ſententiam declaratoriam, & quando vis appellare tamen ad hoc deuenitur num. 1. infrà dies decem vt ſupra, quę appellatio fieri poteſt modo infraſcripto videlicet.

Forma appellationis ſententiæ obſcuræ.

SEmpronius de T. dixit qualiter in cauſa oppoſitoria inter eum, & Titium vertẽte fuit lata ſententia obſcura, & de iure venit declaranda in fauorẽ ipſius Sempronij, & ſi, & quatenus fuerit contra eum lata quod non creditur ex nunc prout ex tunc eam dixit, & dicit nullam

nullam improntu nullitate promptuaria seorsum ab ea, & si qua est appellauit, & appellat omni remedio sibi de iure competente offerens, &c. Vnde, &c.

Nota 95. par. 1.

1 ITEM nota postquam fuerit lata sententia obscura † debet declarari infrà menses duos, sicut dictum fuit de interlocutorijs obscuris, vt supra, nam infertur quod sententia quæ ex aliquam causa redditur dubia, aut obscura non valet ex quo controuersiam, & negotium dici non potest quinimo dubietas adhuc retinet partes ancipites, & dubiosas, & sic perindè est, ac si non fuisset lata quo ad causæ, & controuersiæ propositæ dicisionem arg. l. de ętate, §. qui tacuit cum seq. ff. de interro. actio. Et propterea etiam quod res in iudicio deducta sit generalis, & dubia curate tamen debet Iudex certam proferre sentētiam, vt in §. curare instit. de actio. & toto titu. C. de senten. quæ sinè cer. quant. profer. & Alexan. cons. 109. viso col. 1. lib. 5. pro declaratione cuius sententiæ in M. R. C. non solent micti scripturæ ad effectum prout in Curia Prætoriana prout supra declaratum fuit, nam in M. C. infrà terminum prædictum mensium duorum per aliam sententiam Iudices declarant sententiam prædictam claram, qua lata † iterum, & de nouo qui con-
2 trariam reportauerit debet appellare, & victor taxare expensæ, & si, & quatenus fortè sententia obscura fuerit lata antè finem penultimi diei peremptionis instātiæ esset ipso iure nulla, quoniam sententia obscura debet proferri in vltimo die instantiæ, & non anteà licet vltimus dies sit feriatus ad honorem DEI.

Nam si super erit de instantia, sententia potest dari clara hac de causa debet proferri in vltimo die, instantiæ, vel momenti, & de hac materia vide Plenius Lazar. Frenutij tract. de moment. temp. & maximè in cap. 23. nu. 1. & 11. & in cap. 33. nu. 2. ad quem me refero. Aduerte tamē per instructione iuuenum licet videtur tractare de casu ab extra, & extrauagante attamen stāte vtilitate iuuenum dico quod sententia declaratoria requiritur ad rē emphiteoticam caducam dicendam, Deci. cons. 185. & Mascard. cons. 251. nu. 14. fol. 195. Aduerte quod si Iudex ordinarius fuerit puta magistratus municipalis, tunc si tempus pręfigitur, vt in casu nostro, vbi sententia debet proferri infrà duos menses siuè infrà terminum instantiæ scilicet si statuitus quod quęlibet causa intrà certū tempus expediri debeat, scilicet infrà duos menses vt in casu nostro, instantia causæ perempta censeatur. Et in dubio hoc semper præsumere debemus, videlicet quod tempus
3 causæ, & instantiæ præfixum intelligitur, † ad effectum, vt immortalitati litiū obuiuetur, vt ait Bald. in l. obseruare, § proficisci, 3. q. ff. de proconſ. Et si decursa instantia sententia lata
4 fuerit † erit ipso iure nulla, & ità dicit Paul. de Castr. cons. 184 col 2. & Alex. cons. 82. viso processu in prin. lib. 3. quæquidem sententia nulliter lata nō habet executionem paratam, ex quo non est sententia, ergò nec executio. Item dici potest etiam in instrumento, vbi statutum dat ei promptam, & paratam executionem, & hoc intelligitur quando instrumentum non est validum factum per Notarium, & non habeat necessaria requisita ad instrumentum secus si instrumentum fuerit legitimè factum iuribus præallegatis etiam aduertendum est,
5 quòd † ista nullitas, quæ in promptu apparet ex inspectione processu semper dicitur incidentur, & non principaliter opposita, vbi dicit quòd nullitas per modum exceptionis habet duo capita. Primum quando contrà executionem opponitur exceptio nullitatis. Secundum quando reus dicit sententiam contrà se latam fuisse nullam, nullitates quæ in promptu allegantur, sunt istæ videlicet, quia *vbi* petitur aliquid dari, vel fieri non potest peruenire ad diffinitiuam nisi lite contestata, vbi pars est præsens, & si est absens peruenitur ad primum, & secundum decretum, vt superius dictum fuit per 3. capit. istius nostri statuti. Secundo quando sententia est lata post peremptionem instantiæ. Tertio quando est lata contrà minorem sinè autem curatoris, vt latè de ista materia habetur per Matth. de Afflict. in decis. 283. num. 1. 2. 3. & 4. ad quem me remicto.

Nota. 96 par. 1.

ITEM nota qualiter aliquando aduocati malitiosè in suis exceptionibus siuè oppositionibus, † tam præsentandis aduersus adimplimentum executionis instrumentalis quam rei iudicatæ, vel contrà narrata, & petita in quocumq; libello in fine oppositionum, siuè exceptionum solent apponere infrascripta verba scilicet negantur narrata prout narrātur, & petita prout petuntur vera non esse, sed calumniose qua de causa petunt quod deferatur iuramentum de calumnia actori iuxtà iuris dispositionem, & ista verba poni debet in fine vbi nō ponderantur per actorem, & si hoc non obstante nō iurauit de calumnia tūc processus est nullus ipso iure licet quod ageretur summariæ, & de plano

no fine strepitu, & figura iudicij, & ità vidi plu ries iudicari maximè in causa bonę memorię, & Sp. domini Io. Aloysij Lello mei praeceptoris decisa per Sp. dominum de Canneta, tunc Iudicem Consistorij Delegatum Sacrę Regię Conscientiae, quod quidē iuramentum potest tacitè remitti, idest si non fuerit petitum secus quando in dictis exceptionibus, & oppositionibus, vel in alijs capitulis, seu supplicatione hoc expressè petitum fuit, vt cap. 1. de iurament. calum. in 6. quoniam si fuerit petitum, vt supra, & praestitum non fuerit totus processus est nullus, & ità inquit Paul. Castr. & Frāc. de Aret. in l. 2 § sed quia veremur, C. de iuramen calum. vbi Iacob. Bu. dixit, quod malitiosi procuratores dum respondent libello, negant narrata prout narrantur, &c. Et postea in fine scripturae petunt de calumnia iurari, & vlterius non insistunt, vt si tale iuramentum non pręstaretur totus processus redditur retro nullus quam opin. similiter tenet Bart. & clarius, Alex circa princip. in l. de pupillo, §. quia opus, ff. de ope. nou. nūc. Imol. in l. qui bona, §. si alieno.

Nota 97. par. 1.

ITEM nota etiam qualiter aduertendum est puta situ aduocatus vis causam vincere.
1 † aduerte diligenter, quod si post litis contestationem per procuratorem tantū interuenit dominus personaliter in iudicio, & tractat. causam per se ipsum semper contradicas, & scribi facias in actis, te non consentiente, immò contradicente, iuxta ea, quae ponit Bart. in l. 1. C. de rela. nec te vltra in verbis extēdas, & in fin. causae si vides cōtrà te debere ferri sententiam, immediatè alleges per omnes actus facti per dominum sunt nulli ipso iure, vt probatur in l. post litem, vbi videtur casus de hoc ff. de proc. & Ang. in d. l. post litem, & in l. quae causae eo. tit. vbi in eis clarum potest videri, & ad ea me remitto.

Nota 98. par. 1.

1 ITEM nota etiam † situ aduocate, vis quod in contractu non noceat tuo clientulo praescriptio videlicet quod in instrumento dicatur promisso tibi centum, & quod possit conueniri debitor quandocumq; tibi placuerit, vt est casus, secundum Ang. & ibi dicit in 3. nota. in l. quod si nolit, §. si quid, ff. de edi. ędic. facit quod not. in l. item illa §. quod adijcitur, ff. de cōst. penu. & hoc intellige in qualibet praescriptione inducta indefectū prouisionis hominis cui possit renunciari, secus in praescriptione inducta mero odio negligentis, quia non potest illi renunciari, secundum Bart. & Doct. in l. nemo potest de leg. 1. & per Bal. in l. item illa, ff. de constitu. penu. & per Bart. & Doct. in l. 1. ff. de vsur.

Nota 99. par. 1.

ITEM nota quod superius tractatum fuit de irritatione processus, & de oppositionibus fiendis per tertium aduersus executionem, quae fortè tenderet contrà eū,
1 qui † tertius à die scientiae adimplimentu ipsius executionis habet quindenā ad se opponendū excipiendum, & dicendū de iure suo etiā potest dicere, & opponere exceptionem contrà executionem, tàm instrumenti, quàm sententię, & isti dies quindecim numquā incipiunt currere, nisi à die scientię, vt supra, & pars aduersa non potest contradicere in aliquo nisi quod deferatur ei iuramentum, si à principio habuit scientiam, vel in quo die, & hoc locum habet quoad nullitatem si est promptuaria, &
2 apparet per inspectionē scripturarū, † rā quando igitur nullitas allegata apparebit praesertim ex actis, & processu quod tunc dicitur euidens, & notoria, & omnem calumniam excludens, omninò per Iudicem reuocanda est, vt inquit Bart. & Doct in l. 4 § cōdemnatum, ff. de re iud. & Deci. cons. 8 nu. 7. lib. 1. Quae nullitas potest tentari per tertiū pro suo interesse, vt supra, per tex. & glo. in verbo intentionis in cap. super eodem de offi. del. & Bart in l. 1. §. interdū vers. quęro, &c. ff. à quibus appel. non licet, & Ias. in l. à diuo pio, § super rebus, colu. fin. vers. ad idē facit, ff. de re iud. & Deci. cons. 664. viso nu. 7. scias quod reductionem ad arbitrium boni viri petens debet laudum iniquum probare, Mascar. conclu. 1159. num. 1. fol. 237. vol. 3.

Nota 100. par. 1.

ITEM notandum est quod potest tentari nullitas, † tàm principaliter, quàm
1 incidenter principaliter est puta si diceretur quod tale instrumentum ex defectu talis solemnitatis est nullum, & inualidum, & quatenus consistat, dico me ex eo vltrà dimidiā iusti pretij fore, & esse laesum, ac deceptum, & circumuentū, quapropter debet rescindi, & rem meam mihi restitui,

aut illius pretium suppleri debere, vt in l. 2.C. de rescind. vend. & C. dilecti extrà de empt. Guid. Pap. in decis. 143. nu. 1.

Incidetur verò dici potest si fortè puta scilicet quando in iuditio proposita, ac de ea tamquam incidentur, & secundario cognoscetur si petitum fuerit (quod pro cassa irrita, & nulla habeatur sententia prima) ex integro super negotio principali pronuntietur, ac sententia prædicta reformetur, tunc etenim principaliter cognoscendum est de causa, & principali negotio, & incidenter de nullitate ipsius sententiæ, l. 1. C. de sent. ex pericul. reci. l. fin. de sent. quæ sine cer. quant. prof. l. si de proprietate, C. si à non comp. iud. l. cum non ea C. quand. prouo.

Dicitur enim incidenter quando cognoscitur de nullitate per viam exceptionis, seu replicationis in iuditio deducitur, qui modus
2 est frequens, & valdè vtilis. † Nam finge quod conuenias me veluti fideiussorem alicuius personę, quę pro alio intercessit, excipiam de nullitate huiusmodi obligationis, & est tex. in l. quam, in fine, & in l. 1. cum sequen. ff. ad senatusconsul. velleia.

Et ista nullitas potest dici quod sit vitium, seu defectus rei gestæ, ob legis transgressionē proueniens, & quod est ius, & commune auxilium, ad irritandum, seu irritum nuntiandum actum de quo quæritur, competens, vt inquit Vant. in tit. quod sit nullitas num. 1. fol. 5. de qua pro modo tractandū solummodo est quo-
3 modo deuenitur ad nullitatem tentandam † sub breuitate incidentur ad ipsam nullitatem quoniam principaliter tractandum est in suo loco, & sic secundum practicam quotidianam incipiendum est ab oppositionibus, quę solent fieri in causis executiuis, seu oppositorijs, & indè etiam in suo loco tractabitur de ista materia per viam exceptionum, sed pro modo volo vt scias quod possessorem cōtra tertium requiritur probatio dominij directi, vel vtilis, siuè ille prætentionem lucratiuam, siuè bonorum, Mascr. concl. 456. nu. 20. fol. 349. vol. 1. & sic concludendo dico qualiter ad instātiam creditoris pro quæstionibus antedictis si litterę iustitiæ cū potest se opponere contrarium, vt supra quarum tenor oppositionum est, & vide infrà.

Forma oppositionum.

Oppositiones, & iura quæ, & quas dat offert, & præsentat in M. R. C. Filibertus de T. tamquam tertius comparens pro suo interesse opponens ex vna contrà, & aduersus Io. de T. oppositum parte ex altera in causa oppositoria inter eos vertente in qua proceditur, &c.

In primis, &c.

ITem ponit quod pręsens causa oppositoria fuit, & est petitionis, vt infrà melius dici colligi, & censeri potuit, & potest, & die sua, &c.

Item ponit quod licet nulliter, & indebitè, & contrà iuris formā reperiatur causata asserta executio ad instantiā oppositi contrà Martinum de T. virtute cuiusdā asserti instrumenti manu publica celebrati die, &c. Quæ effectum habuit scilicet iniustè super certis terris, & vinea hypotecatis, & primo loco obligatis dicto opponenti, quo casu debet retractari vnā cum omnibus indè fortè secutis, nā qui prior in tempore potior est in iure, & tanto fortius quod instrumentum virtute cuius fuit causata asserta executio caret formis, & sollemnitatibus debitis, & oportunis, & à iure statutis, & requisitis, tum quia est abrasum in partibus, & locis substātialibus, tum etiā illę, qui scripsisse dicitur ipsum instrumentum, nō fuit, nec est publicus, nec authenticus, tum enim est simulatum, & non verum, quia penitus dignoscitur esse falsum, alijsq; de causis die sua proponendis dicendis, & allegandis in voce, & in scriptis multipliciter vitiosū, quo casu in asserto instrumēto nō est adhibenda fides, & quando præmissa cessarent prout modo cessant de iuribus inter alios actis non nocent tertio, immò potest dici, tàm de nullitate, quàm de suo iure habente super rebus ipsis, de quibus agitur, & sic merito dicta asserta executio cū omnibus antè, & indè fortè secutis debent annullari irritari, & cācellari, & est iuris, & per scripturas apparet, & melius die sua.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Et antequā præsentes ingrediantur oppositiones dictus oppones protestatur sibi, &c.

Item ponit quod nulli dubium est dictam assertam executionem venire annullandam, & penitus irritandam vnam cum omnibus indè, & antè fortè secutis, quoniam ipse oppositus collusione facta cum dicto Martino forsitàm ad effectum excludendi ipsum opponentem à sua actione hypotheca obligationè, & iuribus per eumdem opponentem habitis super dictis rebus super quibus reperitur interpositum dictum assertum primum decretum quod fuit tradditum dicto Martino in citato, & in audito opponenti, ex quo cautum est in iure ꝙ tertius debet citari quatenus sua putauerit

uerit interesse quando potest lædi ex aliquo actu, & maximè in casu nostro quod notorium est quod bona ipsius Martini sunt hypotecata dicto opponenti, & si fortè oppositus diceret quod de hoc non habuit notitiam, attamen creditores incerti debēt notificari per proclama publicè alias quandocumq; infrà annos triginta possunt docere de eorū interesse, & agere contrà quos vis detemptores, & possessores ipsorum bonorū hypotecatorū, & est iuris, & per acta demostrabitur, & melius die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Ad quod probandum ponit non se tamen astringendo, &c. Qualiter, & indè debēt poni illa verba vulgarizata quæ faciunt pro fundamento intentionis opponentis, & indè dicere.

Item ponit quod clarum est in iure rationibus pręallegatis, & alijs apparētibus per scripturas, & nonnulis alijs dicendis, & allegandis in voce, & in scriptis quæ habeantur pro protestatis positis dictis, & allegatis in pręsēti termino quindenæ in tantum quod dicta asserta executio vnam cum omnibus indè, & antè fortè secutis veniunt annullanda, & penitus cancellanda maximè quod ipse oppositus calumniosè, & indebitè ipsam assertam executionem exercuit quo casu opponēs ipse negauit, & negat narrata prout narrantur, & posita prout apponuntur in ipsa asserta executione, ex quo non sunt vera immò indebitè, & calumniosè petita hac de causa deferri debet eidem opposito iuramentū de calumnia iuxtà iuris dispositionem, & non aliter ergò, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Super quibus omnibus, & eorum singulis petit, &c.

Item non se astringens, &c.

Item reuocans, &c.

Item deducens, &c.

Item protestatur sibi omnes expēsas factas, & faciendas, &c.

Item protestatur sibi omnes scripturas pręsentatas, & præsentandas, &c.

Quarè conflito, &c. Petit opponens ipse per eamdem M. R. C. dictam assertam executionem annullari, irritari, cancellari, & reuocari debere vna cum dicto asserto primo decreto, & omnibus antè, & indè fortè secutis, ipsum oppositum condemnari debere ad omnes, & singulas expensas factas, & faciendas, taxatas, & taxandas, tam ex processu, quod extrà etiam post sententiam, & ità petit isto, & omni alio meliori modo, &c. Officium iudicis implorando, &c. Saluo iure, & arbitrio addendi, & diminuendi, &c.

Vid. T. Aduocatus, &c.

Aduertentię circa præsentationem oppositum.

Licet super decimo septimo cap. Ritus ibi

1 si se opposuerit, &c. vbi tractare videtur † qualiter adimpleta executione per expignorationem bonorū debitoris, vel per fideiubsionē bancalem iusta forma cap. Ritus 29 ipse debitor infrà terminū dierum quindecim numerando à die pręstitæ fideiubsionis, vel receptionis cędulę primi decreti, seu missionis potest suas oppositiones præsentare, non obstāte quod promisit in contractu non se opponere, ratio est quia ex forma dicti cap. 17. Ritus non videtur denegare præsentationem oppositionum, & iste terminus quindenę tamquā odiosus currit de momento ad momentū, & quia in curijs non solet annotari hora adimplimenti quo casu ille primus dies termini videtur vtilis, & sic quindena incipit a die sequētis, & videtur concordare cum illa vulgatissima regula

2 vbi solet dici † quod dies termini non computatur in termino fallit in termino ad appellandum Sigism. Scacc. in tract. de iudicijs cap. 32. n. 19 fol 41. fallit enim in sindicatu, nam in die promulgationis bāni solet poni ora in qua promulgetur, secus ergo in casu nostro ex eo quia in die adimplimenti non solet annotari dies ex quo est utilis illus, primus dies adimplimenti executionis, nihilominus hodię aliqui solent malitiose præsentare in iuditio oppositiones post ella præsā quindenā, & cū toto hoc creditor debet mittere scripturas ad effectum

3 & petere † quod oppositiones nō admictantur, & præsentata in eis delleatur stante quod sunt nuliter præsentatę extrà quindenam quoniam Ritus M. R. C. non permittit præsentationem oppositionum post quindenam elapsam, ut in dicto cap. Ritus decimo septimo alias ita bene uerum quod creditor tenetur pignora infrà quindenam subastari facere ut in dicto cap. Ritus, & si non curauerit pignora subhastare facere tunc debitor ante aditum pignus potest se opponere, & ita praticatur ex quo ipse creditor non adimpleuit ex parte sua id q tenebatur

4 adimplere † taliter q cessante causa cessat effectus. Item aduertendum est qualiter etiā in

in subhastatione pignorum creditor admictatur ad licitādum, ita, late habetur per Scac. ca. 96 num. 40 fol. 188. non solum potest debitor se opponere modo giam dicto, si uero etiam tertius pro suo interesse licet sit è cassa elapsa quindena si cum iuramento firmauerit non habere notitiam de espignoratione bonorum quo casu sibi currit quindena à die scientiæ ad se opponendum, nā tertius admictitur ad impediendam executionem quando docet de dominio & possessione, licet executio non est contrà eum causata, sed contra alium etiam ꝙ sit causata contra principalem debitorem, vel eius hęredem, & ità dixit d. de Milanese Panor. in decisio. 12. nu. 117. & seq. Car. 60 scias etiā
5 † quod tertius interueniens ad causā habetur loco actoris, & ideo non potest declinare forū rei, idem Schacc. in cap. 101. num. 13. car. 241. taliter quod forma data per statutum debet obseruari, & si non obseruaretur ille actus factus contrā forma statuti est ipso iure nullus l. non dubium C. de legib. aduerte quod in executiuis, vt sepius dictum fuit datur litis contestatio qua de causa iuditium non dicitur ante litis cōtestationem l. amplius ff. rem ratā hab. acta quæ fiunt ante litis contestationem dicūtur præparatoria, seu pręambula iudicij, Ias. in rub C. de edend. & Ioan. Bapt. Asinius in sua
6 prat. §. 14 nu. 15. † taliter quod oppositiones habent vim litis contestationis, & potest dici actus contradictorius, ex quo pręsentantur per debitorem aduersus petitionem, seu executionem factam ad instantiam creditoris, tamen si oppositiones sunt præsentatæ extrà quindenā virtute ipsarum non potest deueniri ad ventilationem causæ oppositoriæ, sed potest creditor mictere scripturas ad effectum, quod non intrent, & pręsentata deleantur vt supra dictū fuit, tum quia illa præsentatio facta extrà ter-
7 minum est in validam, † nam paria esse aliquid non fieri, vel fieri, & fieri inutiliter, l. quoties,
8 ff. qui satisd. cogant. † Aduerte quod oppositiones non admictuntur aduersus expensas factas in causa oppositoria, quoniam competit solummodo taxatione modificatiua stāte forma cuiusdam actus in vim Pragmaticæ supra calendati, & ità dixit d. de Milane. in decis. 15. num. 95. lib. 1. car. 88. & ità est consuetum in Regno, nam consuetudo est domina omnium rerum, vt dixit Ioseph Ludouic. in decis. Perus. 62. num. 25. par. 2. & ista sufficiunt secundum intentionem nostram.

Nota 101. par. 1.

1 ITem nota ꝙ † ista causa oppositoria non est summaria, & de plano stante forma dictæ Regiæ Pragmaticæ, ex quo in ea clarum videtur apparere quod causæ magis priuilegiatæ, vt sunt causæ spolij, & executiuæ videntur manere in eorū robbore, & firmitate, vt in dictis Pragmaticis licet omnes causæ, tàm ciuiles, quàm criminales in Regno sint summariæ, tū quia qui totū dicit nihil excludit, & istæ quæstiones in causa oppositoria locum habent in instrumentis, & contractibus, qui sunt de casibus contentis, & declaratis in cap. supradicto 19. incipiente. item prædicta locum habere volumus, &c. Et licet locum haberet in dictis instrumentis, attamen in ea potest deueniri virtute sententiæ transactæ in rem iudicatam si essemus infrà annum, & etiam virtute confessionis factæ in iudicio, atq; virtute præcepti Iudicis de soluēdo, quo casu facto adimplemēto iuxta formā l. à diuo pio §. in vēditione ff. de re iud. & ità videtur tractare per dict. Milan. in decis. 5. nu. 42. lib. 1. tunc à die missionis, seu annotationis apud acta, vel primi decreti siuè à die præstite fideiussionis bancalis debitor habet quindenam ad se opponendum, ac si ad hoc deuentum fuisse virtute con-
2 tractuū qui sunt de casibus, seu quando † puta fuerit datus aliquis terminus, vel facta aliqua iniunctio, iniunctus infrà terminum præfixum in ipsa iniunctione, seu contentum in termino potest similiter in dictis terminis ei datis se opponere, tàm in causa ciuili, quàm in causa criminali, & è contra quia in causa criminali proceditur ad instar causæ ciuilis, & in causa ciuili ad instar causæ criminalis.

Et per oppositiones prædictas, opponens pōt petere quod terminus siuè iniuntio deleatur, & oppositus per suas exceptiones respondere potest quod terminus siuè iniuntio procedat, & suum debitum sortiatur effectū, † &
3 latis sententijs in istis causis oppositorijs licet non esset processum virtute instrumentorum de casibus, tamen istæ sententiæ habent priuilegium, ac si esset processum in eis virtute instrumentorum de casibus, quando tamen sententia fuerit lata per Doctores, vel de eorum Consilio. & ità habetur expressè in cap. Regni 37. fol. 287. recolendæ memoriæ Regis Ioan. in quo videtur disponere in omnibus causis oppositorijs cum clausula non obstante Ritu M. R. C. sic loquendo generaliter recipit generaliter intellectum, quo casu istę sententię habent vim ac si essent latæ per M. C.

Et quia in istis oppositionibus atq; exceptionibus solent poni aliquæ clausulæ necessariæ pro robboratione ipsarū, & etiam clausulę istæ apponi solēt in libellis, ergò pro instru-
4 ctione iuuenum, † vidēdum est quæ clausulæ sint necessariæ in eis, & quæ efficatiam habēt, vt iuuenes possint inuigilare quando deueniūt

ad

ad fabricationem, & confectionem libelli oppositionum, & exceptionum quæquidem clausulæ licet sint plures tamen tanquã solummodo de aliquibus magis necessarijs, quę sunt hę videlicet.

In primis clausula quorum tenorem protestatur sibi si, & quatenus, quæ solet opponi in calce capitulorum, tàm libelli, quàm oppositionum, & exceptionum.

Secunda clausula super quibus omnibus, & singulis, &c.

Tertia clausula non se abstringens, &c.

Quarta clausula reuocat, siue reuocans, &c.

Quinta clausula protestatur sibi omnes expensas, &c.

Sexta clausula protestatur sibi omnes scripturas, &c.

Septima clausula petens isto, & omni alio minori modo, &c.

Octaua clausula implorans Iudicis officium, &c.

Nona clausula deducens, &c.

Decima clausula saluo iure addendi, &c. Vel saluo iure, & arbitrio meo cum protestatione addendi, &c.

Quoad primam respondetur, quorum tenorem sibi protestatur, &c.

Quæquidem clausula solet poni in calce capitulorum allegatariorum, seu positionum in fine quando in capitulo est vocata scriptura siue sunt vocata instrumenta acta, vel protestata, & quia in istis instrumentis forsitan reperiuntur verba contra illam personam, quæ caendauit, & vocauit eam hac de causa ponitur illa clausula quorum tenorem sibi protestatur si, & quatenus scilicet intendit eam producere quatenus pro eo faciunt, & in eius fauorem dictant, & quatenus contra eũ facit per protestationem non videtur pręiudiciũ inferri contra protestantem, & ita practicatur.

Quò ad secundam respondetur scilicet super quibus omnibus, & singulis, &c. Petit sibi ius, & iustitiam ministrari, quo casu etiã pronuntiari potest super eo quod fuit narratum in libello quamuis in conclusione nihil dictũ fuerit, vt inquit Deci. in cons. 62. n. 2.

Quæquidem clausula etiam saluat libellũ ab omni ineptitudine, & ita dicit Alex. in cõs. 121. col. pen. in 1. vol. & Cor. in cons. 305. & cons. 302. in 3. vol.

Quò ad tertiam respondetur scilicet non se adstringẽs, &c. Quę clausula operatur vt actor non teneatur probare qualitatem deductam in libello, & ista clausula solet apponi, tàm in libello, quàm in exceptionibus siue in positionibus, sed tamen valde vtilis est si apponatur in libello. Et est ratio quia quando proponuntur plura in libello tendentia ad probandum illud quod principaliter petitur videtur actor in dubio se astringere ad probandum omnia simul coniunctim, nõ diuisim, quibus nõ probatis succumbere debet, tamen si apponeretur ista clausula non videtur sibi præiudicium inferri, vt dicit Bar. in l. si duo, § cum inquilinus, ff vti posside, & l. pro hærede, in princ. in §. papi. ff. de acquir. hær. & Bart. in l. diuus, ff. de re iud. nisi de contraria voluntate agentis appareat. Aduerte ꝙ qualitas in aliquid adijcitur per modum non debet vtrinq; probari si in articulis est apposita clausula non se abstringens ad vtrumque probandum, Mascar. concl. 325. n. 12. fol. 143. vol. 1.

Quoniam qualitatem præpositam probare non tenetur, quia in libello posuit clausulam non se adstringens, idem Mascar. concl. 1248. n. 56. f. 222. vol 3.

Quoad quartam clausulam vbi dicitur reuocans, &c. Quæquidem clausula videtur posita pro reuocatione fortè facta in libello, aut exceptionibus, siue in positionibus per aduocatos. Quoniam error aduocati potest reuocari quandocunq; ante sententiam, secundum Azo. l. fi. alleg. probato tamen error.

3 Debet enim considerari si errauit in iure, aut in facto, nam si aduocatus errauit in iure, & tunc secũdum omnes potest reuocari, quia causę meę qualitatem certiorem habeo quam iuris statuta, & subtilitates, quæ fortè mihi minus plenè, vel penitus sunt incognitæ. Si autem in facto errauit, ego interrogatus, an ratum habeam, quod aduocatus meus in iudicio dixit, respondi ꝙ sic perinde est, ac si ego confitendo errassem ergo probato errore, reuocare potero quandocumq; ante sententiam C. de iuris, & facti, Ign. l. error, & ff. de confess. l. non fatetur, sic intelligas, C. de erro. aduocat. l. 1. Nam, & post sententiam reuocatur quãdocumq; error probabilis, ff. quãdo act. de pec. est annalis l. 2. Si autem non fuerit ame quęsitum, vtrum habeam ratum, vel non, vel fuit quæsitum, & ego cautè respondi, videlicet in hunc modum, habeo ratum id quod pro me dixerit, sed quod contra me nõ habeo ratum, tunc errorem suum nudo verbo sine probatione aliqua remoueo in tãtum quod ista clausula est valde vtilis necessaria.

Quò ad quintã clausulam, vbi protestatur sibi omnes expensas, &c. Per quamquidẽ clausulã Iudex censetur interpellatus, vt condemnet victum victori ad expensas, ad quas Iudex non tenetur condemnare uictũ si expensę nõ fuerunt petitæ, licet si vellet possit condemnare verum etiam quando expensæ reperiuntur petitæ Iudex tenetur omnino declarare super

eisdem

eisdem expensis factis in causa condemnare, condemnandum, alias faceret litem suam. Ità habetur per Bar. in l properandum §. fin autem alter vtra. col. fin C. de iud. & idem Doct. in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de damn. infect.

Quò ad sextam clausulam, vbi protestatur omnes scripturas, &c. Hoc intelligitur posse præsentari, & produci scripturam publicam, & non priuatam, quęquidem scripturæ publicæ possunt etiam præsentari post cōclusum in causa, si reperirentur protestatę de qua materia latè habetur per Afflict. in decis 272. nu. 1. & seq. per totum, & sic clausula prędicta similiter est valdè profigua.

Quò ad septimam clausulā, ibi petens isto, & omni alio meliori modo, &c. Aduerte quod ista clausula non opitulatur ad prędicta petens se admitti omni meliori modo, &c. Quę clausula non porrigitur ad non expressa in libello, vt dicit Abb. in cap. 2. 14. col. de ord. cogni. & in cap. examinata de iud.

Scire etiam oportet qualiter quando apponitur ista clausula absq; dictione, & operatur circa expressa tantum vt supra dictum fuit, sed si dicatur, (& omni meliori modo) tunc operatur etiā aliquid vltrà expressa, vt dicit Paul. Emil. par. 1. in decis. 124. nu. 1.

Ac etiam ista clausula facit actum valere eo modo, quo valere potest Bal. & Imol. in l. cum pater §. filijs matrem ff. de leg. 2.

Quò ad octauam clausulam, ibi implorans Iudicis officium, &c. Sciendum, est quod officium Iudicis, secundum Gof. est potestas Iudicis à iure sumpta, & habet locum, tam in his quæ antè iudicium fiunt, quam in his quæ in iudicio occurrunt facienda. Et imploratur loco principalis actionis vbi deficit, vt in cap. fi. de offic. iudi.

6 † Quodquidē officiū Iudicis est duplex scilicet nobile, & mercēnariū nobilis ideò appellatur quia à seipso interponitur, nec iure actionis siuè obligationis, vt puta si minor petit se restitui in integrum hoc non competit iure obligationis, quia Iudex non fuit obligatus, nec iure actionis, sed Iudicis officium misericorditer imploratur, &c.

Mercennarium autem Iudicis officium est, seu sic appellatur, quia deseruit actioni intentatæ, puta peto ate 20. actione mutui, Iudicis officiū deseruit mihi in hac actione, quia condemnat te vt restituas mihi viginti.

Quò ad nonam clausulam deducens, &c. licet ista clausula vulgaris, & cōmuniter adijciatur in quibuscumq; libellorum formis, tamen in casu præsenti quantū ad actorem non est necessaria, vt habetur in l. si mater in §. eadem l. & an eadem §. actiones ff. de except. rei iud. in tantum quod ista clausula non est necessaria poni in libello, sed in executionibus, & oppositionibus.

Quo ad decimam, & vltimam clausulam, ibi saluo iure addendi, &c. Pro authoritate tamen libellantis debet poni ista clausula, vt infra videlicet. Tu aduocate, qui intendit producere libellum, si vis taliter facere, quod etiam lite contestata possis addere, & minuere, & emendare, cautela est, quod non dicas in fine libelli, saluo iure addendi, &c. Quia cum per talem seruationem referas te ad ius, iuxta l. cū proponas, & ibi ad ius retulit C. de hæred. insti. & ipsum ius velit, quod lite contestata libellus non possit emendari, meritò talis clausula nihil habet operari, sed dicas saluo mihi arbitrio addendi, & minuendi, &c. Quia cum isto casu referas te ad arbitrium tuum, quod importat absolutam voluntatem, iuxta ea quæ habentur per Bart. & alios in l. si sic de leg. 1. & idem Bart. in l. alias in 3 col. ver. ex prædictis not ff. de al. men. & ciba leg. sequitur quod talis additio, seu diminutio etiā post litis cōtestationem, debet posse fieri, vt dicit Bal. & reputat tale dictum esse notandum in repe. in l. ędita C. de eden. & in cap. examinata de iud. in 17. col. vers. ità dubitatur de clausula saluo iure. Aduerte quod ditio omnis vniuersalis affirmatiua, collectiua omnes casus cōplectitur, & nil excludit Mascar. conclu. 148 num. 9. fol. 142. vol. 1.

Nota 102. par. 1.

1 ITEM nota † quod si opponens habet fundamentum suę intentionis plenè, & sufficienter probatum per acta vel scripturas aduersus executionē adimpletā, seu aduersus alia acta, vt supra calendata scilicet iniuntionis, confessionis, præcepti de soluendo, & aliorum tunc esset opus se opponere, vel si vult post mictere scripturas ad effectum in vim oppositionum, & protestatorum dicendo ad effectum in vim oppositionum, & protestatorū mictuntur, &c. † Et indè petere quod

2 executio siuè iniuntio, & alia acta retractentur, & deleantur, vna cum omnibus indè fortè secutis, & in calce ipsius effectus ponere quarum tenorem scripturarum sibi protestatur si, & quatenus, & postea debet sequi, vt infrà videlicet super quibus, & eorum singulis, &c. Et ità petit isto, & omni alio meliori modo, &c. Iudicis officium implorando, &c. Saluo iure

3 mihi arbitrio addendi, &c. † Quæquidē clausulæ

sulæ sũt sufficiẽtes in omnibus scripturis, quę mictuntur ad effectum, & si non vult procedere per viam effectus potest de hoc fieri supplicatio cũ petitione iam dicta, & indè concludere quarum scripturarũ tenorem sibi protestatur, &c. Super quibus, & eorum singulis, &c. Et ità petit isto, & omni alio minori modo, &c. Officiũ Iudicis implorando, &c. Et transeat in vim oppositionũ, & protestatorũ, &c. Et prout iustum est, vt alterius, &c. Quę clausulę sunt sufficientes in prędictum suppositionis, & habent locũ quando opponens non est habet necesse probare aliquid in facto; nam si fuerint factæ oppositiones, & in eis non reperiuntur capitula quisitoria, alia pars potest mictere ad effectum quod reijciantur secus si adsunt, ex quo debet procedi in causa oppositoria, altera pars potest respondere quod executio, siuè iniuntio procedat per contrarium effectum, &c.

Cap. 21.

Item si lata sententia in causa oppositoria debitor, aut creditor senserit se grauatum, licet succumbenti à Curijs inferioribus ad M. C. appellare, & aduersus eam in integrum restitutionem petere, vbi à iure communi permittitur. Ità tamen quod debitor, qui succumbuit in Ciuitatibus Panormi, Messanæ, Cathaniæ, Drepani, in quibus est iuris Peritorum copia, & verisimiliter sententiæ debent esse iustè latæ, satisfaciant in continenti post latam sententiam, manualiter, vel per distractionem bonorum, vt supra, creditori de debito suo, ità quod satisfactio prædicta modo impediatur propter appellationem, vel restitutionem in integrum præstito nihilominus per creditorem idoneum, vt bancus de restituendo petitionem, & interesse solutum in casu, quo succumbuerit in aliquo ex remedijs prædictis.

Nota 103. par. 1.

1 NOTA † quod antequam ingrediar ad declarationem pręcedentis capituli dico qualiter lata sententia, siuè interlocutoria in Curijs inferioribus ab ea via grauaminis potest appellare ad M. R. C. nam appellatio est prouocatio ad maiorem Iudicis ratione grauaminis illati, vel inferẽdi, Bart. in l. 1. in princ. ff. de appe. & Abb. in rubr. extra de appe. extra de offi. de leg. C. pastoralis §. præterea, & c. cũ cessante, & pro
2 intelligentia istius capituli, † sex capita principaliter consideranda sunt additur septimum. In primo dicitur si debitor, aut creditor senserit se grauatum, &c. Secũdo dicitur liceat succumbuenti à Curijs inferioribus ad M. C. appellare. Tertio, & aduersus eam in integram restitutionem petere vbi à iure communi permittitur. Quarto ità tamen quod debitor, qui succumbuit in Ciuitatibus Panormi, Messanæ, &c. In quibus est iuris Peritorũ copia, &c. Quinto satisfaciant incontinenti post latam sententiam manualiter, &c. Sexto, vel restitutionem in integrum pręstito nihilominus per creditorem idoneè, vt bancus de restituendo petitionem, & interesse, &c.

3 † Quò ad primum dico si debitor, aut creditor senserit se grauatum à sententia lata potest appellare ad M. C.

Quò ad secundum dicitur licitum est si senserit se grauatum à Curijs inferioribus ad superiorem appellare, & sic videndum est quid est appellatio vbi respõdetur quod appellatio nil aliud est nisi quædã prouocatio ad causam, vt habetur per dictum Robert. Lancel. in trac. de attent. par. 11. cap. 4. fol. 63. nu. 194.
4 † Nam ista appellatio reducit causam ad statũ in quo erat tempore litis contestatæ, vt habetur per dictum domin. Rober. Lancel. par. 11. cap. 12. n. 120. fol. 204. Quæquidem appellatio in omni causa censetur permissa nisi expresè reperiatur prohibita, idem Rober. par. 11. cap. 12. nu. 8. fol. 216. Et quatenus in hoc casu reperitur prohibita attamen si appellatio est prohibita in causa principali censetur etiam in causa accessoria prohibita, idem Rober. par. 3. cap.
5 28. nu. 131. fol. 551. † Quæquidem appellatio vnius prodest alteri habẽti causam cum altero communem, vt habetur per Iacob. de Puteo decis. 466. Item si apellans fortè reperiatur carceratus pro huiusmodi causa pro qua appellauit debet micti ad Iudicem appositionis, vt habetur per Thomam Gram. decis. 14. nu.
6 8. fol. 13. † Item appellans aliquid innouans appellatione pendente censetur appellationi renuntiare, idem Rober. Lancel par. 11. cap. 4. nu. 85. fol. 132. Aduerte tamen appellationem deuolutam, etiam vel inchoatam, vel introductam, inter se differunt, idẽ Rober. par. 11. cap. 12. nu. 4. fol. 197. scilicet deuoluta dicitur appellatio, quando est legitimè interposita, & parte intimata, idẽ Rober. in loco præallegato introducta dicitur quando est in auditorio principis intimata puta dice cancellario, qui hoc tenet auditorium ibidem inchoata autem dicitur quando pars est citata ibidem.

7 † Quo ad tertium aduersus dictam sententiam dicitur in isto capitulo quod non solũ potest appellare, verum etiam petere restitutionem in integrum vbi à iure communi permittitur

ctitur, vt in cap. de dolo quod metus causa de integrum resti. de mino. ex quibus causis maior. pro intelligentia ipsius debet sciri quod est

8 restitutio? † vbi respondetur quod nil aliud est nisi in pristinũ statum repositio, vt dicit Rob. Mar. in suo tract. iudic. in 2. par. num. 77. fol. 563. Sciendum est quod restitutio in integrũ non datur nisi ex enormissima læsione, vt habetur per Iacob. de Puteo in decis. 151. nu. 5.

9 † tamen restitutio integrum ob desertam oppositionem minori concedenda non est non probata læsione, ità dicit Mascar. in vol. 3. conclu. 1273. nu. 7. fol. 249. nisi quando læsio ipso iure præsummitur, ibidem n. 43. fol. 251. item debet aduerti quod restitutio in integrũ, vt cõpetat requiritur minor ætas, læsio sui facilitas, & dolus aduersarij, vt in prac. Papie. in

10 for. libel. nu. 6 fol. 96. †. Quequidem restitutio non solum datur minori, verum etiam maiori si habuerit iuxtam causam ignorantiæ, ibidem nu. 108. fol. 776. vt melius in l. papinianus, §. fin. de mino. quę restitutio peti debet intra quadrienniũ quod tempus si laberetur non amplius peti, posset l. fin. C. de temp. in integr. restit. Item restitutione in integrum pendente possunt fieri nouæ probationes, nouæ confessiones, ac nouę interrogationes, vt dicit idẽ de Lancel. par. 11. cap. 18. nu. 120. car. 385.

11 † Item quo ad quartu m vbi debitor, qui succumbuit in Ciuitatibus Messanæ, &c. Idẽ per istud statutum locũ habet propter copiã Doctorũ, qui sunt in Ciuitatibus declaratis in dicto capitulo, sed dico quod etiam locum habet si sententia fuerit lata in quacumq; alia Ciuitate, vel Terra de voto, & consilio Doctoris, vt in cap. Regni recolendæ memoriæ Regis Io. cap. 37. fol. 287.

12 † Item quò ad quintum habetur si sententia in causa oppositoria est lata per modum, vt supra tenetur quod contrariam reportauit statim soluere post latam sententiam manualiter debitum pro quo processit executio, vna cum expensis, siuè interesse, ex quo ista solutio non impeditur per appellationẽ, nec per restitutionem in integrum, vt in dicto cap. clarè patet.

Item quò ad sextum dicitur quod creditor tenetur præstare idoneè de restituendo in casu succumbentiæ debitum, siuè petitionẽ, & interesse, & sic quando est lata sententia in causa oppositoria licet quod Iudex in sentẽtia nõ dixerit pręstito de restituendo in casu succumbentiæ, tamen si ista fideiussio fuerit petita per debitorem, creditor tenetur fideiussionẽ pręstare stante quod est de forma istius Ritus, vt in dicto cap. patet.

Additur, vt supra septimum capitulũ quod dici potest accessoriũ quod non solũ succumbens potest petere appellationẽ, & restitutionem in integrum, verum etiam potest petere nullitatem ipsius sententiæ, vel processus corã illo Iudice, qui protulit ipsam sententiam, vel corã superiore, beneuerũ si nullitas est promptuaria impedit executionem sententiæ, ita dicit Io. de Imo. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. sed non habet locum quando exceptio nullitatis præponitur corã inferiori Iudice ab ea, qui pronuntiauit numquã impedit executionem, Mar. in dicto tract. in 6. par. num. 57. fol. 661. & si appellans est carceratus, debet mitti ad Iudicem appellationis, vt ait Thom. Gramm. in decis. 35. nu. 4. fol. 43. Et quando ista nullitas non est promptuaria, vt supra, tũc sententia debet mitti executioni, & sic sufficiunt ea, quę dicta sunt pro intelligẽtia supradicti capituli 21. Attamen non solum in quęstionibus potest allegari doctrina Doctorum, sed verum etiam dicta Prophetarum, & Sanctorum ad decis. causarũ allegari possunt, Mascar. conclu. 191. nu. 7 fol. 171. vol. 1.

Nota. 104. par. 1.

1 ITEM nota † quod ista restitutio *in integrum* conceditur per principem, aut per implorationem officij Iudicis. Nam illa restitutio, quæ tribuitur minoribus petitur officio Iudicis, vt in cap. fin. extrà de offic. Iud. ita hęc restitutio, quę tribuitur minorib⁹, vt probatur in l. si quis stipulatus sit ff. ex qui.

2 ca. ma. & requiritur libellus, vt in d. cap. fin. † Aduerte tu aduocate qualiter enormiter læsũ Iudex debet principaliter aduertere ad qualitatẽ læsionis, an sit magna, vel parua, quia pro nulla, vel modica læsione non cõceditur restitutio, vt in l. si dolum in fin ff. de dol. & l. fero ff. de integr. restit. & procedendum ad vlteriora etiam dicendũ est quod antequàm imponatur finis istius notæ, est etiam dicendũ † quod

3 restitutio in integrum non competit post quadrienniũ, Dec. cons. 329. nu. 5. in 2. par. quodquidem remedium in integrum est duplex scilicet alterum quod competit ordinariè ratione minoris ætatis, vel ex clausula generali, si qua mihi iuxtà causa videbitur, & hoc potest impetrare (de iure loquendo) à Iudice alterum verò quando non competit, sed requiritur mera gratia maximè quandò à sententia non est appellatum infrà decem dies à die sententiæ latæ, quo casu recurritur ad Principem qui illud concedit l. 1. §. si quis vltro ff de quæst. & in cap. 2. de purg. vulg. & Bart. in d. §. si quis

4 vltro, † & quando conceditur à Iudice, potest concedi

concedi ab eo Iudice, qui iudicauit, l. in causę §. fin. ff. de minoribus, nec dicitur suspectus, ex ratione notata in tex. in l. perfecti, ff. de mi-
5 noribus vbi videri potest, & † quò ad secunda supradicta conceditur ex mera gratia Principis, ut loquitur totus titulus, C. de sent. pass. & l. 1. §. deinde adicit ff. de postul. & Fel.
6 in cap. cum te de re iudic. † quæquidem restitutio non solum peti debet infrà quadrienniũ à die perfecto præscriptionis, siuè causatæ læsionis, l. fin. C. de temp. in integr. rest. peten.
7 sed verum etiam † istud quadriennium nõ incipit currere nisi à die scientię, & sic est vtile in initio, sed continuũ in progressu, & quod non currat nisi à die scientiæ probatur in d. l. fin. & Alex. cons. 71. prima consideratione, vlt. col. & cõs. 84. in causa vertente 2. col. 1. vol. & cõs. 4. videretur inspectis, col 7. & cõs. 89. viso pũcto 3. col. & cons. 169. viso themate pen. col. 2. vol. & cons. 83. reuocatur in dubium circa fin. vol.
8 5. & pro euidẽtia scias † quod restitutio in integrũ minoris requirit duo principalia, primum est minor ætas, vt l. 1. in princ ff. de mino. & l. doli. §. diuersum, ff. de noua, secundum est circumscriptio quod, vt dicit Bal. glo. in l. non videtur C. de in integrũ restit. min. est ciuile vocabulum includens lęsionem minoris, seu deceptionẽ sui facilitate, vel dolo aduersarij contringẽtem cum qualificatione, quia nõ omnis lęsio est fundamentũ, vel causa restitutionis, sed læsiõ habẽs comitem facilitatem propriã,
9 vel doli aduersarij, † qua propter minor informatione libelli sui, in qua se petit in integrum restitui propter læsionẽ debet dicere se læsum sui facilitate, vel aduersarij dolo, habet enim duo probare scilicet minorem ætatem, & læsionem, alias non est audiendus, vt l. nam postea, §. si minor ff. de iur. iur. bene verum quod sufficit dicere se circumscriptũ, quamuis non exprimat causã lęsionis, vt dicit Bar. in l. minor autem §. fin autem ff. de minoribus, & Alber. ead. tit. l. quod si minor §. non semper in processu tamen erit declaranda causa deceptionis seu læsionis, & etiam probanda, per not. in l. fin. C. de anna. except. & in cap. significantibus
10 extrà de libelli oblatio. scias † enim quod ista causa sufficit inchoari infrà quadriennium, vt dicit Affl. in decis. 175. & Vrsil. super eadem decis. tamen aliqui dicunt quod non solum restitutio peti debet infrà quadrienniũ, sed verũ etiam in eodem quadriennio debet concludi, & terminari, nam actio in isto remedio extraordinario non perpetuatur. Ergò si non perpetuatur in eodem termino instantiæ annorum quatuor debet terminari, & finiri, per tex. in l. petendæ, & ibi glos. C. de tempor. restitu.
11 peten. Scias enim † quod nil aliud est restitutio nisi in pristinum statum repositio, & de ista materia vide latè, Maran. in verbo secundus actus principalis nu. 77. & seq. & vide ea, quæ dicta sunt, per Cald. in tit. infrà leg. tẽpus car. 338. & seq. & est ista restitutio, quædã species appellationis, quod enim maiores appellationis remedios idẽ minores ętatis beneficio consequuntur inquit iuris consultus in l. pręces. ff.
12 de minor. & † appellationi restitutionẽ æquiparari, & cum appellatione similitudinem habere ad effectum, vt omnia remaneant in ueteri statu, tradit post Bal. in authent. quæ supplicatio C. de præcibus imper. offer. † quæ re-
13 stitutio habet effectum suspensiuũ, Bal. in l. si causa cognita, & in l. 2. C. si ex falsis instrum. & sic appellatio videtur reducere causã in illo pristino statu, in quo erat post litem contestatã causæ ipsius principalis, à qua appellatum fuit tex. est, & ibi Bart. & Bal. & communiter Doctores in l.ità demũ, C. de procur. vt supra dixi, in tantũ quod similiter videtur locum habere post petitam restitutionẽ in integrum, stante quod est species appellationis, & si lęsio apparuerit ex inspectione processus potest agi etiam coram Iudice protulente sententiã, nam incidentur appellatur, & dicitur ista nullitas, vt dixit Affl. in decis. 283. nu. 2. vbi etiam habetur, quod citatio ad dicendum, & allegandũ quicquid voluerit in causa postea ommictitur citatio ad audiendam sententiã, & ista est sollennitas de iure positiuo, vt tradit ipse Affl. in d.
14 decis. nu. 6. in fine, † & quia ista citatio quę solet fieri per iniuntionem ad dicendum, & allegandum quicquid voluerit maximè in causis commissis statim, & etiam in feudalibus, & in fine ipsius iniuntionis solẽt de stilo Curiæ poni illa verba alias, &c. Et ista clausula seu verba alias, &c. Includitur quod si non venerit procedetur ad vlteriora contra eum secundum
14 pręsentem petitionẽ. Est † enim de natura citationis peremptoriæ, quod fiat cum cominatione, vt in l. si consentaneũ vbi casus, & ibi Bar. & omnes, C. quomodo, & quando Iudex, & in l. ad peremptoriũ ff. de iudic. & in cap. cõsuluit extrà de offi. de leg. licet incitatione requiratur certa forma, non satis est, quod illa tacitè, incitatione includatur, & probatur per id quod singulariter voluit Bart. in l. fin. C. de procur. & sic illa verba alias, &c. Faciunt quod Iudex procedat secundum partis petitionem factam in ipsa iniuntione prout iuris est confirmantur prędicta clarè, ex forma supradictorũ iurium, nam sub illa dictione alias, &c. Comprehenduntur alia verba, quę sequi solent secundum stilum, & consuetudinem, & naturã iuxta notata pleníssimè, per Bart. & alias in l. Gallus §.
16 idem credẽdũ ff. de liber. & posth. † quapropter

P

ter omnis citatio etiam si sit vnica post litis ingressum cēsetur, esse perēptoria, vt tenet Specul in tit. de citat. §. viso, vers. item peremptorium, & etiam Io. Andreas in d. cap. consuluit, in quibus quidem locis ipse, Bart. dixit quod citato non comparente potest Iudex ad petita procedere, parte non vlterius citata, & Doct. in d. cap. consuluit, & plenè Moderni in §. Iulianus in l. ad peremptoriū, & in l. peremptorio ff. de iudicijs, tamen Bal. post Iacob. Butri. voluit in l. sancimus C. de iud. 10. quæst. quod citatus ad processum non est vlterius citandus ad interlocutoriam ferendam super processu, secus in diffinitiua, facit quod nota Bart. in l. statu. liberis §. stichus annua ff. de stato liberis, taliter quod quando sumus in diffinitiuis ferendis, tam super incartamento quando proceditur statim, quam etiā super processu ventilato in quauis causa, etiam feudale, semper optimum est concluso processu dare terminū per viā iniuntionis cū dictis verbis, seu dictio, ne alias, &c. Ad dicendum, & allegandū, quo casu non est opus expressè exprimere ad sententiam audiendum, ex quo subintelligitur iu-
17 ribus de super per me allegatis, sciendum, † est quod à sententijs diffinitiuis restitutio in integrū denegatur per cap. Regni recolendæ memoriæ Regis Petri II. cap. 7. car. 74. licet appellatio reducat causam ad pristinū statum vt supra, tamen nō perpetuatur actio in causa restitutionis in integrū, sed bene in ea possit accumulari nullitas, vid. Guid. Pap. quæst. 143.
18 n. 12. Taliter † quod necesse est ponere in præsenti tractatu capita, quæ debent apponi in libello, & ea quę faciunt pro te debent poni in ipso libello, ex quo ista læsio potest deuenire diuersis ex causis, tàm in cōtractibus, quā in iudicijs, & libellus est tenoris sequētis videlicet.

Forma libelli in causa restitutionis in integrum.

Memoriale iura, & capita, ac rationes, quæ, & quas dat, offert, & præsentat in M. R. C. Raphael actor ex vna, contra, & aduersus Denielem conuentum parte ex altera, in causa restitutionis in integrum inter eos vertente, in qua proceditur summariè, & de plano iuxta formam nouæ Pragmaticæ, & hoc ex officio Iudicis alio meliori modo:

ITem ponit quod præsens causa fuit, & est petitionis restitutionis in integrum prout infrà melius dici, colligi, & censeri potuit, & potest, & die sua, &c.

Item licet in tali Curia die, &c. Reperiatur lata asserta sententia in fauorem dicti Danielis contra eumdē Raphaelē vigore cuius assertæ sententiæ nulliter, & indebitè latæ ipse cōuentus sibi ad iudicauit certa bona, & prædia ipsius actoris, prout patet per assertam cedulam secundi decreti, & per assertum actū assertæ captæ possessionis nihilominus via restitutionis in integrum nullitatis, & omni alio meliori modo debuit, & debet rescindi, & ipse actor reintegrari, & reduci ad pristinum statū, in quo erat antè tentatā assertam litem, vel antè assertam sententiam rationibus, iuribus, & causis, infrascriptis alijsq; melius apparentibus per scripturas, & melius die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Item ponit quod clarum est videre dictam assertam sentētiam fore, & esse nulliter latam, ac indebitè, & minus iustè, & contra iuris formam non citato ipso actore, vel reperitur lata contra minorem, & indefensum, & enormiter lęsum quo casu meritò venit annullanda, & rescindenda, & prout melius per acta apparet, & die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Ad quod probandum ponit non se tamen abstringēdo, &c. Qualiter in tempo che fù lata la ditta asserta sententia ipso atturi era minori di anni 18. & non hauia curatori, & si, & quatenus lo hauesi hauuto quello non apperecitato, & dicant testes ad intentionem producentis etiam extrà capitulum, &c.

Item ponit quod nulli dubium est dictam assertam sententiam venire annullandam, & meritò rescindendam, ex quo ipse actor erat absens pro aliquibus ex causis taliter quod reperitur indefensus, eo maximè quod vbi fuit tentata asserta quæstio erat pestis, ac de causa non tenebatur comparere in loco non tuto, & tanto fortius quod reperitur lata per assertum Iudicem incompetentem, ex quo ipse actor erat de tali foro, & de iure nemo tenetur comparere coram Iudice incompetente, & sic omnia acta facta per Iudicem non suum sunt ipso iure nulla, & prout melius die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Item ponit quod debet dicta asserta sententia nulla declarari, & meritò rescindi vna cum omnibus indè fortè secutis quoniam in tempore

pore quo reperitur lata non solum ipse actor erat minor annorum 18. verum etiam inconsultè, & indeliberatè nullius curatoris authoritate auedente prout requirebatur agi contra eum cum authoritate curatoris stante forma capitulorum Regni, & iuris, vel dicere vendidit, & tradidit in consultè absq; interuentu, & authoritate Iudicis, vel curatoris, & sic reperitur fabricatum assertum instrumentum nulliter, & indebitè, vt melius videtur apparere per capitulum Regni recolendę memorię Serenissimi Regis Caroli cap. 78. fol. 425. venditionis cuiusdam fundi, seu domus sitè, & positę in T. Ciuitate, & in tali Quarterio suis finibus limitatus, &c. Quamquidem venditionē licet ipse actor iurauit ratam habere, & tenere, & illam nō infringere nec annullare aliqua ratione, vel causa, quā rei veritate inspecta ipsa domus tēpore dictæ venditionis, & antè ipsius, venditionem, & hodiè reperiatur valoris vnc. tot, tamē non solum dictū assertū instrumentū venit annullandū, sed meritò rescindendū, tātò fortius quod ipse actor reperitur fuisse, & esse enormiter lęsus, & deceptus, ac damnificatus vltrà dimidiam iusti prætij, quo casu aduersus ipsā venditionem assertam, dicendum est fore, & esse in integrum restituendū, & restitui debere, & reponi in illum pristinum statum, & gradum in quo erat antè dictam assertam venditionem, prout iura disponunt, & per scripturas apparent, & melius die, sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Ad quod probandum ponit non se tamen abstringendo, &c. Qualiter la ditta casa, seu prædio, che fù venduta per lo ditto acturi allo ditto Conuento in tali tempo in vertù di contratto celebrato in li atti del tal Notaro, era di prezo, & valore di vnc. tot, dello quali prezo etiamè al presenti ditta casa come fù, & è notorio, & ogn'vno di sano giuditio, & intelletto haue ditto, & dici come il detto actore per la ditta venditione fù, & è leso, & agrauato, nihilominus dicant testes, & experti pratici quicquid sciunt, aut sentiunt de præmissis ad intentionem producentis etiam extrà capitulum, &................................ queratur.

Ex quibus omnibus à prima linea vsq; ad vltimam infertur, &c.

Item non se adstringens, &c.

Item reuocans, &c.

Item protestatur sibi omnes expensas, &c.

Item protestatur sibi omnes scripturas, &c.

Quarè constito, &c. Petit dictam assertā sententiam latam per dictam Curiam die, &c. Infauorem dicti talis contra talem rescindi, & annullari, ac nullam, & rescisam, & inualidam declarari qua rescisa, & annullata, & inualida declarata dictum actorem in integrum restitui in pristinum statum pro indè, ac si talis sententia lata minimę fuisset, & ità petit isto, & omni alio meliori modo, &c. Iudicis officium implorando, &c. Saluo iure cum protestatione, & arbitrio meo addendi, &c.

T. Aduocatus.

Vel sic quando agitur de venditione.

Quarè constito, &c. Petit omnes, & singulas supradictas venditiones, & alienationes fuisse, & esse nullas nullius robboris, valoris, & momenti, & prædictum actorē olim minorem fuisse etiam esse earum occasione enormiter læsum deceptum, & damnificatum vltrà dimidiam iusti prætij, & ob hoc fuisse, & esse aduersus ipsas, & quamlibet earum in integrum restituendum, & restitui debere eumdemq; Conuentum actualiter, & realiter aduersus ipsas alienationes, & venditiones, & quamlibet earum in integrum restitui debere, & ad statum pristinum reduci, & poni cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis, & in eius integrum statum, & eum reponendum in corporalē tenutam, & possessionē ipsius domus, & etiam cogatur, & cōdemnetur ipse Conuentus soluere omnia damna, interesse, & expensas legitimè liquidatas, & liquidandas, taxatas, & taxandas, tam ex processu, quàm extrà etiam post sententiā super quibus, & earum singulis, &c. Et ita petit isto, & omni alio meliori modo, &c. Officium Iudicis implorando, &c. Deducens, &c. Saluo iure cum protestatione addendi, &c.

T. Aduocatus.

Cap. 22.

SI verò sit facta executio in persona debitoris, & debitor in oppositionibus suis succumbuerit, & senserit, se granatum, & clarè appareat eum non habere, nec possidere bona, vndè possit soluere creditori, eodem debitore remanente in carceribus, possit vti aduersus sententiam prædictam benefitio appellationis, vel in integrum restitutionis, in alijs verò Curijs inferioribus aliorum locorum demanij, si ab earum sententijs fuerit appellatum ad M. R. C. vel in integrum restitutio petita, supersedeatur in

executione, pendente in Magna Curia appellatione, vel integrum restitutione,

Nota 105.par.1.

NOTA quod in ijs, quæ continentur
in precedenti capitulo iam in parte
fuit responsum, tàm circà appella-
tione, quam in integrum restitutio-
1 nem, † remanet solum modo dicere quod si
executio fuerit adimpleta per carcerationem
ad petitionem creditoris, & licet succumbue-
rit tamen si non habet bona mobilia, neq; im-
mobilia potest manere carceratus, & si habet
iuxtam causam aduersus sententiam contra
eum latam potest appellare, & restitui in inte-
grum, stante quod executio fuerit adimpleta
in persona debitoris, ex quo carcer habetur
pro adimplimento executionis, vt in cap. 29.
istius Ritus, & licet fuerit appellatum tamen
ista appellatio non suspendit, nec petitio resti-
tutionis in integrũ, ex quo debet manere car-
ceratus, vt in presẽti capitulo donec fuerit per
Iudicem ad quem sententiatum non obstante
quod virtute contractus non debet audiri an-
tè solutionem tamen fallit, in isto casu si non
habet bona mobilia, vel in mobilia quoniam
ad impossibile nemo tenetur maximè quod
in isto capitulo expresè dicitur quod possit se
defendere in carceribus, & sic videtur habere
locum etiam in instrumento cum pacto quod
2 non debet audiri antè solutionem, nam † ar-
gumentum de pacto ad statutum valet, glo. in
rub.C.de decre.decur.lib. 10. idem videtur te-
nere, glo.in l.cum maritus §. fi.ff.eo.tit.tanto
fortius, quoniam pactum, & statutũ a pari pro-
cedunt, ità dicit Guid.Pap.in sing 910.fol.119.
creditori infrà terminum dierum trium ad ve-
rificandum si debitor habet bona vndè possit
sibi satisfieri, & si habet tenetur super eis sibi
3 † satisfieri, & si non habet tenetur alere dictum
debitorem alias elapso triduo ex carceretur,
vt melius in dicta Pragmatica 19. vol. 2. car.
4 329. ac de causa non debent denegari † defen-
siones etiam quod fuerit damnatus ad mortẽ,
vt inquit Foller. in sua prax. Cano. nu. 48. fol.
81. Nam defensio est de iure naturali, & non
potest tolli à Principe, siuè à superiore tex.est,
& ibi Doct. in §. sed naturalia institu. de iure
natu. & ità dicit Bart. in tract. suo, qui sint re-
belles in vlt. col. & in l. facultas circà princ.C.
de iure fisc.lib. 10. Et hoc locum habet non so-
lum in M. C. & in alijs quatuor Curijs priuile-
giatis, verum etiam in Iudicem inferiore si sẽ-
tentia in causa oppositoria fuerit lata per Do-
ctorem, vel de consilio Doctoris, ità habetur
in capitulo Regni recolendæ memoriæ Regis
Ioan. cap. 37. fol. 287. secus si fuerit lata in Cu-
rijs inferioribus in causa oppositoria per Iudi-
5 cem laycum, ex quo † ista appellatio suspen-
dit executionẽ ipsius sententiæ iuribus præal-
legatis in nostro statuto quo casu non debet
manere in carceribus præstando de se præsen-
tando, & parendo sententiæ dandam per Iu-
dicem ad quem, & hæc sufficiant quo ad præ-
sentem, ex quo capitulum est clarum, & non
indiget, & declaratione.

Cap. 23.

SI verò executio fuerit facta in M.C. & lata sententia aliqua partium senserit se grauatam, liceat parti grauatę ab eadem sententia supplicare ab vncijs quinq; supra, & non infrà propter præheminentiam M. R. C. ità tamen, quod teneatur prius creditori satisfacere secundum formam capituli præcedentis, in integrum verò restitutione concedenda, ius commune seruetur.

Nota 106.par.1.

NOTA quod in isto capitulo dicitur
si verò executione fuerit facta in
1 M. C. & lata sententiam † per eam
ab vnc. quinq; infrà si aliqua parti-
um senserit se grauatam ab eadem sententia
non potest appellari propter præheminen-
tiam M.R.C. sed tantum supplicari, & ea quę
dicta sunt in causa oppositoria seu in executi-
uis, habent etiam locum in summarijs cau-
sis statuarijs, & alijs quoniam in cap. infrà 38.
dicitur quod causę sũmarię sunt ab vnc. quinq;
infrà, & clarum est de iure quod causæ execu-
tiuæ sunt summariæ, vt dicit Ruber. Mar. in
tract. iud. par. 4. distinc. 9. nu. 59. fol. 201. Et sic
à sententijs, siuè interlocutorijs latis in M. C.
scilicet ab vnc. quinq; infrà non potest appel-
lari propter præheminentiam ipsius M. R. C.
2 sed tantummodo supplicari † scilicet petere re-
uisionem ab ipsa sententia, seu interlocutoria
habente vim diffinitiuæ ad Consistorium Sa-
cræ Regiæ Conscientiæ, ex quo hodiè habe-
mus Iudices ordinarios, qua de causa sufficit
de mandato ipsorũ Iudicum citari facere par-
tem super reuisione sententiæ, & in primo re-
gimine incusare contumaciam, & in ea intro-
ducere omnia acta super quibus fuit latam sen-
3 tẽtia ipsa, † quæ reuisio potest infrà decẽ dies,
vel infrà biẽniũ stãte forma capitulorũ Regni
recolẽdę memorię Regis Alfonsi cap. 528. fol.
266. quibus elapsis non debet audiri amplius
in reuisione, vt in dicto cap. Regni de qua re-
uisione

uisione diffusius tractãdum est in cap. infrà 93 & non solũ potest ire per viã reuisionis, sed verũ etiam per via recursi, & in hoc scias qualiter recursus est ad Iudicẽ ad quẽ, & est via appellationis, Mascar. cõcl. 118. nu. 8. fo. 122. vol. 1. & renuntiante appellatione permictitur agere ad reuocationem attentatorum, ibidẽ Mascar. concl. 148. nu. 18. fol. 143. Sed tantummodo in præsenti dicendũ est quod in causa reuisionis sententia debet reuideri per eadem acta super quibus ea fuerit lata, beneuerum quod in M. C. praticatur quod omnia acta fortè facta ante ipsam sententiam, quę nõ reperiuntur in processum possunt pręsentari ad effectum cognoscendi veritatem negotij, secus si sũt facta post latam sententiam quiquidem magistratus Sacræ Regię Conscientię reperitur ordinatus per Sacram Realem, & Catholicam Maiestatẽ Domini nostri Regis Philippi in cap. 2. fol. 543. vbi inquit quod in omnibus sententijs in quibus est locus reuisioni debent reuideri per dictũ Sacrum Consistorium, & pro huiusmodi causa potest cõparere coram eo, & antequam fuisset ordinatum per dictam Sacram Regiam Maiestatem modo prædicto quando erat opus petere reuisionem solebat fieri supplicatio Excellẽtiæ suæ, & petere Iudices, & licet hodiè potest supplicari tamẽ ad effectum cõmictẽdi causã dictis Iudicibus quod statim prouideãt, vel in alio cõpetenti modo, & si aliqua ex partibus senserit se grauatam à dicto Consistorio tenetur comparere coram Iudicibus causarum criminalium M. C. & ita habetur in dicto secundo cap. Regni,
4 † in tantum quod qui succumbuit a M. C. ab vnc. quinq; infrà tenetur soluere debitum, & expensas antequam reuideatur in reuisione, & in petitione restitutionis in integrum ius commune seruatur, vt legitur in pręcedenti capitulo in fine, & circa restitutionem in integrum iam in notis post capitulũ 21. latè tractatum fuit, & sic sufficiunt ea quæ de super dicta sunt.

Cap. 24.

Item quod diximus in casibus suprà narratis, vt fiat executio breui manu, si debitum est liquidum. Item volimus obseruari in casibus prædictis, si debitum non est liquidum: sed in promptu potest liquidari, vt puta si quis teneatur ad decem salmas frumenti, & in defectu ad pretium facta probatione in promptu: prius de pretio procedat executio, aduersus quam liquidationem debitor possit facere oppositionem, facta executione infrà quindenam, & non antè: & ità de pretio aliarum rerum debitarum in contractibus depositi, ac commodati, & alijs omnibus, vt suprà enarratis: interesse autem non nisi parte præsente, vel citata, & contumace, poterit liquidari, & liquidato erit locus executioni.

Nota 107. par. 1.

1 NOta quòd in cap. 19. incipiente prædicta locum habere volimus, &c. In quo mentionem facit de illis contractibus actis scripturis, & instru-
2 mentis virtute quorum possit fieri executio † si debitum tamen est liquidum in superiori cap. autem dicitur. Item quòd dicimus in casibus suprà narratis, vt fiat executio breui manu si debitum est liquidum: idem volimus obseruari in casibus prædictis, si debitum non est liquidum: Et sic habemus quando debitum non est liquidum potest, & debet inpromptu liquidari, quæ liquidatio hodiè pro huiusmodi causa solet fieri per duos tres, aut quatuor testes deponentes concorditer de pretio, & valore illius rei super qua debet, & potest fieri executio de loco, & tempore, & quòd publicè ipsa bona in pecunia numerata venduntur, & emuntur puta si quis tenetur ad salmas decem frumenti, & in defectu ad pretium potest hoc verificare super memoriale ad informationem commissarij, & facta verificatione est locus liquidationi quo casu potest fieri executio, & ità practicatur in M. C. Aduerte tamen quòd opportet primò sciri † testes vndè dicantur, & quæ consideranda sint in teste Butr. in cap. forus num. 25. de verb. signific. lib. 6. Secundo testis validus quot debet habere requisita Alberic. de Rosa. l. 1. C. de test. super rubrica num. 2. Tertio necesse est quòd testis debeat assignare rationem dicti sui, vt dicit Rub. Marant. in tractat. de iud. par. 2. nume. 7. fol. 19. Quarto debet sciri quod ad minus ad probandum actum duo testes contestes requiruntur ita habetur in decis. 72. Afflict. nu. 7. f. 147. Quinto pũta si essent recepti tres testes vnus dicit in mense Maij frumenta communiter in pecunia numerata vendebantur ad rationem vnc. duarum singula salmi publicè, & alter dicit quòd in secunda hebdomada Maij frumenta vendebantur communiter publicè in pecunia numerata ad rationem vnc. 1. tari 24. tertius verò dicit quòd in mense Aprilis, seu in mense Maij frumenta vendebantur ad rationem vnc. vnius tarenorum
4 18. pro qualibet salma attamen † licet isti testes appareant singulares sunt tamen concordes in illa minori summa vnc. vnius tarenorum. 18. & ità dicit dictus Dom. Afflictus in decis. 240. num. 4. & 5. fol. 400. sic ista minor summa est liquida quo casu potest fieri executio, ex quo verificatio suprà dicta habet vim liqui-

liquidationis, & ità practicatur in Mag.Cur. Aduerte tamen quòd amicus non est idoneus testis pro amico, Mascard. concl. 1357. num. 38. fol.277. volum. 3. & deueniendo ad quæ capitula, & executiones fiunt modo infrascripto, benè verum quòd aliquando in M. C. recipiuntur testes super verificatione extremorum absq; memoriale.

Forma memorialis super verificatione extremorum frumentorum, vel aliarum rerum.

Memoriale super quo sunt recipiendi testes ad informationem commissarij per M. R. C. ad instantiam Danielis contra Raphaelem super infrascripta extremorum verificatione ad effectum executionis fiendę.

POnit, & probare intendit non se tamen abstringendo,&c. qualiter in la felici Cità di Palermo publicè, & communimenti li frumenti forti in denari contanti si vendero, & accattaro visto vindiri, & accattari nel mesi di Maggio di tal anno à ragione di vnc. vna per ogni salma, & est veritas, & dicant testes quicquid sciunt, aut sentiunt ad intentionem producentis etiam extrà capitulũ,& quidatur.

Forma executionis.

MAndata est executio in persona, & bonis cum potestate variandi, &c. Raphaelis de tal. ad instantiam Danielis in vnc. octo p. p. 5. de quo pluri, &c. & sunt ex pretio salmarum quinq; frumenti venditi per ipsum Raphaelem dicto Danieli,& minimè consignatis prout tenebatur contrà, & aduersus dictum Raphaelem, & hoc virtute publici contractus manu talis mag. notarij adiuntis testibus receptis super verificatione extremorum apud acta dictæ M. R. C. die, &c. Et omnibus, & quibuscumq; alijs scripturis, & actis tàm publicis quàm priuatis facientibus ad validitatem præsentis executionis quæ habeantur pro specialiter calendatis in ea quatenus,&c. Cum pacto de non opponendo, &c. Et pignora ad discursum vendendo, &c. vnde, &c.

Nota.108.par.1.

ITem nota quòd superius dictum fuit deliquidatione quæ potest, & solet fieri in
1 promptu, remanet tractare † de alia liquidatione quando agitur pro interesse in qua est citanda pars, vt in supradicto text. ibi interesse autem non nisi parte præsente, vel citata,& contumace ergo à contrario sensu si non ageretur de interesse, tunc verificatio in vim extremorum potest fieri parte incitata, & ità seruatur in omnibus Curijs, & hoc videtur dependere ex verbis prædictis Ritus, & antequàm ad hoc deueniatur dicitur in tex. ibi aduersus liquidationem debitor possit facere oppositiones,&c. Vbi manifestè videtur apparere ꝙ debitor potest se opponere, tàm aduersus liquidationem prædictã, quàm etiam ad-
2 uersus executionem. Aduerte tamen † adimpleta prius executione, & non antè,ex quo nõ dicitur executio nisi prius adimpleta fuerit, idest tunc instrumentum est mandatũ in executione quãdo forma ipsius instrumẽti adimpleta est, & antè adimplimentum non debet audiri stantibus pactis adiectis in contractu, & licet etiã in eo reperiatur pactũ de non opponendo non mireris si debitor est audiendus in præsentatione oppositionum, nam in isto statuto in cap.17.& in præcedenti capitulo videtur concedi præsentatio oppositionum hac de causa facto adimplimento ad hoc debitor potest deuenire, & si asserit soluisse potest petere fideiussionem de duplo, vt superius dictũ fuit quæquidem oppositiones possunt præsentari infrà quindenam scilicet infrà terminum dierum quindecim à die adimplimenti executionis,quoniam tunc incipit currere quindena.

Nota 109.par.1.

ITem nota in tex. ibi † interesse autem nõ nisi parte præsente vel citata, & contumace,&c. Vt supra,& antequam ad hoc, deueniatur oportet sciri quid est interesse, vbi dicitur quòd interesse est damnum emergens, & lucrum cessans quia non dedisti mihi pecuniam meam opportuit me accipere ad vsuram, ex quo damnum incurri infrà vsuram vnc. 10. & t. 3. quando in contractu petitur ff. de actio.emp.& vend.l.Iulianus, §. 1. lucrum cessans dicitur, vt quia non dedisti mihi pecuniam meã cessauit lucrum quòd de ea faciendam, vide Bart. l.vnic. C. de sent. quæ pro eo quod interprofer. æstimatio alicuius vtilitatis non habitæ propter alicuius factum iniustum, vel iniusta concessionem. Ad probandum autem de iure Canonico de-
2 bere interesse lucri cessantis † debet probari mora debitoris, & quod creditor esset solitus cum pecunia negotiari,& Mascard.in conclus. 933. num.4. fol.173. volum.2. & in ead. conclus. nume. 34. fol. 175. vbi inquit agens ad interesse debet inter cætera probare moram debitoris intercessisse, & ibi nume. 3. habetur quòd agens ad interesse lucri cessantis debet

debet probare se esse, & fuisse solitũ negotiari atq; lucrari, & sic esse cũ mercator cap. cũ ven. vbi Abb. & Felyn. nu. 8. vers. intellige 1. & ibi Deci. & cons. 116. col. 1. Alex. cons. 141. viso vol. 5. & debet probari quod erat præmanibus mercantia, & quod lucrum erat quasi certum, Paul. de Castr. l. nõ vtiq; §. nunc de officio nu. 3. & ibi Ias. ff. de eo. quod certo loco, Deci. cõs. 3. & in princ. ff. de act. empt.

3 Aduerte † tamen quod debitor non tenetur ad interesse vbi eidem debeatur pretium cuiquidam diei præcisæ, puta vltimo Martij si non probet quãtum illa die valuerit communiter frumẽtum, vel vinum, vel res ipsa in publico foro; nec sufficit probari quod tales, & tales pro tanto emebant in foro publico, nisi testes dicant, quod tanti in foro publico communiter vendebantur.

Nam quantum valeat frumentum, vel alia res venalis inspicitur solum quantum valeat in foro publico, & non alibi, & quantum communiter vendantur, & non à singulis, & particularibus, Affl. decis. 216. Item debet probari pretium l. pretia rerum, vbi Bart. & Doct. per illũ tex. ff. ad leg. falci. Bar. & Doct. l. septẽ C. de eroga. mihi anno. lib. 12. ex quo emens frumentum ad credentiam pretio quo valuerit de mense Maij † non tenetur de iure com-
4 muni ad summam immoderatam, si eueniat caristia siuè penuria insolita, Rip. tract. de peste fol. 6. nu. 98. in 2. par. Ias. l. sed, & si quis §. quæsitum ff. si quis cautio.

Et quando venit casus petitionis interesse
5 antequã deueniatur ad petitionem prædictam opus est apparere quod sit facta † protestatio contra debitorem quoniam non tenetur debitor ad ipsum interesse, vbi creditor recepisset frumentũ, vel vinum, absq; protestatione interesse vbi debitor tali protestationi contradixisset, & inquit Plot. in suo tract. de in lit. iur. in §. 4. in vers. 1. itaq; amplia num. 71. fol. 48. scias quod dãnum probatur per iuramentum damni possi etiam in omni damno emergenti, & omni genere violentie, Mascar. concl. 471. nu. 5. fol. 363. vol. 1. Debet etiã aduerti quod
6 nõ potest peti † interesse vltrà sortem, ex quo qui petit vltrà sortem, nullam rationem ad interesse habet, vt latè habetur in patroci. pupill. in vers. præsentẽ materiã nu. 56. fol. 132.

Taliter quod vt possit fieri executio quãdo agitur ad interesse pro debito non liquido debet prius fieri liquidatio, ex quo in isto casu videtur tractari de damno emergenti, & sic est opus citatione partis, & antequam deueniatur ad ipsam liquidationem de mandato Iudi-
7 cis debet citari debitor † ad liquidationem faciendam corã Magistro Notario infrà terminum peremptoriũ per eum benè visum in quo termino creditor tenetur præsentare memoriale ad informationẽ Commissarij super quo intendit recipere testes parte citata super quo indè potest deueniri ad ipsam receptionem prius facta citatione, & indè in dicto termino
8 si † debitor vult potest præsentare suas exceptiones defensiones, & aduertentias, & potest etiam recipere testes probando ea quæ pro eo faciunt, & factis probationibus ex vtraq; parte, vel per ipsum creditorẽ in contumacia debitoris indè deuenitur ad liquidationem qua facta, tàm virtute instrumenti, quàm liquidationis prædictæ potest fieri executio, & adimpleta infrà quindenam antè adimplimentum, nec potest peti reuisio ipsius liquidationis, ex quo agitur virtute instrumẽti, vbi expresse videtur mandare quod non debet audiri ante solutionẽ secus si essemus in alijs casibus, vbi solet fieri liquidatio, vel calculus virtute rei iudicatæ prout infra melius in suo loco diffusius tractabitur, ex quo est materia necessaria, & quotidiana maximè in redditione computorum negotiorum gestorum in quo etiam tractatur de forma ipsius liquidationis scilicet quomodo soleat fieri secundum vsum quotidianum. Aduerte qualiter casu quo aliquis promictat alium non molestare potest tamen molestare ex causa de futuro, Mascard. concl. 1264. nu. 14. fol. 242. vol. 3.

Cap. 25.

Item, si creditor fecerit executionem debitore non citato, & postea facta executione, & perueniento hoc ad notitiam debitoris, si infrà eumdem diem veniet debitor cum sacculo parato, vel cum alia re debita inpromptu, & satisfaciat creditori, vel si præsentauerit pecuniã in iudicio vbi facta est executio, si ibi præsens est, vel si absens in iudicio, vbi reperitur, nulla expensæ creditori reficiantur, si verò non venerit cum sacculo parato, vel præsentauerit in iudicio, vt supra, sed opponit exceptiones guidatici, vel moratoriæ, vel alias dilatorias, de quibus creditor non habeat notitiam, de quo sacramento suo stetur, eo casu debitor teneatur reficere expensas executionis, & alias iudiciales legitimè factas, nec alias possint huiusmodi exceptiones dilatoriæ sibi opitulari, nisi prius, & in continenti reficiantur expensæ prædicta.

Nota 110. par. 1.

Nota ꝙ ex isto capitulo duo capita cõsiderãda sũt scilicet si creditor fecerit executionem creditore non citato, &c. Sed opponit exceptiones guidatici, vel moratoriæ, &c. Et

quo

quo ad primum dico si creditor executionem exercuerit contra suum debitorem non citatū si veniret in eodem die cum sacculo parato, & velet soluere debitum pro quo processit exe-
1 cutio, † tunc non tenetur ad expensas si essemus in casibus supra declaratis per nostrū statutum secus si ageretur virtute contractus vigore cuius debitor est obligatus soluere in diē & veniente tempore solutionis non soluerit cū obligatione expressa quod teneatur ad omnes expensas litis, & extra nā indè in fine quæ omnia Notarij, hodiè ponunt clausulam etiam si veniet cum sacculo parato teneatur ad omnes expensas tamquam debitor morosus, & dies interpellet pro homine, & tu aduocate vide si ista omnia reperiantur iuxta verba, tunc debitor etiam quod veniret in propria die executionis tenetur soluere omnes expensas, & ita practicatur in M.C. & etiam in Regno, ex quo solet causari executio ad literas, & debitor tenetur soluere omnes expensas stantibus pactis
2 adiectis in contractibus debitorijs, † sed quando agitur virtute instrumētorum, & actorum calendatorum in præsenti statuto vbi expresè non reperitur dictum pactum, tunc si debitor veniret in eodē die executionis, & soluere debitū eo modo prout tenetur ad expensas non tenetur, & si veniret in secundo die executionis licet quod in contractu non reperiatur pactum prædictum tamen ad expensas tenetur licet non sit citatus quoniam in 16. cap. istius Ritus dicit etiam quod possit fieri executio debitore non citato quæ executio aliquando solet fieri citato debitore, & indè contra eum incusetur contumacia; & hoc videtur succedere aliquando mulier intendit sibi satisfieri de dotibus suis, & deuenit ad istam citationem ad effectum videndi si hęredes volunt soluere de plano, & ità etiam solet fieri contra virum vergentem ad inopiā, & facta dicta citatione virtute alicuius actus per Notarium fit restitutio dictę eius vxori vt videatur cum legitima causa facta cum citatione. Scias quod anima cūtis rebus, & personis debet antiponi, Masc. cōcl. 1171. nu. 8. fol. 88. vol. 3.

3 Quò ad secundum dicitur quod solent aliquando † debitores per importunitatem, vel pro alia causa obtinere literas dilatorias, vel moratorias, aut alias quo casu si istę literę sūt subreptitiæ tacita veritate impetratæ creditor potest de hoc supplicare Excellentiæ suæ, & petere quod Magna C. prouideat super reuocatione literarum de iustitia, vel vt conuenit, tunc si fuerit prouisum quod literæ reuocentur, vel peractentur, tunc debitor non solum tenetur ad expensas litis, & extrà si sint præmissa in contractu, verum etiam ad omnes expēsas etiam viaticas scilicet pro dictis ãmissis per creditorem, vel per eius procuratorem missū pro huiusmodi causa ad M. C. pro reuocatione literarum, & vide melius in cap. Regni recolendæ memoriæ Regis Ioan. cap. 38. fol. 288.

Aduerte quod non solum debitor tenetur in loco destinatæ solutionis soluere debitū in quo reperitur obligatus virtute instrumenti, verum etiam tenetur pro damnis, & expensis tamquam accessorijs, vt inquit Angel. in l. 1. C. de solut. sed etiam post morā debitoris certo loco obligati, vbiq; enim conueniri potest l. cum, qui vbi Bar. ff. de iud. vt Plenius per dictum Bart. in l. 1. ff. de eo. quod certo loco. Et si fortè literæ reperiantur pro iuxta causa, & creditor non habeat notitiam de istis literis, &
4 cogit suum debitorem si cum iuramento firmauerit non habere notitiam de eis, tunc † debitor tenetur soluere expensas factas per creditorem, & si constaret quod habuit notitiam ipse debitor ad nihilum tenetur qua de causa hodiè solet fieri quod si per aliquem fuerint obtentæ literæ dilatoriæ moratoriæ, vel guidatici, tunc in præsentatione ipsarū literarum citari facere creditorem, & indè per Magistrū Notarium in calce pręsentationis quod creditor fuit citatus ad ipsarum literarū præsentationem, & tunc similiter non tenetur debitor ad expensas, & quia in isto capitulo est dicendum de aliquibus alijs literis dilatorijs, & quinque annalibus, & est materia quotidiana de qua deo duce tractandū est infrà in cap. 95. de cessione bonorum.

Cap. 26.

Item, quod possit fieri executio breui manu discussis bonis mobilibus, & stabilibus debitoris, & fideiussoris contra nomen debitoris, vel fideiussoris obligati ex contractu, etiam si debitor debitoris, vel fideiussoris contra tenorem contractus per eum facti neget se fore debitorem debitoris, vel fideiussoris.

Nota 111. par. 1.

NOTA quod antequam deueniatur ad intellectum præsentis capituli, sciàs tu aduocate, quod ex forma istius statuti virtute instrumenti guarentigiati quod habet executionem paratam contra principalem debitorem, vt in cap.
1 6. & 16. † atq; etiam executionem paratam habet contra primos, & secundos hæredes actiuè, & passiuè, vt in cap. 8. istius statuti attamen in isto capitulo non solum videtur habere executionem

cutionem

cutionem paratam instrumentū guarentigiatum cōtra principalem debitorem, sed etiam
2 contra primos, & secundos hæredes, † verum etiam contra nomina debitorū debitoris etiā si neget, fortè esse debitorē debitoris licet reperiatur cōtra formam contractus, qui hodiè fieri solent, nam in contractibus notorij videtur quòd debitor obligat omnia bona sua mobilia, & immobilia præsentia, & futura, tamen in hoc non videtur extendere ad nomina de-
3 bitorum, ex quo † nomina debitorum veniunt sub appellatione iurium, & actionum tamquā tertia species, & ità dicit Fan. in suo tract. de pigno. par. 2. in ver. sequitur modo secundum membrū nu. 8. & 9. & latè melius videtur apparere in dicto vers. tamen hodiè per cęterarium Notariorum impressum videtur dicere sub hypoteca, & obligatione omnium, & singulorum bonorū eorum mobilium stabilium burgensaticorum præsentium, & futurorum iurium, & actionum quorumcumq;, ac nominum debitorum, &c.

Et sic pro intelligētia istius capituli notandum est quod casus † talis est, Titius erat creditor Sempronij in centum contra quem habebat executionem paratam secundum Ritū, hic Sempronius nō erat soluendo, nec aliquid habebat in bonis, nisi nomina tantum debitorū vult agere cōtra istos debitores ipsius Sempronij aduersus eos, executionem facere, &c. Quæritur an possit, & dicitur in hoc capitulo quod facta discussione bonorum mobilium ipsius Sempronij poterit Titius executionem facere contra debitores ipsius Sempronij, & hoc intellige si debitores ipsius Sēpronij erant obligati ipsi Sempronio ex aliquo contractu habente executionem paratam.

Puta pone quod Titius pro debito prędicto habeat fideiussores, qui fideiussores pro ipso Sempronio, & tam Sempronius principalis debitor, quàm eius fideiussor non habeant aliquid in bonis nisi nomina debitorum, qui erant obligati ipsi fideiussori, qui fideiusserant pro ipso Sempronio, ex aliquo contractu habēte executionem paratam si Titius creditor vult se dirigere aduersus debitores ipsius fideiussoris an possit, & dicitur in hoc capitulo ꝙ si facta excussione bonorum mobilium, & stabilium, tàm Sempronius principalis debitor, quàm eius fideiussor negarent se fore eiusdem Sempronium, seu eius fideiussores debitores.

Taliter ꝙ si debitor principalis, aut eius fideiussor reperiantur nō soluendo, tunc potest fieri executio super mobilibus eorū debitorū facta prius discussione scilicet in vno casu solet fieri iniuntio de mandato iudicis dicto debitori, seu eius fideiussori quatenus infrà certū terminum peremptorium per iudicē statuendum habeant vellint, & debeant exhibisse, & præsentasse apud acta curia tot bona mobilia suffectura pro adimplimento debiti in quo reperiuntur debitores virtute talis contractus quorū deffectu designare, & declarare illa bona stabilia, quæ habent alias liceat dicto creditori se dirigere cōtrà nomina debitorum eorū in alio verò casu practicatur hoc modo videlicet de mādato Iudicis mittitur nuntius ad debitorē, vel eius fideiussorem quòd habeat assignare dicto creditori tot bona mobilia expedita, & suffectura pro summa illius debiti in quo reperiuntur debitores, vel ei designare bona immobilia, quæ habent, & si dixerit eidē nuntio quòd non habent bona mobilia, nec stabilia de hoc fiat actus nam discussio proba-
7 tur per relationem porterij, seu seruientis, vt habetur in l. magis puto, § ne tamen, ff. de rebus eorum quinimò adhibeatur fides eius relationi dicenti se inquisiuisse, & nil inuenisse, vt in l. stipulatio, § habēt autem de oper. nou. nuntiat quo casu indè potest deueniri ad nomina debitorum debitoris etiam si negauerint fore, & esse debitorem debitoris.

8 Tertius casus est ꝙ creditor potest præsentare memoriale, & capitula, & super eis verificare qualiter talis debitor, & eius fideiussor nō habent, nec tenent bona mobilia, neq; immobilia quo verificato eis prius citatis potest diuenire ad ipsam executionem contrà nomina debitorum debitoris, & hæc est tertia discussio, quæ solent, & potest fieri, vt possit legitimè deueniri ad ipsam executionem iusta formam præcedentis capituli.

Et sic pro cauthela creditoris tu aduocate aduerte quòd in confectione contractus debitorij facias poni non solum sub hypoteca, & obligatione omnium, & singulorum bonorū mobilium, & stabilium præsentium, & futurorum sic etiam sub hypoteca, & obligatione nominum debitorum eorum debitorum habitorum, & habendorum, & sic ponendo in contractu pactum prædictum non est opus discussionis, & sic obseruatur ex, quæ dicta sunt in cęterario, nam si in instrumento non fuisset posita, &c. Non poterat deueniri ad extensionem prædictam ergò in confectione instrumenti melius est hoc dicere expresse per extensum. Aduerte quod discussio sicut de bonis fit ità in actioni personali, Masc. concl. 8. nu. 6. fol. 44. vol. 1. dico etiam quòd discussio probatur verò quòd fuerat præfixus terminus ad vs exhibendas & nil exhibeatur. Idē Masc. concl. 521. nu. 6 fol. 790. arg. l. in legem, ff. de cōtrà emp. & tradidit glo. ord. in l. à diuo Pio, § in vend. in verbo capiantur, ff. de re iud.

Cap. 24.

ITem, si haeredes debitoris, vel fideiussoris adhiuerint hereditatem cum benefitio inuentarij: vel sint infra tempora, in quibus, possint inuentarium conficere; vel post beneficio restitutionis in integrum inuentarium conficiendo dando bona defunti qua ad eos peruenerint, non procedit executio in bonis haeredum.

Nota 112. par. 1.

NOTA quod in isto capitulo dicitur Item si hæredes debitoris, &c. pro intelligentia cuius capituli notari debet † quod heredes si adhiuerint hereditatem defunti cum benefitio legis, & inuentarij an reperiantur obligati in bonis proprijs heredũ dic quod non si deberint bona defuncti, & non fraudauerunt inuentarium quo casu non tenentur ultrà uires hereditarias de suo proprio l. fi. § si aut & §. si præfatam C. de iur. deliberan. Aduerte quod sui heredes non præsumuntur scire contesta in testamento patris, uel consanguinei, Mascar. concl. 413. n. 8. fol. 313. uol. 1. Et antequam ad hoc deueniatur uidendum sit quid est inuentarium, & pro quã causa fuit introductum ubi dico quod inuentarium est quædã scriptura in qua describuntur omnia quæ in hæreditate, uel bonis alicuius sunt inuenta, ut nota. in allega. l. tutor. in glo. fit dictum, &c. Et C. de administra. tute. l. tutores, & C. arbi. tute. l. fin. in glo. super uerbo, facto, & in authen. de hæred. & falci. §. si uerò absunt super uerbo inuentarium. Scias enim quod uxor acquirens nomine proprio tenetur restituere pretiũ marito, uel eius heredibus, idem Mascar. concl. 214. num. 2. fol. 182. vol. 1.

2 Quæquidem † causa pro qua introducta fuit inuentarij confectio, & ipsius inuentarij benefitium etiam ea est ut habeatur ueritas, & ratio eorum, quæ testator habebat in Patrimonio tempore mortis, & ut hæres malignari nõ possit subtrahendo res hereditarias, & succurratur creditoribus legatarijs ac fideicommissarijs heredatariis, ut in l. fin. § subscriptionem, & §. licentia C. de iure de liberan.

3 Nam † inuentarium est caput redditionis computorũ quoniam per illud fit facilior rediditio rationum l. 1. §. offic. ff. de tutel.

4 Et quo ad formam conficiendi † inuentarium in Vrb. Panormi solet fieri per Notariũ cum alio Notario præsente, & cum authoritate Iudicis idiote, & in præsentia testium, uocatis creditoribus, & legatarijs per nuntium, & quod testes debent cognoscere defunctum, & hæredes, &c.

Nam de iure inuentariũ debet fieri in præsentia publicarum personarũ quod intelligendũ est de tabellionibus siuè Notarijs qui sunt publicæ personæ l. orfanotrophos C. de Epis. & Cle. l. non aliter ff de adop. & l. si pupillus ff. rem pupill. sal. fo.

Et quo ad testes qui debent cognoscere hæredes defuncti, ut habetur in l. fin. §. cùm igitur, & §. scimus, & §. si verò absunt, & no. glo. ff in dicto §. cum igitur, & uers. cæterum.

Et quo ad præsentiam Iudicis, ut habetur in l. nulli §. cum authem. C. de Epis. & Cle. & l. de creationibus C. de Episco.

Et quo ad citationem creditorum, & legatariorum dico, nam forma inuẽtarij est, vt primo † citẽtur creditores, & legatarij quod certo loco, & tali die compareant ad videndum confectionem inuentarij, & dicendum contra, in corpore de hære. & falc. §. si verò scripti, & debent sigillatim citari si certi sunt alias sufficit generale proclama primũ probatur ff. de ventre inspi. l. 1. §. demostrari, & l. de inspiciendo ff. de seruitu. rustri. pred. l. qui fundũ de consti. secundum probatur C. de remis. pign. l. si eo tempore. 5

6 Aduerte quod dum † pendet dilatio inuentarij benefitium sibi impartitur, vt à nullo vexari possit, vt l. fin. §. donec ff. de iure deliber. fallit si conuenitur, vt hæres, sed, vt simplex possessor fortè reali iudicio quod intentari potest contrà quemlibet possessorem etiam non heredem, vt ff. de re iud. l. nesennius §. fundũ.

Quod inuentarium debet fieri infrà tres menses scilicet tempus inchoandi inuentariũ intra triginta dies incipit currere à tempore mortis, & aditæ hæreditatis, quia ipse conueniri nõ potest nisi probetur hereditatem agnouisse, vt Not. ff. solu. ma. l. si cũ dotem §. transgrediamur, & l. pro indè ff. si certum petatur, & l. fin. alle. §. si verò postquam, & sufficit inuentarium fuisse completum intra tres menses licet non fuerit intra triginta dies inchoatum, quia neglectum in primo termino, potest reperiri secundo Ar. ff. de success. edic. l. 1. §. sed videndum.

7 Caueant † autem omnes hæredes, qui volunt gaudere benefitio inuentarij, vt cũ adeũt, vel se immiscent semper offerant se velle inuentarium cõficere, & eius benefitio vti. alias tamquam certi de hereditarijs viribus videntur hæreditatem agnouisse, nec conficiendo posteà inuentarium quiquam eis prodesset, vt l. fin. §. cum igitur.

Aduerte quia tria sunt scilicet res ipsa. Item quantitas earum. Item valor rerum. Pone ergò

contra

contra tutorem probari vestes fratrum, & libros fuisse in bonis, sed nõ probatur quot vestes, vel libri, vel quãtitas fuerit quantitas fratruum, vel quanti valoris, posito quod probetur taliter ꝙ includatur dolus, vel culpa tuto-
8 ris. Respondeo sic † vt contra tutorẽ, qui nullum fecit inuentarium iuratur in litem, vt tutor, qui repertorium alle. in prin. in eadem ratione si fecit, & aliqua omisit ponere in inuentario, pro illis, quæ non posuit in inuentario, iurabitur in litem, quia quantum ad illas res inuentarium non fecit, & verba illius, l. sic debent intelligi, tutor qui repertoriium nõ fecit idest quatenus non fecit, vt l. stichus, qui meus erit, de verb. oblig. super isto igitur iureiurando venit quantitas verum, & æstimatio, sicut si nullum inuentariũ factum esset, ut ibi quod iuramentũ taxabitur taxatione præmissa per Iudicem l. videamus, §. iurare, ff. de in litẽ iur. & hoc contra principalem, sed contra hęredes tutoris debet plene probari, vt C. de in litem iuran. l. 2. in fi. & quasi per totum tit.

9 Et † si aliqua bona omissa fuissent bona fide tunc inuentariũ non vitiatur, quia videtur legitimè factum ꝙ bona fide fit, ff. de condit. & demostra. l. quamuis, aut dolosè occultauit, & tunc nihil valet inuentarium, quia propter maleficium perditur beneficium, vt ff. de acq. hęr. l. si seruum, §. prætor ait.

Aduerte etiam quod in inuentario debet poni ven. signum Sanctæ † Crucis manu hæredis quo facto hæres se subscribere debet sua propria manu, si scribere scit in qua subscriptione manifestare debet quantitatem rerum defuncti, & quod nulla malignitate circà eis vsus est, aut vtetur inposterum, si autem subscribere nescit, adhibendus est vnus Notarius qui pro eo dictam faciat subscriptionem, vt in l. fin. §. cum legitur, & §. sin autem, ff. de iure deliber.

Itẽ si verius est in inuentario ponere infra-
11 scriptam † protestationẽ videlicet illa verba, ꝙ si quod in hæreditate posteà inueniet, ꝙ illud ponet in inuentario, cum primum ad sui notitiam peruenerit Bal. in d. l. fi. §. & si præfatã.

Et sic cõcludendo dico ꝙ si fuerit facta executio contra hæredes si sint maiores, vel contrà curatores si sint adulti, aut contra tutores si sint pupilli, dando bona mobilia, aut immobilia, vel sese mouentia, aut nomina debitorũ dicti defuncti, tũc non tenetur in bonis pro-prijs, & hodie in practica quotidiana solet an-
12 te ipsam executionem † iniungi facere hæredes, seu curatorem, vel tutores quatenus infra certum terminum peremptoriè iudici benè viso, vel statuendo iuxta eius arbitriũ habeant velint, & debeãt exhibere, & præsentare apud acta curiæ tot bona mobilia, vel sese mouentia, & indefectu stabilia, aut nomina debitorũ expedita, & suffectura pro adimplimento executionis vnc. tot, contrà eos faciendæ, vel exhibere, & præsente legitimũ distributiuũ dictorum bonorum hæreditariorum, & elapso
13 dicto termino † si non curauerint præsentare bona tunc potest procedi in bonis hæredum, qui etiam tenetur de persona, & contra eos in litem potest iurari stante eorum dolo, & cõtumacia. Et si pręsentauerint bona suffectura pro adimplimento executionis: potest fieri executio, & interponere primũ decretum super eis, & sunt minores annorum decidocto, & nõ habent curatores, aut tutores tunc potest Iudicis officium implorare, & procedere ad dationem curatoris, vel tutoris. Et anteq̃ deueniatur ad ipsius curatoris dationem debet sciri qualiter hæredi iurato afferenti librorum rationum ad se non peruenisse creditur Masc. concl. 1195. n. 24. f. 134. vol. 3. Item scias ꝙ hęres possidẽs bona hęreditaria p̃sumitur possidere ex causa hęreditatis debite idem Masc. concl. 1196. nu. 29. fol. 138. vol. 3. taliter ꝙ deueniendum est ad ipsam dationem supra notatam prout infra melius declarabitur in causis sũmarijs statutarijs scias ꝙ Iudici afferenti se dedisse tutorem cum causę cognitione non creditur Masc. concl. 949. n. 12. f. 291. vol. 2. & sufficit pro modo ad cautelam deuenire ad infrascripta.

Nota 113. par. 1.

ITem nota quòd in isto cap. vbi tractatur de hæredibus adeuntibus hæreditatem cum beneficio inuentarij. Primo † videndum est qualiter inuentarium cõ-
1 ficiatur, & primò quòd infra spatium trium mensium, vt supra dictum fuit, qui dantur ad inuentarij confectionem, si res hæreditariæ sunt præsentes in territorio domicilij hæredis, vel defuncti in totum, vel maiori parte alias datur annus ad conficiendum inuentarium si res sunt absentes, seu extra territorium prædictum, l. fi. in princ. in vers. si autem locus, & in §. donec C. de iur. delibe. & ibi per omnes † quod tempus currit à die aditæ hæreditatis secundum magis communem scientiam Docto. in l. fin. in princip. ibi. & d. Alex. & Ias.

Et in confectione dicti inuentarij citentur omnes creditores, & legatarij, & si qui essent creditores, qui non facerent copiam sui, seu de quibus hæres non haberet veram scientiã, & notitiam, tunc citatio fieri debeat generaliter per ædictum, seu domi, seu in loco solitæ habitationis dictorum creditorum, & legata-

riorum siuè per publicũ proclama, vt debeant dicti creditoris, & legatarij comparere coram Iudice pro confectione inuentarij prædicti tali die prout in aliquibus locis Regni obseruatur, & maximè in ciuitate Corleonis vbi solent fieri inuentaria de mandato Iudicis, tam per Notarium publicum, quã per Magistrum Notarium Curiæ Ciuilis Ciuitatis eiusdem, & in Curiæ Prętoriana solent fieri inuentaria per duos Notarios, & creditores, & vocari in domo, vbi fit inuentarium cum interuentu alicuius Iudicis saltim idiotæ, & ista est antiquissima obseruantia Vrbis, vt supradictum fuit, &
3 quia aliquando † hæredes reperiuntur pupilli quo casu mater infrà annum ne priuetur successione bonorum filiorum debet petere tutorem per Curiam infrà annum, nam quando hæres moritur effectus pubes, aut testatur instituendo matrem, non habet tunc mater, vel alius institutus locũ quęrele facit ad hoc auth. ex testamento, ff. de secun. nup. Aut moritur intestatus, & tũc ab intestato videtur matrem, aut alium proximum vocare, arg. l. conficiuntur ff. de iur. cod. Sed pupillus vbi moritur inpubes non habito tutore, est iuris præsumptio quod per in Curam, vel negligentiam matris non petentis tutorem, obierit, ideo excluditur ab eius successione.

4 Prędicta † procedunt, quando pupillus decedit post annum, intrà quem, mater non petijt tutorem. Si autem decesserit pupillus intrà annum, antequam sit petitus tutor a matre, non priuatur successione, vt late per Mayner. de regul. iur. in verb. ista regula in principio, &c. nu. 153. & seq. fol. 128. Et sic mater tenetur petere tutorem, vt supra qua de causa mater per Curiam solet facere cedulam petitionis tutoris, prout infrà in tract. de tutel. videri potest, & quia aliquando hæreditas est damnosa, tunc solent hæredes se in miscere in hæreditatem cum licentiam Curiæ exponendo, prout in infrascripta cedula. Scias quod pupilli testimoniũ in delictis grauissimis recipitur, Mascar. conclu. 1246. nu. 3. fol. 217. vol. 3. nam qualem quis se facit tales se debet probare, idem Mascar. conclu. 1247. nu. 1. fol. 218. vol. 3.

Forma cedulæ adhitionis hæreditatis cum beneficio inuentarij.

APud Fæl. Vrb. Panor. & in M. R. C. ibidem degente comparuit Berta de tali tamquam tutrix, &c. Et sua expositione narrauit dicens cum sit Titius mortuus, & defunctus fuerit condito prius per eum testamento in quo suos hæredes vniuersales instituit Gaium, & Sempronium eius filios legitimos, & naturales qui hæredes dubitantes, seu dicta exponens tamqam tutrix ne fortè dicta hæreditas sit eis damnosa deliberauerunt in dicta hęreditate nõ se in miscere simpliciter nisi cum beneficio legis, & inuentarij, ideò exponens ipsa nomine dictorum hęredum adhiuit eamdem Curiam, & ab ea petijt, & petit super præmissis omnibus de oportuno iuris remedio prouideri debere, & admicti dictis hæredibus in dicta hæreditate cũ beneficio inuentarij, & quod de mandato ipsius Curiæ promulgari debeat publica proclama per vos vocentur creditores, & legatarij si qui suntiuxtà formam inuentarij quæ M. R. C. ipsa annuens petitioni prædictæ tamquam iustæ, & iuri consonæ, &c. Cum iuxta petenti, &c. Admisit, & admictit dictos hæredes in dicta hæreditate cum dicto beneficio inuentarij ac super eis licentiam dedit, & dat tenore præsentis nec non per publicum proclama notificatis omnibus, & singulis creditoribus, & legatarijs, & fidei Commissarijs si qui sunt dicti condam Titij eos citando, & sua die ad comparendum, & faciendum ea quæ sibi de sunt omnes illæ personę quæ habent, & tangunt, vel prætendunt habere aliquod interesse in cõfectione pręsentis inuentarij, vel postquam habuerũt notitiam de eo infrà terminum infrascriptum in dicta M. R. C. seu in tali loco defuncti præstando licentiam, & decretũ dictis exponentibus in conficiendo dictum inuentarium in dicta hora dictis creditoribus, & legatarijs & fidei Commissarijs præsentibus, & absentibus vt consueuit citari per dictum publicum proclama, & vt eidem Curiæ plenè, & legitimè de pręmissis constitit, & constat per contumaciam, seu ad relationem talis seruientis. Quamquidem cedulam licentiæ confeciendi inuentarium, & omnia, & singula in ea contenta ad effectum prout in ea M. R. C. ipsa acceptauit, & acceptat, laudauit, & laudat, approbauit, & approbat, ac confirmauit, & confirmat, interponendo super his omnibus, & singulis suam iudiciariam authoritatem pariter, & decretum.

In cuius rei causa, &c.

Vid. talis Iudex.

Constito de missione consimilis posita in loco solito, & cõsueto talis Ciuitatis recipiatur in vim cedulę licentiæ adhitionis hæreditatis cum beneficio inuentarij, & prout in ea.

REcepta Panor. die, &c. De mandato talis Iudicis, in vim cędulę licẽtiæ adhitionis

nis hæreditatis cū beneficio inuentarij,& prout in ea constat per talem seruientem qui consimilem eius affixit in loco publico, & in alijs locis,& consuetis dictæ Ciuitatis.

Nota 114 par. 1.

ITem nota in tex. ibi,vel † post restitutionem in integrum,&c. Pro intelligentia quorum verborum, sciendum est quod tempus istud conficiendi inuentarium est annorum quatuor, & currit personis priuilegiatis, vt minoribus, mulieribus, Ecclesijs, vniuersitatibus, Fisco,Hospitalibus,& alijs similibus, & etiam ignaris, & rusticis, qui nesciunt literas nec sunt pratici in similibus, ex quo possunt restitui in integrum,cum isto statuto concordat tex. & Doct. l. fin. §. fin. C. de iure liberandi, & ibi expresè tenent communiter Doctores, & quando fit hæc restitutio in integrum fit de mandato Iudicis per cedulam tenori sequentis.

Forma cedulæ restitutionis in integrum ad faciendum inuentarium.

APud Fel. vrb. Panor.& in M.R.C.ibidem degente comparuit Berta de tali, & sua expositione narrauit dicens, cum sit temporibus præteritis Titius mortuus, & defunctus fuerit, & sit nullo per eum condito testamento succedente Gaio in bonis suis mob. & im mob. se se mouentibus, & nominibus debitorum, vbiq; existentibus, & melius apparentibus eius filio legitimo,& naturali nato subsecepto, & procreato inpubere ex eo, & dicta di Berta exponente olim eius vxore, ad præsens viuente, & se in miscente in dicta hæreditate, vt tutrix dicti eius filij, & se gesserit pro tutrice dicti eius filij,& tamquam iuris ingnara huiusq; inuentarium per eam non fuit cōfectum, nec receperit taxationem salariorum hæreditorum cumq; in hoc præfatus pupillus,& ipsa domina tutrix forent, & essent læsi. Ideò exponens ipsa moxquam primum sciuit, & cerciorata fuit de præmissis adhiuit eamdem M. R.C. & ab ea petijt, & petit de infrascripto iuris remedio super præmissis omnibus,& quod statuatur terminus creditoribus fortè dicti cōdam,& alijs interesse prętendentibus,& quod super restitutione in integrum restitui debeat ad conficiendum inuentarium prædictum ne fortè ipsa exponens in aliquo videretur culpabilis, & dolosa ipseq; pupillus teneretur in posterum creditoribus si qui forent de proprio, & vt sibi conseruetur ius falcidiæ quæquidem M.R.C. annuens petitioni prędictę tamquam iustæ, & iuri consonæ quia iuxta petenti, &c. Tenorē pręsentis cędulæ constito prius eidem M.R.C. de prçmissis omnibus causa cognita, & discussa ex officio eam restituit in integrum ad conficiendum inuentarium prædictum regendo, & gubernando personam, & bona dicti pupilli, & assignandi bona dictæ mulieris per repertoriū diuisa à bonis dicti pupilli atq; assignauit,& assignat, ac dedit,& dat, creditoribus dicti condam, ac interesse prætendentibus terminum dierum octo peremptoriè ad comparendum pro confectione dicti inuentarij, & per actum inscriptis declarandi ea quæ sibi desunt, & si ipsa mulier non præstiterit de rem pupilli saluam forè quòd antè ipsam receptionem habeat velit, & debeat cautionem præstare de redendo bonum iustum, & legale compotum in fine ipsius tutelæ, prout ad officium bonæ, & optimæ tutricis spectat, & pertinet iuxta formam iuris, quoniam de his omnibus, & singulis eidem M.R.C. plenè constitit atq; constat. Quamquidem cedulam restitutionis in integrum M. R. C. ipsa acceptauit,& acceptat, laudauit, & laudat, approbauit, & approbat, interponendo super his omnibus, & singulis suam iudiciariam authoritatem pariter, & decretum.

In cuius rei causa,&c.

Vid. talis Iudex.

Recipiatur in vim cedulæ restitutionis in integrum ad conficiendum inuentarium prout in ea.

REcepta Panor. die, &c. De mandato talis Iudicis in vim cedulæ restitutionis in integrum ad conficiendum inuentarium prout in ea.

Nota 115.par.1.

ITem nota quòd per hanc practicam ad conficiendum inuentarium,& ad citandum creditores, & legatarios defuncti prout supra dictum est, ponit Angel. in auten. de hæred. & falc. §. si non expressim in 28. col. ubi datur forma qualiter inuentarium confici debeat, & sunt etiam citandi substituti, & in 9. col. † facit mentionem de prædicto
1 publico proclama vbi omninò vide per eum, & hæc practica seruatur in R. C. Prætoriana, vbi non fit publicūm proclama, nec citantur publicè creditores, sed tātum vocantur pro forma in domo defuncti Iudice sedente pro tribunali omnes creditores,& legatarij, licet nō citētur, quibus vocatis notarius publicus conficit in pſentia alterius notarij inuentariū omnium

nium bonorum hæreditariorum defuncti prout melius infrà tenore inuentarij sub forma sequenti.

Die, &c.

CVm nouiter sicut Altissimo domino placuit mortuus, & defunctus fuerit Gaius in hac fe. vr. Pan. nullo per eũ cõdito testamẽto sinè filijs legitimis, & naturalibus vel cum filijs seu tali, & tali natis, & ꝓcreatis ex eo, & dicta Berta de tali olim eius vxore, cui, & eius bonis omnibus, & singulis nominibus, & in mobilibus sese mouẽtibus iuribus, & actionib⁹ ac nominibus debitorũ de iure successerunt, & succedere intẽdunt dicti tal. eius filij, & ad hoc dicta d. Berta mater dictorũ, pupillorum, & tutrix virtute cedulę tutelaris receptę die, &c. deuenit ad cõfectionẽ præsentis inuentarij, & ad adhitionem, & apræhentionẽ hęreditatis dicti condam defuncti per modum vt infrà.

Id circò hodiè die prætitulata præfata dña Berta ciuis, & ad præsens reperta in dicta vr. Pan. mihi notario cognita, corã nobis volẽs tãquam mater, & tutrix vt suprà, se immiscere apręhẽdere, cõsequi, & habere ac adhire hæreditatẽ prædictã dicti quondã Gaij non inconsulto sed cõsultè, & cũ beneficio legis, & inuẽtarij hæreditarij ne fortè deducto ereꝗalieno dicta Berta nominibus prędictis de proprio, & de bonis ipsorũ heredũ creditoribus dicti condam si quę forent vltrà vires hęreditariss teneretur iura falcidię, & quartę trabellianicę aliaq; iura, & beneficia a legibus introducta dictis hęredibus, illęsa seruẽtur, mox quã potuit, & potest infrà legitima tempora à die mortis dicti condam vel à die receptionis cedulę restitutionis integrum receptę apud acta dictę M. R. C. die, &c. Aut a, die mortis dicti condã citrà præsens inuentariũ hæreditarium, & tutelarem ac repertorium bonorum facere procurauit prout modo, & ad præsens facit de mãdato, &c. Vel in præsẽtia nobilis Sey vnius ex iudicibus idiotis Regię Curię Pręturę huius vrbis anni pręsẽtis pro tribunale sedẽtis, & præsẽti inuentario hæreditario, & tutelare eius iudiciariã autoritatem pariter, & decretum præstãtis dãtis concedentis tribuentis, & interponẽtis vocatis prius voce præconia per sticũ de tale dictę curię seruientẽ creditoribus aut legatarijs dicti cõdã Gaij, vt si quis esset haberet, & aliquid pretẽderet cõpareat in cõfectione pręsentis inuentarij, & comparente ipsa met. Do. Berta nomine ꝓprio, & pro eius dotibus, & dotario, seu antifato dicitur fore, & esse creditricẽ pro dotibus, & antifato prędictis virtute cõtractus matrimonialis celebrati manu talis notarij die, &c. Et nemine alio comparente assumptis loco uocatorum, & non cõparentium magnificis Filiberto, & Dionisio de tale de dicta ciuitate probis uiris utiq; fide dignis substantiam possidentibus, & dictum condam defuntum eius facultatem agnoscentibus adhibito notario Riccolo de Seccola se subscribente in præsenti inuentario stante quod dicta domina Berta nescit scribere aut nullo adhibito Notario pro subscriptione facienda in præsenti inuentario quatenus opus esset, & de iure requiritur, ex quo dicta præfata Berta, seu hæredes prædicti condam sciunt scribere preposito prius per dictos hæredes ven. signo Sanctæ Crucis omni malignitate sublata quę habeatur loco iuramẽti, & sollemnitatis pręsentis inuentarij de non occultando immò reuelando omnia, & singula bona in dicta hęreditate inuenta, & reperta.

Sub hac tamen pręuia clausula, lege, conditione, ac protestatione, sub quibus, & eis pręcedentibus intelligatur, & sit factũ, & confectum pręsens inuentarium hęreditarium, & tutelarem, ac repertorium bonorum omnium pręfati defuncti, & non aliter, nec alio modo, quod si in præsente inuentario, & repertorio bonorum reperirentur, & essent descripta, & apposita, ac annotata aliqua bona, & *iura quę* de iure, vel de consuetudine describi, & apponi non deberent quod vtiq; habeantur pro nõ notatis, descriptis, neq; appositis in eo, & è conuerso si in pręsente inuentario, & repertorio bonorum non reperirentur, nec essent descripta notata neq. apposita aliqua bona, & iura, quæ de iure, vel de consuetudine, aut ex forma statuti describi notari, & apponi deberent quod vtiq. habeantur pro descriptis appositis, & notatis in præsente inuentario, & repertorio bonorum, ex quo dicit ipsa tutrix se omnia de quibus notitiã habuit, & habet in inuentarium redigi fecisse, nec secundum eius scientiã, & credere aliud fore in bonis, & hæreditate prędicta vltra prædicta descripta in præsente inuentario dicens, & protestans, q quicquid aliud inuenerit in dictis bonis hæreditatis, vel ad eius notitiam peruenerit, illud quandocumq, fieri poterit, & scierit manifestabit, & in inuentario redigi faciet atq; poni, & scribi eo semper saluo, quod semper vti valeat veritate, & non aliter, nec alio modo.

In quaquidẽ hęreditate dicta domina Berta in primis, & ante omnia apposuit, & apponit omnia, & singula iura, & actiones, ac prætensiones dicto condam Gaio sub quocumque nomine modo causa, via, occasione, ratione, & forma, quomodocumque & qualitercumq; spectantia, & pertinentia, ac spectanda, & pertinenda, seu spectantes, & pertinentes contra qua-

quascumq; personas, & bona virtute, & authoritate quorumcumq; instrumentorum; contractuum, testamentorum, codicillorum, actorum, & scripturarum publicarum priuatarum, & finè, & pro modo dixit, & declarauit inuenisse bona infrascripta videlicet.

Item, &c.

Quod autem spatium supra demissum, &c. Vndè, &c.

Testes, &c.

Nota 116. par. 1.

ITEM nota quod superius tractatum fuit de inuentarijs conficiendis per tu-
1 tores, aut per hęredes † remanent, etiam aliqua oportuna necessaria infrà, & maximè quod multoties succedere solet quod defunctus antè eius mortem non confecit testamentum quo casu quotidiè euenit casus quod nonnulli capiunt hæreditatem defuncti non obstante quod relinquit filios, & licet per aliquem reperiatur confectum testamentum, & in eo instituerit suos hęredes vniuersales cum toto hoc, semper euenit qualiter nonnulli capiunt hæreditatē defuncti afferendo quod ad
2 eos spectat non aduertendo quod † hęreditas continuatur in hęredem stante forma capitulorum Regni 43. fol. 351. Recolendæ memoriæ Regis Ferdinandi quæ etiam locū habent in rebus feudalibus, vt in dicto cap. 43. Intantum quod isti qui accipiunt hæreditatem per actum Notarij modo predicto potius videtur hoc damnosum quā lucrosum, nam hæredes possunt indè se dirigere in possessorio, aut in spolio priuilegiato, & de recenti infrà bimestre, sed si aliqui intendunt pro aliquo iure ratione, vel causa, tutius est se dirigere cōtra hæredem quàm deuenire ad capturam possessionis modo prædicto, & ei qui legitimè competit hæreditatem defuncti in rebus feudalibus potest capere possessionem per Notarium sub forma sequenti.

Forma actus possessionis rerum feudalium.

Die, &c.

NOtū facimus, & testamur qualiter nouiter sicut Altissimo Domino placuit mortuus, & defunctus fuerit Sempronius de T. sinè testamento, aut ab intestato sibi, & in bonis suis succedentibus Seyo, & Tosebio eius filijs legitimus, & naturalis natis, & procreatis ex eo, & domina Filomena olim eius vxore siuè condito prius per eū suo sollemni, aut nuncupatiuo testamento in actis T. Notarij die, &c. Qui hæredes dicti condā defuncti intendunt se immiscere, & hęreditatem dicti condā adhire non inconsulto, sed consultè cum beneficio legis, & inuentarij prout melius die sua, & pro modo intendunt capere apræhendere, & habere possessionem talis feudi, seu terrę de qua erat dominus patronus, & Baro dictus dominus Sempronius, seu interueniēs T. mihi cognitus velut procurator serio cū iuribus, & pertinentijs suis omnibus, & singulis, ac iurisdictionibus lucris, & emolumentis, & cum toto integro statu, vel, vt infrà. Quapropter dicti Seyus, & Tusebius mihi Notario cogniti hæredatarijs nominibus iam dictis omni alio meliori modo, nomine, iure actione, via, & forma ratione, vel causa tacitè constitutus ad hæc Magnifici domini T. olim Baronis, &c. Virtute procurationis factæ manu T. Notarij die, &c. Procuratorio nomine prædicto omni alio meliori modo, &c. Cepit, & capit possessionem, &c. Vel expressè, &c. Serie constituti in dicto feudo, seu in dicta terra in præsentia infrascriptorum testium apræhendit cepit, & capit actualem corporalem ciuilem, & naturalem vacuam liberam, & expeditam possessionem feudi, seu Baroniæ, &c. Cum toto eius integro statu iuribus iurisdictionibus potestatibus, & pertinentijs suis omnibus, & vniuersis ad dictos, seu ad dictū hæredem spectantibus, & pertinentibus iustę, & legitimè quomodocumq; & qualiter cumq; ob mortem dicti condam Sp. domini Baronis, &c. Vigore priuilegiorum actorum instrumentorum, & hoc per introitum, & exitum dicti feudi, seu terræ, & in eis ambulando, & deambulando, & discurrendo iustitiam administrando carcerando, & excarcerando carceratos repertos in castro dictæ terræ, & priuando ac amouendo officiales dictę terrę, & alios de nouo creando, & faciendo, & per apprehensionē anuli ianuę dicti castri, & eam claudendo, & aperiendo, ac etiā intrando claudendo, & aperiendo ianuas dictæ terræ siuè stantiarum, & baiuliæ dicti feudi per globos terrarum per incisionē arborum, & alia signa facientia in signum veræ realis corporalis ciuiles, & naturalis possessionis dictorum bonorum de quibus possessionē vacuam liberam, & expeditam acceperunt, & accipiunt se inmiscerunt, & inmiscūt, seu dictus procurator nomine, & pro parte dictorum, seu dicti hęredis modo iam dicto ipsius feudi nuncupati di T. secus tales, & tales confines, seu dictæ terræ nuncupatæ, &c. In territorio, &c. Secus tales confines de quibusquidem dictus Sp. dominus Baro, vel dicti hęredes succedentes ęqualiter rogauerunt me Notarium, vt de

præsente

præsente publicum instrumentum conficiam prout fuit confectum in tali die, & in tali hora ipsius diei, vndè, &c. Præsentibus, & protestibus T.T.

Nota 117. par. 1.

ITEM nota quod aliquando Baro habitat cum domo, & familia extra Baroniam prædictam in aliqua Ciuitate Terra, vel oppido vbi vult vti iurisdictionibus, & administrare iustitiam, & Officiales ibi detinere, & habere,
2 † tamen ad hoc non potest deueniri sinè expressa licentia Ciuitatis id est si in Vrb. Fel. Pan. sinè licētia D. Prætoris in alijs verò Ciuitatibus, & Terris non potest hoc fieri sinè expressa licentia Iuratorum de qua licētiā solet fieri actus sub forma sequenti videlicet.

Forma actus iurisdictionibus pro Comite, seu Barone in loco extrà Baroniam.

Die, &c.

ILlustri, & Sp. Domini Pretor, & Iurati Fel. Vrb. Panor. plena sede vi præsentis actus ad relationem T. de officio eiusdem Curię dederunt, & dant concesserunt, & concedunt licentiam, & facultatem Sp. Domino Don Agamennoni de T. Baroni T. Terrę vtendi eius iurisdictione quam habet contrà eius subditos, & vassallos tantum in hac Vrb. prædicta, ità quod per pręsentem nullum intelligatur præiudicium generatum priuilegijs, & consuetudinibus Vrbis prædictæ, & hoc ad beneplacitum dictorū Illustris, & Sp. Dominorum Pretoris, & Iuratorum, & eorum successorum, & non aliter, &c. Vndè, &c.

Nota 118. par. 1.

ITEM nota quod aliqui hæredes non inuigilant ad capiendam hæreditatem cū beneficio legis, & inuentarij sed in ea se in miscent in discretè, & indè fingūt non habere hæreditatem, vt nō teneantur ad debi-
1 ta defuncti, † sed tu aduocate sis cautus ad probandum qualiter filius testatoris bibit de vino, vel comedit de frumento patris post eius mortē, aut quod aliquos fructus acceperit comederit seu consumpserit in vsu eius vitę quia tunc per istos actus filius non negans videtur adiuisse vndè repudiare non potest, & tenebi-
2 tur creditoribus defuncti, & sic etiā † ipse filius sit cautus, vt non teneatur quod in continenti faciat publicum instrumentum fieri de repudiatione, ità eleganter dicit Ang. in l. si quis dederit §. Pretor de acqu. here. & quia aliquādò hęreditas est damnosa, & non lucrosa, quo casu nullus curauit accipere hæreditatē, & sic ex isto casu exemplū est scilicet. Quidam erat debitor meus in mille, moritur, & nullus vult esse eius hæres, quales consilium dabitur mihi creditori certè consilium est, quod ego mictā ad hæredem qui ex testamento, vel ab intestato deberet succedere aliquem, qui dicat accipe istos denarios, puta 20. ducatos, quia ego sum debitor defuncti, & si accipiat, statim erit obligatus ad debita hæreditaria soluenda, vt probatur in l. cum debitum C. de iure delibe. quia vbicumq; hæres facit aliquid quod non potest fieri, nisi sit hæres videtur adire hæreditatem, vt l. pro hærede §. papinia. in fine de acquiren. hęreditate, sto in dubio accipiendo videtur recipere pro se, & non pro alio, vt l. Iulianus § si seruienti eodem tit. & l. magis ff. de solu. & not. glo in d. l. pro hærede §. 1.
3 Sed † aduerte quod hoc debet fieri post triginta dies, qui dantur ad inchoandum inuentarium, vt in l. 1. §. sin aut dubius, eodem tit. ad hoc vt non possit posteà inuentarium conficere, & facias fieri dictam solutionem coram testibus, vt probari possit. Ex quo institutus hæres non debet tamò citius capere hęreditatem, nec creditor defuncti perquirere cautelam supradictam nisi elapso termino dato ad conficiendum inuentarium. Hoc facit pro hærede, nam si institutus hæres vult habere dilationem aliquam, infrà quam non possit conueniri à creditoribus, vel legatarijs post aditam hæreditatem, etiam quando hæreditas est soluendo cautela est, vt conficiat inuentarium, & incipiat ipsum infra triginta dies à die adite hæreditatis, & cōpleat in fine trium mēsium, si res hæreditariæ sunt præsentes, & si absunt, in fine anni iuxt. l. fin. §. sin autem dubius, C. de iure delib. Et iterum infrà dictum tempus quo inuentarium conscribitur nō poterit hæres cōueniri à creditoribus hęreditarijs, vel legatarijs, nec ab eis inquietari, nec ad iudicium trahi, nec poterunt etiam per hypothecariam res hæreditariæ vendicari, & sic habebit dilationem trium mensium, vel vnius anni, inuitis creditoribus, & legatarijs, vt est casus in l. fin. §. donec C. de iure. delib. & est glo. in dicto §. sin autem dubius in verbo immisceat, quę dicit per d. §. donec quod interim dum fit inuentarium, hęres non tenetur alicui, & idem not. Azo in summa C. de iur. delib. in vers. effectus autem huius inuentarij. Et aduerte quia istud beneficium dilationis durat donec conscribitur

tur inuentarium, vt dictum est, scias quod si creditor agit contra hæredem, vniuersalem sui debitoris probare habet solum possessorem principalis debitoris sui, vt inquit Mascard. concl.456. nu.9. fol.349. vol.3.

Nota 119 par.1.

1 ITem quod aliquando † succedere solet hæredi, qui confecit inuentarium tamen in eo non reperiuntur sollemnia quæ de iure requiruntur qua de causa debet vti infrascripta cautela scilicet si hæres non conficit inuentarium, hodiè tenetur ad omnia legata, & etiam ad omnia debita vltra vires hæreditarias, vt l. fin.C. de iur. delib. & ibi plenè de materia, quia lex præsumit quod hæres surripuit de bonis hæreditatis, vt in authent. de hæred. & falcid. § sancimus, quæ præsumptio est iuris, & de iure, quæ non recipit probationem in cõtrarium, nisi per confessionem partis, vt in authent. Sed iam necesse, C. de dona antè nuptias, & in corpore vndè sumitur, per glo. in l.contrahentibus, §. 1. de non num. pec. secundùm Bald. in l. filium quem habentem, C.fam. herc.

Quapropter si legatarij confiterentur quod bona non sufficiebant ad legatum, vel creditores confiterentur, quod bona non sufficiebant ad soluenda debita, & quod hæres nihil subtraxit, sed solum se fundarent, quod inuentarium non fuit confectũ, deberent succumbere.

2 Caueant † ergò quod non respondeant, vel confiteantur legatarijs, vel creditores, & etiam aduocatus, siuè procurator sit cautus in extorquendo dictam confessionem, quia facit hoc modo clientulum suum absolui, ità tenet singulariter, Paul. Castr. in l. in ratione, § quod vulgo, ff ad legẽ falci. quod nota, & tenementi perpetuò, vt scias adiuuare hæredem, qui nõ confecit inuentarium, vel confecit, de iure nõ confecit, vt non teneatur vltrà vires hæreditarias, de qua materia iam super ius sufficienter

3 tractatum fuit † remanet solummodo tractare aliquantulum de hærede quando vult adhire, vel se immiscere in hæreditate quomodo fieri debeat, & pro hoc notandũ est id quod infrascriptum capitulatim declarabitur.

Item in primis aduerte pro clariore instrutione inferius dicendorum, & formarum instrumentorum necessariorum pro huiusmodi causa, vbi primo loco videndum est, quæ sit differentia inter verbum adire, & verbum immiscere, quæ ambo verba satis in se conueniunt respectu finis, & materiæ præpositæ additionum hæreditatum.

Et sic aduertatur, quod verbum immiscere conuenit hæredi suo, hoc est ascendenti, vel descẽdẽti eius, de cuius hęreditate agitur. Adire verò cõuenit hęredi extraneo, videlicet, collateralibus transuersalibus, siuè agnatis, siuè cognatis, seu alijs quibuscunq; hæredibus, vt habetur in §. in extraneis insti. de hære. qual. & diffi. & not. glo. in rub C. de iure delib.

Item est notandum, quod additio, seu immiscio hæreditatis aliquandò fit purè aliquandò conditionaliter scilicet, cum beneficio legis, & inuentarij aliquãdò ex testamento, aliquandò ab intestato. Purè intelligitur quando quis in testamẽto est institutus, vel ab intestato obtinet primum gradũ in successione, quia tunc est in eo statu hæreditas, vt adiri possit, vel repudiari l. is potest ff. de acquir. hæredit.

Conditionaliter idest quando est relicta sub conditione, ex eo quia pendente conditione adiri non potest l. sed si alio § fin. cum l. seq. ff. ad Treb. & not. Bald. in l. post mortem col. fin. C. de fideicomm. Et tunc dicitur hęreditas delata quando quis in testamento est purè institutus, vt supra dictum fuit.

Cum beneficio legis, & inuentarij hęres debet infrà triginta dies inchoare inuentarium à die scientiæ, vel aditæ hæreditatis, & finire infrà tres menses, si bona sunt præsentes, vel parum distantes, alias infrà annum, à die mortis defuncti, etiam quod à principio dictã hæreditatem adiuerit, & absq; aliqua protestatione, & ità inquit Paul. Cast in cons. 268. num. 6. vol.2 Boer. decis. 168. num.4.

Et quando bona defuncti reperiuntur in diuersis prouintijs, dicit Bald. in l. fin ff. de dolo, videtur plura fieri inuẽtaria necessaria propter diuersitatem locorum testium, & tabellionum, tamen secundum Oddof. contrarium est verum. Nam hæres inuenit omnes res vbicũque sunt per se, & per alios, & posteà conuocatis testibus, & legatarijs, & his qui conuocandi sunt ad hoc incerto loco, dicet has res inueni in tali loco, & in tali parte, & has alias in tali, & de omnibus adimplebit solemnitatem, & ideò datum est ei à lege certũ tempus ad prædicta peragẽda, vt primò perquirat res, & posteà cum solemnitate prędicta in scriptis reducat; & si non posent oẽs res stare in vna charta ponet in pluribus; dum tamen sic sint coniunctæ quod in hoc non posset esse dubiũ, quia hoc non est prohibitum, vt ff. ex quibus causis maio l. nec non § quod eis, & in hoc est arg ff. de testa. l. ad testium in fin. & ità praticatur, tamen ad maiorem cautelam ad remouendum dubium antedictum, seu dubitationem in prima charta fieret mentio de secunda per hunc modum. Et quia in hac charta res omnes comprehendi non poterant, ideò ad eam alia est

coniunta per talem modum in qua dictum inuentarium completur, & melius insti. de testa. §. possunt, & cum hæres non potest subscribere adhibeat alium subscribentem, & faciat de hoc mentionem, vt eius occasione dubietas nõ oriatur, secundum Nic. de Mat. & si hæres, & fideicommissarius fecerint diuersa inuentaria, tamquam excedentia, & excessa nũquid tamquam contrariæ scripturæ sibi derogent secũdum Bal. in authen. sed cum testator alle. dic. quod non quia res inter alios acta, &c. ff. de infor. l. Lucius. Et ista quæ dicta sunt habent locũ, tã in hærede ex testamẽto quã ab intestato.

Item aliquando fit suorum videlicet ascendentium, & descendentium, aliquando extranearum personarum, videlicet cognatarum, vel agnatarum, seu transuersalium.

Et antequam deueniatur in sequens quęsitum est dicendum qualiter adita hæreditas est illa de qua hęres se intromisit authoritate Pretoris, tamen ista authoritas Prætoris non est semper necessaria, ex quo sola voluntas sufficit, vt institu. de hæredum quali. & diffe. §. ità extraneus, secus in petitione bonorũ possessionis, vt ibi not. & de aditione, & repudiatione hęreditatis, not. in l. qui se patris C. vndè libe.

Hęres tamẽ dicitur illę qui succedit in vniuersum ius defuncti l. cũ hæres ff. de di. & tempo pręscri. aut est dominus hęreditatis quę fit aditione in voluntarijs § fin. institu. de hære. qua, & diffe. sed in necessarijs defertur ipso iure hæreditas.

Instituere hæredẽ dicitur aliquẽ post mortem suam loco sui in omnibus bonis dominũ constituere quoniam dicitur hæres adictione hæres idest dominus, sibi enim succeduat vniuersa bona defuncti, & ad eum commoda, & incommoda hæreditaria redeunt, & sunt diuersi hæredes.

Quoniam hæredes alij sui, & necessarij, alij necessarij tantum, alij voluntarij, alij legitimi, alij legatarij, alij testamentarij, alij fideicommissarij.

Taliter quod hęres suus dicitur filius qui est in potestate patris tẽpore mortis ipsius patris.

Hæredes sui, & legitimi, secundum Azo. tit. de suis legitimis, hæredibus appellantur qui in potestate morientis fuerunt, vt filius, filia, nepos, nepti, ex nepote natus, ex filio pronatus pronata, seu pro nepos, pro neptis, legitimi, & naturales, vel etiam legitimi tantum, vt adoptiui.

Hęres tamen necessarius est seruus hęres institutus in testamento domini sui ab eo qui facultates suas habet suspectas ne possit ex ipsis satisfieri creditoribus quibus est obligatus, adeò quod non credit alium hęreditatem suã adire, si hæredem eum institueret, qui se ruus hæres factus, idcò necessarius dicitur hæres, quia siuè velit, siuè nolit, cogitur suam hæreditatem adire, vt satisfaciat creditoribus, vt insti. de hære. quali. & diffe. § 1. & hoc verũ nisi illi seruo debeatur fideicommissaria libertas, l. is qui soluendo ff. de hære. inst.

Legitimus hęres dicitur illę qui ex lege duo decim tabularum, aut ex iuris constitutione etiam sinè testamento succedit defuncto, vt sunt cognati agnati proximi institu. de legi. agn. in princ.

Legatarius hęres est illæ qui legatum accepit, vel cui legatum factum est, vt l. quoties ff. de hære. insti.

Item aduerte, quod vbi fit aditio, seu immiscio per aliquem hæredem, siuè ex testamẽto, siuè ab intestato, quod in ipso instrumento, siuè inuentario debet fieri mentio, an ex testamento, vel ab intestato adeat, vel se immisceat, & si fiat ex testamento debet fieri mentio per quem Notarium rogatum fuerit ipsum testamentum, & quibus, anno, mense, & die, & si de nocte, hora.

Nam hæredes testamentarij dicuntur, qui ex testamento hæredes scripti sunt.

Hæres verò ab intestato est illæ, qui succedit in ius defuncti sinè omni testamento, vt inst. de hære. quæ ab intest. defe.

Item aduerte. quod si aditio, seu immiscio, fieret cum beneficio inuentarj, modo iam dicto quod licet de iure ipsum inuentarium fiendum esset tempore aditionis, seu immiscionis, quoniã aditio hęreditatis potest fieri longissimo tempore scilicet infrà triginta annos, l. licet, & ibi not. C. de iur. delibe. sed tamen agnitio bonorum pos fit solum infrà annum quando defertur liberis. Alijs verò transuersalibus defertur infrà centum dies l. 1 § largius de success. edic. & l. 2. C. qui admit. Quæquidem agnitio refertur ad bonorũ possessionem adeundam de iure Pretorio, l. infanti, & l. bonorum, C. qui admit. l. 1. C. de iur. delibe. Et ista agnitio differt ab aditione, vt est tex. in l. æquissimum, §. si duo de bono. posses. Et ista aditio hęreditatis in solo animo consistit, qui animus potest vbiq; & coram quocumq; verbis declarari, l. gerit, & ibi Bart. in eo l. si auia, C. de iure delibe. Dico enim quia aditio transfert magis plenum ius in hęredem quia facit in eum transire, & directum dominum, sed agnitio bonorum possessio. transfert solum vtile, quia Prætor non potest facere quem directo hęredem, §. quos autem instit. de bonorum possessio. ita dicit Bart. in l. 2. de bono. possessio.

Item aduerte, quod hęres de iure infrà certum

tum tempus tenetur inuentarium conficere, vt gaudere possit benefitio ipsius, & in confectione eius requiritur citatio creditorū, & debitorum, & legatariorum, vt in supradictis formis dictum fuit.

Tamen debet sciri qualiter pro infrascriptis capitibus licet quod hæres non confecerit inuentarium actamen non tenetur vltrà vires hæreditarias.

Primus est in Monasterio, quod successit ingresso religionem, quo casu non tenetur vltrà vires hereditarias si non confecerit inuentarium, secundum Bal. in authen. causa quæ fit cum monacho, C. de Epis. & Cler.

Secundus est, si creditores seu legatarij confitentur se scire non sufficere bona hereditaria pro soluendis debitis, ita dixit Angel. in l. filium, C. famil. hercisc.

Tertius casus est, quando testator antequam decedat cedit bonis, ità not. dicit Bal. in l. fin. C. qui bon. ced. poss.

Quartus casus est, quando heres dolo inductus adiuit hæreditatem, ità dixit Bal. in l. fin. ff. de dolo.

Quintus casus est, si legauit alimenta, ità Bal. in l. voluntas, C. de fideicom.

Sextus casus est, in Ecclesia, ità Bal in l. fin. C. de iur. delib. & Bar. in l. fin. C. de sacr. Eccl. licet Ange. tenuerit contrarium in l. 1. §. pen. ff. si cui plusquam per leg. falci.

Septimus casus est, quando testator dixit, quod volebat omnia solui de bonis suis, ità Bar. in l. vnica, C. de his, quę penæ nomine.

Octauus est, quando aliquid relinquitur Ecclesię quod relictum non potest Ecclesia petere vltrà vires hæreditarias, ità Bart. in l. 1. C. de sacrosan. Eccle. Ratio, qua Ecclesia debet viuere secundum forum conscientiæ, C. nouit. de iud.

Nonus casus est in executore, qui loco hæredis habetur, ità Bar. in l. cēturio ff. de vulga. & pupil & ibi est tex.

Decimus casus est, instituto grauato, vt omnia bona distribuat inter pauperes, ità Ioan. And. in addi. spec. in tit. de instrumen. è d. §. nunc aliqua in add. quę incipit Iaco de Are.

Vndecimus casus est, in marito, & alijs, qui nō possunt exigi nisi quatenus facere possunt, & in vsurario, per not. in regula peccatum de reg. iur. in 6. & C. cum tu. de vsur.

Et aduerte quod in ipso inuentario debent poni omnia bona, res, iura actiones, debita, & credita ipsius hæreditatis, & etiā si ipse hæres est creditor, debet creditum suum ponere in ipso repertorio ne fortè actiones cōfundantur. Si verò contingat aliquem adire hæreditatem alicuius defuncti, qui defunctus grauatus erat de restituendo aliquam hæreditatem ipsi hæredi relicto. eo casu cautū est ipsi fideicommissario volenti adire hereditatem ipsius vltimo loco defuncti, quod ipsam hæreditatē ipsius grauati vltimo loco defuncti adeat pręmissa protestatione, quod per aditionem pręd:ctam non intendit derogare iuri sibi competenti in bonis relictis per ipsū vltimo loco defunctū vigore testamenti primi testatoris. scilicet eius, qui grauauit vltimo loco defunctum de restituendo bona sua ipsi adire volenti, & quod non intendit adire, nisi hæreditatem, & bona defuncti prædicti vltimo loco, & nō aliter, & quod dictam aditionem facit citrà pręiudicium, & cum reseruatione cuiuscumq; iuris sibi competentis in ipsis bonis relictis per dictum vltimum defunctum vigore testamenti dicti primi testatoris.

Nota 120. par. 1.

ITEM nota quod in principio istius notæ dictum fuit quod in inuentario debent poni omnia bona hæreditaria, ergò si non fuerunt posita scilicet an per ommissionē vnius rei in inuentario priuetur falcidia in omnibus rebus. Secūdo an ex tali ommissione hæres teneatur in solidum legatarijs. Tertio an ex ommissione teneatur hæres creditoribus insolidum. Petrus de Ancharano in consilio suo quod incipit, in causa consulenda ommissa, &c. Dicit sic, licet tunc temporis, scilicet tempore confecti inuentarij omnia in inuentario non posuit poterit tamen posteà ponere. Nā quod ponātur omnes res à principio nulla lege cauetur. Sed descendendo ad secundum dubiū quod fuit si mater sciēter ommisit ponere quasdam res in vētario, dicatur ex hoc minus legitimè tutelam assumpsisse, & per cōsequens, tamquam nullo modo assumpserit, priuatur successione filij pupilli in pupillari ætate defuncti. Super quo dubio reperiuntur, contraria consilia excellentium Doctorum tenentium, quod priuetur, & fundant se principaliter super l. quoties viciosè ff. qui satisdat. cogan. & in C. inter corporalia de transactio. Nam nullum, & in vtile æquipolent. vt not. in l. 2. in §. si mater ad Tertul in glo ergo idem, si partem rerum, vt l. quæ de tota. ff de rei vendic. Item ad paria iudicantur tutorem minus idoneum pupillo petere, vel dolosè res quas dant voluisse in inuentario occultare, vt est tex. iuncta glos. in l. 1. §. solent ff. de offic. præfec. vr.

Et si hæres non seruauit dispositionem factam de inuentario conficiendo, tunc tenebi-

tur insolidum creditoribus. vt in l fin. §. illo de iur. deliber. & in d §. fi. & si præfatam.

Nota 121. par. 1.

1 ITem vltimo nota quod pro condimento huius materiæ, † scias quòd multiplex est species inuētariorum, est enim quoddam inuentarium, quod fit de bonis confiscatis, de quo. C. de bon. proscrip. l. si quis post hac, & l. si quis intrà de bonis vacan. l. fin. lib. 10.

2 Item est aliud inuentarium quod fit ab Episcopo † in casu, C. de Episc. & Cler. l. nulli.

Item aliud quod fit ab hærede de quo supra latè est dictum, & vide in l. fi. §. sin autem dubius, C. de iur. deliber. & ibi pro Doctores in authen. de hæred. & falc. §. si verò absunt, & vide tractatum Domini Ang. in l. 2. si cui plusquam per legem falcid.

Item aliud quod fit per curatorem datum vētri de quo habetur de ven. in possess. mitten. l. 1. §. pen. & not. de curato. bo. dan. l. 1.

Item aliud quod fit per curatorem datum bonis, de quo in alleg. § pen. & l. 1. de curato. bo. dando.

3 Item † aliud quod fit à creditoribus de bonis debitoris, de quo de bonis auto. iud. possid. l. fin. circà medium.

Item aliud quod fit per curatorem adulti, vel tutorē pupilli, de quo in l. tutor qui repertorium, ff. de adminiſtr. tuto. & C. eo. l. tutores & istud differt ab inuētario hæreditario ī hoc, quia contrà illud admiċtitur probatio in contrarium, vt C. de iur. deliber. l. fin. § licētia, sed contrà istud inuentarium not. vt C. arbi. tute. l. fin. Item differunt, quia in illo non inferuntur tenores instrumentorum, sed solum designantur, sed in isto tutore sic, vt l. chirographis, ff de administ. tuto. cum glos. & de isto inuētario, licet supra aliqui sint dicta, hæc alia pono, quæ dixit Bal. in alleg. l. tutor, intantum quod necesse est pro instrutione iuuenum deuenire ad formam ipsorum actorū supra specificatorum per modum, vt infià videlicet.

Forma immiſcionis hæreditatis paternæ per filium factæ abinteſtato.

Die, &c.

NOtū facimus, & testamur qualiter Gandinus de T. filius, & hæres, & hæreditario nomine abintestato condam Anastasij de T. eius patris sciens ipsam hæreditatem prædicti condam sui patris sibi abintestato fore, & esse delatam volēs se in ea immiscere, & ipsam hæreditatem, & bona apprehendere, & acceptare sponte, præsens coram nobis mihi Notario cognitus dictus Gandinus ex certa scientia, omnibus iure, via, modo, & forma, quibus, & prout melius, & efficatius potuit, & potest, & fieri, & esse possit, per se suosq, hæredes, & successores, ipsam hæreditatem, res, & bona dicti condam Anastasij eius patris apprehendit, & acceptauit, & adit, & acceptat, & in ea se immiscuit, & immiscet, dicto nomine omni alio meliori modo, & nomine, & prout efficatius ei fieri, & esse potuit, & potest, & vt de iure requiritur, & melius die sua, &c. Cum reseruatione tamen, & protestatione de his omnibus, & singulis bonis dictæ hæreditatis intendit in tempore opportuno de iure requisito inuentarium conficere cum benefitio ei de iure concesso, & in dicto inuentario conficiendo declarando, & non aliter, &c. Et de prædictis omnibus, & singulis rogauit me Notarium, vt publicum cōficiam instrumentum, vnde, &c.

Testes, &c.

Alia forma aditionis hæreditatis facta per extraneum ab inteſtato cum inſerto tenore inuentarij.

NOtum facimus, & testamur quod Anastasius de T mihi Notario cognitus præsens coram nobis, & testibus infrascriptis hæres, & hæreditario nomine ab intestato, & cū benefitio legis, & inuentarij condam Petrulini fratris sui sciens ipsam hæreditatē dicti condam Petrulini tamquam proximiori ab intestato delatam fore, & esse, & de iure ei spectare, & pertinere. & volens ipsam hæreditatem, & bona relicta per dictum cōdam eius fratrem adire non inconsulto, sed consultè, & ipsa bona dicti condam eius fratris cognoscere habere, & acceptare, ac appræhendere, & in eis se immiscere cum benefitio legis, & inuentarij, & vti benefitio sacratissimi Imperatoris Domini Iustiniani, quod datur hæredibus conficientibus inuentaria, ne ipse Anastasius vltrà vires hæreditarias de proprio cōueniri possit, & teneretur forte creditoribus dicti condam, & vt delegatis possit falcidiam detrahere quatenus expediat, spōte, & ex certa scientia omnibus iure, via, modo, & forma, quibus, & prout melius, & validius, ac vtilius potuit, & potest, & fieri, & esse, ac prodesse possit, ipsam hæreditatem, & bona dicti condā appræhendit, & adiuit, appræhendit, & adit, & acceptauit, & acceptat, cum benefitio legis, & inuentarij, modo ism dicto, & alia benefitia ei introducta in lęsa seruentur moxquam sciuit volens in præsentia, & de mandato T. Sp. domini

ni Iudicis præsentis pro tribunali sedentis, & suam iudiciariam authoritatem pariter, & decretum præstantis, & tribuentis, inuentarium conficere de rebus bonis, & iuribus, & actionibus dictę hęreditatis pręmisso, & manu propria facto venerabili signo Sanctæ † Crucis, citatis prius debitoribus fortè dicti condam, vt constat, &c. Dixit confessus, & protestatus fuit se inuenisse, & intellexisse esse in bonis, & hęreditate pręd:ctis hęc infrascripta bona, iura, & actiones debita, & credita, & nomina creditorum, & debitorum de quibus infrà.

Dicens, & protestans se omnia, de quibus notitiam habuit, & habet de ipsa hæreditate in inuentarium redigisse, & redigi, & scribi fecisse nec secundum eius scientiam, vel credere aliud fore in dictis bonis, & hæreditate vltrà descripta in ipso inuētario, seu repertorio, nec dolo, aut malignitate aliqua vsum fuisse, vel fecisse, nec in posterū vtetur quin ipsa omnia bona mobilia, & immobilia sese mouentia nomina debitorū iura, & actiones, & omnes res, & omnia, & quacumq; alia iura dictæ hæreditatis in inuentario ponātur, & inserantur, & si quid aliud vllo tempore inuenerit in dictis bonis, & hæreditate illud quā citius fieri poterit in inuentarium redigi faciet atq; poni, & scribi, dicens etiā insuper, & protestans, quod si aliqua posuerit, non ponenda, vel aliqua ommisserit, ponenda, pro non oppositis vult haberi apposita, & apponenda pro appositis reputari, & adeo, quod semper eidem liceat, vt veritatem.

Et de prædictis omnibus, & singulis rogauit me Notarium, vt publicum conficiam instrumentum, vnde, &c. Testes, &c.

Si verò fiat aditio hæreditatis ex testamento per filium, seu alium descendentem concipiatur sub forma superius iam dicta mutatis competenter verbis mutandis, & fiat mentio de testamento, & per quem rogatum fuit, & sub quibus anno, & die, & si de nocte, sub qua hora, & eo casu, vbi dicitur ne vltrà vires hæreditarias possit conueniri, addetur, & vt delegatis possis falcidiam detrahere quatenus expediat prout in suprascripta forma.

Alia forma aditionis factæ per hæredem cum reseruationem iuris sibi competentis ex aliquo fideicommisso in bonis relictis per defunctum.

NOtum facimus, & testamur qualiter Iulianus de T. filius condam Christophori olim filij, & hęredis condā Pirini de T. sciens, & intendens hæreditatem condam Pirinij sui patrui olim fratris dicti condā Christofori sibi ab intestato delata fore, tamquam proximiori, volens ipsam hæreditatem sibi, vt supra delatam saluis tamen infrascriptis, & vt infrà nō inconsultè, sed consultè cum benefitio legis, & inuentarij adire, appręhendere, & acceptare, & in ea se immiscere omnibus iure, via, modo, & forma quibus, & prout melius, & efficatius potuit, & potest, & fieri, & esse possit saluis semper infrascriptis, & vt infrà ipsam hæreditatem res, & bona dicti condā eius patrui appręhendit, & adiuit, & acceptauit, & acceptat, & in ea se immiscuit, & immiscet cum benefitio legis, & inuentarij, & alia benefitia ei à legibus introducta illæsa seruentur moxq; potuit cum hac tamen protestatione semper præmissa facta, & repetita ante præsentē aditionem intelligantur, & sint, in principio medio, & in fine ipsius, & in qualibet eius parte ꝙ per præsentem aditionem, & immiscionē factam vt supra, & aliqua alia quæ fierent, & facerent ipse Iulianus nō intendit derogare alicui iuri sibi, tàm ex sui persona, quàm ex persona dicti condam patris sui spectanti, & competenti in bonis relictis per dictū cōdam eius patruū vigore testamēti pręd cti aui sui paterni quinimò ipsum ius sibi competens in dictis bonis vigore dicti testamenti vult, & intendit sibi saluum, & illęsum fore, & ipsam aditionē fecit, & facit stante quod ad eum spectat, & ꝑtinet hæreditario nomine prædicto ꝑ intermediam personam hoc est per mortem dicti condam eius patris cum reseruatione tamen, & citrà præiudicium iuris prædicti, & ita protestatus fuit, & protestatur ipse Iulianus, & volens de mandato, & in præsentia T. Sp. Iudicis præsentis pro tribunalis sedentis, & suam iudiciariam authoritatem pariter, & decretū præstantis, & tribuentis seruatis seruandis, & citatis, & c. inuentarium conficere, de bonis rebus, iuribus, rationibus dictæ hæreditatis dicti condam eius patrui, vt benefitium ex hoc inuentario de iure debitū sibi integrè cōseruetur præmisso ven. signo Sanctæ † Crucis dixit confessus, & protestatus fuit, & c. Extendatur indè prout in suprascripta forma.

Et si fieret aditio vigore testamenti fiat prout in suprascripta forma mutatis mutandis, saluo quod addatur quod sit ex testamento, & fiat mentio quis de ipso testamento rogatus fuerit, & sub qua die, & c.

Nota 122. par. 1.

1 ITem nota quod si forte in hæreditate † reperiuntur debitores, aliquæ personæ virtute instrumenti de casibus declaratis in cap. 19. incipiente, item prędicta locum habere volumus,

mus, & sit infrà decennium à die cessatæ solutionis, & virtute prędicti instrumēti reperiantur hypotecata bona stabilia debitorum cum clausula constituti, vel præcarij tunc hæredes dicti condam defuncti posito, & descripto debito prędicto, & instrumēto inuētario, & aditionis hęreditatis,
2 † tunc hęredes prędicti defuncti possunt capere, & habere virtute dictarum clausularum constituti, vel præcarij possessionem bonorū super quibus reperitur dicta obligatio,
3 maximè † quod si debitor qui pręcario possidet, vel eius hęres, si denegat restituere videtur creditorē spoliare, vt in l. fin. 2. respon. ff. de præcario, & ibi per Bart. qui remictit se ad not. per Cyn. in l. 2. & 4. C. si certū petatur, not. Bart. in l. 1. C. vnde vi per l. cum fundū, ff. eo. benefacit l. clam possidere, §. qui ad nundinas ff. de acquirenda possessione,
4 † Et præcarium etiam extenditur non solum contrà principalem debitorem, verum etiam contrà tertium possessorem, vt dicit Bal. in l. creditor C. de pignori. quia possessio ciuilis transfacta fuit in emptorem à tempore contractus, vt in l. quod meo ff. de acquirenda possessione & notatur in l. exitus controuersiæ per do. ff. de acquiren. possess.
5 Et † licet constitutum sit ficta traddictio tamen nō minus operatur quā vera, & per illud vera, ac propria possessio acquiritur l. certè § 1 ff de preca. quod constitutum non est accessoriū obligationis, sed traditionis, & translationis dominij, secundum Bald. in l. ab emptione, & ibi glos. ff. de pactis col. 3. vers. item non obstat, scias autē per longinquitas temporis habet vim constituti constitutū habet vim consensus, & consensus habet directum dominium, Mascar. concl. 148. nu. 2. fol. 413. vol. 1.
6 Nam † in acquirenda possessione requiritur animus, & corpus, l. 1. §. 1. l. 3. & in princ. & l. quemadmodum ff. de acquir. poss. quę non requiruntur in obligatione.

Et clarum est in iure quod virtute præcarij possit propria authoritate illam ingredi, & appręhendere etiā tertio resistente, vt tenet Bar. in illa vulgari, l. creditores quia ratione ciuilis possessionis scilicet præcarie esset potius defendere suam possessionem quam ocupare, vt in l. cum fundū de vi, & vi arma, & tantò fortius quod per constitutum traddatur ciuilē, & naturalem possessionem, vt l. interdum, & in l. quod meo, & ibi per Doct. ff de acquir. possess. cum per constitutum transferatur titulus, & naturalis possessio per d. tex. in l. quod meo, & l. certè, §. 1. ff. de præcar. Et si locum habet in casu resistentiæ tantò fortius locum habet supra principalem debitorem non resistentē: ità supra singularem successorem nō resistentem
7 taliter quod virtute constituti † potest creditor aut eius hæres capere possessionem virtute constituti, seu præcarij infrà decennium si de debito non apparuerit satisfactūm in quibusquidem contractibus aliquando solent poni clausulæ ratho manente pacto, operatur, q. licet contractui contraueniatur firmus nihilominus remaneat, Mascar. concl. 1157. nu. 37. vol. 3. Et sic est deueniendum per huiusmodi causa ad capturam possessionis, vbi solet fieri actus sub forma sequenti.

Forma actus capturæ possessionis virtute constituti.

Die, &c.

QVia Gregorius de T. se debitorem cōstituit condā Fabio tunc viuenti, & scripti in vnc. 30. pen. gener. illasq; soluere potest dicto creditori per totum mensem, &c. Et hoc ex causa, & virtute infrascripti contractus, & licet pluries ipse debitor fuerit requisitus per dictum creditorē eisq; hęredes tamen huiusq; non curauit soluere debitum prædictum prout tenebatur, vt dictus Georgius dixit, & quia pro cautela, & securitate hęredis dicti creditoris pro supradicto debito dictus debitor hypotecauit, & obligauit certa eius bona stabilia, ipsaq; bona cōstituerunt se pro parte dicti creditoris tunc stipulantis per constitutum tenere, & possidere prout hæc, & alia difusius contineri videtur tenore infrascripti contractus ad quem relatio habeatur.

Quapropter hodiè pręsenti capitulo die dictus creditor seu eius hæres mihi Notario cognitus præsens coram nobis, & testibus infrascriptis hæreditario nomine prædicto omni alio meliori modo, & nomine, vt die sua melius de iure dici fieri censeri, & ex cogitari potuit, & potest, & poterit vi pręsentis actus personaliter constitutus in tali territorio, & præsertim in loco, &c. Situatum, & cōfirmatum, &c. Ibiq; se contulit, & virtute cōtractus prędicti, & pacti, & constituti in eis adiectorum animo continuandi, & non dimictendi possessionem ipsius loci ad cautelam cepit, & capit realem, corporalem, actualem, ciuilem, & naturalem, vacuam, & liberam expeditam possessionem supradicti loci cum iuribus, & pertinentijs suis omnibus, & singulis, & eius integro statu, & in eumdem locum ambulādo deambulando, exeundo, intrando, & per appræhensionem anuli ianuæ stantiarū in dicto loco existentium, & eam claudenda, & aperiendo, & in dicto loco iterū intrando, & stirpando herbas, & per incisionem arborum domesticorum siuè siluestrum atq; per pugillū globosq; terrarū, & alia signa facientia, insignum

veræ

veræ realis, corporalis, actualis, ciuilis, naturalis possessionis, & non aliter, &c. Et hoc tàm virtute prælibati contractus siuè instrumenti quàm virtute testamenti dicti condam defuncti, & inuentarij bonorum per eum relictorum confecti manu talis Notarij die, &c. In quibus, & eorum singulis quatenus pro ipso capientem possessionem faciunt, & facere possunt in eius fauorem ad quæ, & eorum singula plena habeantur relatio, & non aliter, &c. Vnde, &c.
Testes, &c.

Nota 123. par. 1.

1 ITem nota quod aliquando succedere solet † quòd primus testator instituerit in hæredes vniuersales suos filios legitimos, & naturales cum conditione, lege, & clausula, quòd si decederent sinè liberis legitimis, & naturalibus quòd vtique in bonis suis omnibus succedat, & succedere debeat talis eius frater seu alia persona quem substituit, & instituit casu adueniente in hæreditate prædicta, & si, & quatenus fortè veniret casus prædictus tunc successor seu fideicommissarius, vel substitutus debet appræhendere hæreditatem dicti condam primi testatoris, & non eorum hæredum. Nam si acceptauerit hæreditatem hæredum, & ipsi tenerentur, & obligati reperiantur in aliqua sũma, tunc, & eo casu teneretur ipse successor, & fideicommissarius soluere debita prædicta super dictis bonis hæreditarijs si ceperit hæreditatem cum benefitio legis, & inuentarij, & ne incideret in laqueum ignorantiæ prout aliqui aliquando incidere solent debent capere hæreditatem eo modo, & forma prout infrà diffusius declarabitur quo casu solet fieri inuentarium modo prout sequitur.

Alia forma inuentarij pro successore, & fideicommissario.

Die, &c.

CVm temporibus præteritis sicut Altissimo Domino placuit mortuus, & defunctus fuerit Andromasus de T. de t. Ciuitate, & suũ condiderit testamentũ sub quo decesserit, factum manu T. Notarij die, &c. In quo quidẽ testamento in, & super omnibus, & quibuscumq; bonis suis mobilibus, & immobilibus sese mouentibus, iuribus, & actionibus, ac nominibus debitorũ, in hæredes vniuersales instituerit Felicianum, & Cosmanum suos filios legitimos, & naturales natos, & procreatos ex eo, & d. Cutista eorum matre, & inter alia capita ipsius testamenti ordinauerit, quod si fortè contingerit mori aliquem ipsorum hæredum vniuersalium sinè filijs legitimis, & naturalibus de suo corpore legitimè descendentibus tali casu vnus succedat alteri superstiti remanenti, vt ex tenore prædicti testamenti latius videtur apparere ad quod plena habeatur relatio. Quiquidem Cosmanus nouiter sicut domino placuit mortuus, & defunctus fuerit sinè liberis de eius corpore legitimè descendentibus, cui condam Cosmano, & eius bonis successerit, & succedere voluerit authoritate dicti testamenti tamquam olim de bonis dicti condam eius patris dictus Fælicianus eius frater nobilibus, &c.

Id circò hodiè pręsenti prætitulato die pręfatus Fœlicianus mihi Notario cognitus coram nobis volens se immiscere hæreditati dicti condam eius patris stante morte dicti Cosmani atq; etiã bonis fortè inuentis, & acquisitis de bonis per dictum Cosmanum olim eius fratrem adire appræhendere consequi, & habere non inconsultò, sed consultè, & cum benefitio legis, & inuentarij ne vltrà vires hæreditarias creditoribus, & legatarijs si qui fortè essent dictorum cõdam defunctorum de proprio teneretur, & vt ius falcidiæ, & quartę trebellianicæ, & alia iura, & benefitia à legibus introducta ei illæsa seruentur moxquam sciuit infrà legitima tempora à die mortis dicti condam Cosmani præsens inuentarium hæreditarium facere procurauit prout facit in præsentia, & de mandato Magnifici, talis Iudicis talis Curiæ præsentis, & pro tribunale sedentis, & suam iudiciariam authoritatem, ac decretum præstantis, & tribuentis vocatis prius in confectione præsentis inuentarij hæreditarij creditoribus, & fortè legatarijs si qui essent dictorum cõdam defunctorũ, per talem præconem siuè nũtium voce præconia in loco solito, & consueto, vt constat per actum banni, seu per relationem ipsius præconis redactum apud acta Curiæ die, &c. Et nemine comparente assumptis loco vocatorum, & non comparentium Filiberto, & Dionisio de T. de C. tali probis viris atq; fide dignis, & substantiã, & bona possidentibus, & dictos condam defunctos, & eorum facultatem agnoscentibus. Cum hac tamen præuia protestatione quòd si oĩa illa bona quæ de iure debẽt apponi describi, & annotari in præsente inuentario hæreditario non essent apposita neq; descripta quòd vtiq; pro appositis annotatis, & descriptis habeantur. Et è contrario omnia illa bona quæ de iure fortè non debent apponi in præsente inuentario hæreditario essent, & reperirentur apposita quod vtiq; pro non appositis descrip-

tis

tis neq; annotatis habeantur. Nec non etiam nullo præiuditio generato dicto Fęliciano, ex quo prætendit in omnibus infrascripti bonis tam descriptis quàm describendis in præsente inuentario hæreditario ipsum Fęlicianum successisse, & succedere voluit, & intendit, ità vult in eis succedere tamquam successor, & filius dicti condã Andromatis ex pacto, & prouidentia vinculi fideicommissi, & substitutionis factæ per dictum condam eius patrem in præcalendato seu prælibato testamẽto. Et dictum condam Cosmanum vendidisse, & dilapidasse cõsumpsisse aliquam patrem ipsorum bonorum, & non solum ius legitimè fortè dicto Cosmano cõpetens super bonis dicti condam eius patris, sed satis vltrà. Et alia bona cõtingentia spectantia, & pertinentia pro suà portione de bonis prædictis quęquidem bona de iure, & ex prouidentia, & tenore dicti testamenti dilapidari alienari consumi, & vendi non poterant stante prohibitione facta per dictum condam eius patrem alienandi stabilia quæquidem bona ipse Felicianus stante dicta prohibitione expresſè facta ac fideicommisso, & omni alio meliori modo, iuri, via, & forma sibi de iure cõpetenti intendit recuperare cõsequi, & habere, & cum, & sub dictis, & alijs protestationibus, & cauthelis suo die declarãdis deuenit ad confectionem præsentis inuentarij hæreditarij, & non aliter nec alio modo. Præposito prius per dictum Fęlicianum hęredem, vel successorem, vt supra ven. signo Sanctę † Crucis omni malignitate sublata in quaquidem hæreditate, & successione dictus Fælicianus asserit inuenisse bona infrà videlicet.

Imprimis iura, & actiones prout supra in alio inuentario.

Item ius legitimè seu residuum iuris legitimè si quid fortè esset stante ratione prædicta dicto condam Cosmano competentẽ in, & super bonis dicti condã andromacis eius patris.

Quod autem spatiũ supra dimissum, &c.

Vndè, &c.

Testes, &c.

Alia forma inuentarij pro eodem.

Die, &c.

CVm his temporibus nõ longè decursis sicut Altissimo Domino nostro Iesu Christo placuit mortuus, & defũctus fuerit in Vrb. Fæl. Panor. Mauritius de T. condito prius tamen per eum suo nuncupatiuo testamẽto, vel sollemne sub quo decessit virtute cuius in hęredes vniuersales instituerit Susebium, & Camillum suos filios legitimos, & naturales natos subsceptos, & procreatos ex eo; & domina Putissa eius olim vxore, in tutorẽ verò, & pro tempore curatorem constituerit Maynerium de T. & casu quo dicti hęredes mori contrigerint sinè liberis, vel vnus ex eis quod succedat alteri, & si fortè ambo morirentur absq; filijs legitimis, & naturalibus tunc, & eo casu in bonis suis omnibus mobilibus, & immobilibus sese mouentibus, nominibus debitorum, & iuribus, & actionibus vniuersis, vbicũq; existentibus, & melius apparentibus, relictis dictis eius filijs succedant, & substituit pręditto casu adueniente ex nunc prout ex tunc Fabium & Lentulum suos nepotes filios legitimos, & naturales condam domine Sarræ olim eius filiæ prout hæc, & alia diffusius, & latius videntur apparere tenore dicti testamenti celebrati manu talis Notarij die, &c. Et quia nouiter sicut domino placauit pręfati hæredes vniuersales mortui, & defuncti fuerint in dicta Vrbe Panor. taliter quod euenit casus substitutionis prædictæ, & in dictis bonis succedunt, & succedere volunt dicti nepotes testatoris qua ex causa dicti Fabius, & Lentulus fratres nominibus prædicti omni alio meliori modo, & nomine tamquam indubitati successores intẽdunt in hæreditatem dicti condam Mauritij se immiscere capere, & appręhendere per modum, vt infrà. Id circò hodiè præsens prætitio die prædicti Fabius, & Lentulus fratres nominibus supra declaratis omni, & quocumq; alio meliori modo, & nomine mihi Notario benè cogniti de eorũ nomine, & cognomine scientes hæreditatem dicti condã Mauritij per intermediam personam hoc est per mortem dictorum condam Susebij, & Camilli hæredum vniuersalium institutorum per dictum testatorem fore, & esse sibi delata, volentes se immiscere, adhire, & apprehẽdere hæreditatem prædictam res, bona, actiones, & iura ad eos spectare, & pertinere authoritate prælibati testamenti cum iuribus, & pertinentijs suis omnibus, & eius integro statu ex certa scientia omnibus iure, actione, & eo modo, & forma quibus melius validius, & efficatius potuit, & fieri potest, & esse possit stante mõrte dictorũ hæredum vniuersalium ipsam hæreditatem, res, actiones, iura, & bona spectare, & pertinere ad dictos hæredes substitutos, & eà per modũ, vt supra appræhendere intendunt non inconsultò, sed consultè cum benefitio legis, & inuentarij ne fortè deducto ære alieno dicti hæredes substituti nominibus prędicti de proprio creditoribus, & legatarijs dicti condam si qui forent vltrà vires hæreditarias de proprio tenerentur, & iura falcidiæ, & quartæ trabellianicę, & alia benefitia à legibus introducta dictis hæredibus illæsa seruentur moxquã sciuerunt

sciuerunt infrà legitima tempora à die mortis d. dictorum hæredum vniuersalium citrà, præsens inuentarium hæreditarium, ac repertorium bonorum facere procurauerunt prout modo, & ad præsens faciunt de mandato, &c. Vel in præsentia Sey vnius ex Iudicibus Idiotis R. C. Præturæ huius Vrbis anni præsentis pro tribunali sedentis, & præsenti inuentario hæreditario eius iudiciariam authoritatem pariter, & decretum præstantis, dantis, tribuentis, & concedentis; vocatis prius voce præconia per Sticus de tale dictæ Curiæ seruientem creditoribus, & legatarijs forte dicti condam, vt si quis esset, & haberet, & aliquid prætenderet compareat in confectione præsentis inuentarij, & nullo.

Et nemine alio comparente assumptis loco vocatorum, & non comparentium, Magnificis Filiberto, & Dionisio de T. de t. Ciuitate probis viris vtiq; fide dignis substantiã possidentibus, & dictum condam defunctum eius facultatem agnoscentibus adhibito Notario Ferdinando de T. se subscribente in præsenti inuentario stãte quòd dicti substituti nesciunt subscribere præposito prius per dictos hære-
6 des venerabili signo Sanctæ † Crucis omni malignitate sublatã quæ habeatur loco iuramenti.

Et de reliquis pone prout in supradictis inuentarijs mutatis mutandis, vt ea sus requirit vnde, &c. Testes, &c.

Nota 124. par. 1.

ITEM nota quòd superius diffusius tractatum fuit de inuentarijs quæ in die currunt, licet reperiantur alia inuentaria, & vt tu aduocate legitimè possit deuenire ad inuentaria necessaria cum optimo ingenio tuo quoniam facile est inuentis addere, & diminuere permittendum erit primò antequam deueniatur ad dictas, & alias formas
1 inuentarij scire debes † quæ personæ teneantur facere aut conficere inuentarium, & videtur, quod tutores, curatores, hæredes, executores testamentarij, Prelati, Hospitalarij, Fiscus, & Sindicus, & alij similes, ac etiam curatores ad lites, cum administratione bonorum atq; procuratores, & alij administratores bonorum adulti, vt hodiè solent fieri isti procuratores cum authoritate, & decreto Iudicis cum authoritate gerendi, & administrandi omnia, & singula bona adulti.

Nota 125. par. 1.

ITem nota, quod licet de iure inuentarium tutoris, & curatoris debeat fieri infrà certum tempus mensium trium, & indè datur annus ad complendum, vt supra tractatum fuit, & in presentia quinq; testium, & cũ certis alijs sollemnitatibus à iure inductis, tamen dictæ sollemnitates hodiè sublatæ sunt ex forma cõsuetudinum, & constitutionũ Regni, quæ inuentaria fieri possunt non solum inf a tempus prædictum, sed indè dato beneficio restitutionis in integrum, vt supra tractatũ fuit, & sufficit fieri corã tribus, vel duobus testibus. Nam de iure diuino in ore duorum, vel trium stat oẽ verbum, & si forte eueniat casus faciendi inuentarium in campis, vbi non reperiuntur testes, sufficit tantum vnus testis, ex quo Mater Ecclesia in sollemnitatibus Pascalibus cantat magis credendum est Mariæ veraci, quam turbæ iudeorum fallaci, & sic credendum est potius vni testi veraci, quam multi fallacibus.

Nota 126. par. 1.

ITEM nota quod de iure, hæres volens conficere inuentarium tenetur citari facere creditores, & legatarios, & alia sollemnia obseruare, quæ ex dispositione iuris inducta sunt, tamen quia ex dispositione iuris, & cõsuetudinum Regni, aliquæ sollemnitates sunt sublatæ, & inuentaria fiunt modo prædicto, & in aliquibus Ciuitatibus, Terris, & locis Regni, solent fieri per Curiam sinè annotatione testium.

Item aduerte quod vbi fit inuentarium per tutorem, & curatorem, aut tutricem, & curatricem, aut administratores, cautũ est, & forte necessarium quod fiat in præsentia, & cum authoritate, & decreto Iudicis ordinarij siuè literati scilicet in Vrb. Panor. fiant de mandato Iudicis Idiotæ, vt supra prædictum fuit, tamen requiritur iuramentum de quo in forma cedulę tutelę in persona matri infra cõtinetur.

Nota 127 par. 1.

ITEM nota quod tutor, & curator in aliquibus locis solent inuentarium conficere vna cum cedula tutelæ, attamen melius est, & tutius deuenire ad confectionem ipsius inuentarij separatim prout hodiè communiter in Regno fieri solet, & aliquando fiunt duo inuentaria scilicet vnum hæreditarium alterum verò tutelare, tamen potest fieri inuentarium hæreditarium tutelare in vnum instrumentum tan-
1 tum † dummodo quod tutor, vel administrator conficiat librum rationum, tàm de acceptis, quàm de expensis, introitibus, & distributis, quoniam in redditione computorum tenentur

2 nentur † exhibere inuētarium, & librum prædictum alias contra eos potest iurari in litem.

Nota 128. par. 1.

ITem nota quod tutor, & curator quādoq; faciunt inuentarium pro obseruatione iuris, quandoq; ne minores teneantur vltra vires hæreditarias.

Et idem obseruatur per hæredem maiorem annorum 18. ne teneretur de proprio, & de persona vltrà vires hæreditarias, tamen hodiè aliquando hæredes maiores accipiunt hæreditatem defunctorum absq; inuentario non sinè eorum magno præiudicio, sed debent cauere ne deueniant ad additionem hæreditatis sinè inuentario ex quo eis multum prodest, & necessarium est.

Item aduerte quod si fiat inuentarium per tutorem, vel curatorem, aut per administratorem bonorum minorum ad obseruationem iuris. & non vt non teneatur vltra vires hæreditarias, vt supradictum fuit eo casu nō debent inseri in ipso inuentario illa verba videlicet ne pupillus vltrà vires hæreditarias teneatur, & volens vti beneficio sacratissimi Imperatoris Domini Iustiniani, quod datur conficientibus inuentaria, &c.

Nota 129 par 1.

ITem nota quod aliquando tutores, curatores, administratores aut procuratores vendere solent ad credentia bona minoris, & indè fatentur per aliquem actum siuè contractum habuisse, & recepisse pretium illius rei attamen ista confessio non præiudicat minoribus, nam confessio tutoris, procuratoris, & curatoris, non præiudicat pupillo, aut domino, nisi de numeratione constiterit, secundum Alex. Ias. Bart. Bald. & alios in l. 2. §. vlt. ff. si cert. pet. & Imol. in l. si debitorem per illum text. ff. de nouatio. &c.

Cap. 28.

ITem licet debitor defunctus si fuerit obligatus de persona in contractu, tamen non potest fieri executio in personam hæredum, nisi bona occultarentur, vel inuentarium non fuisset confectum per hæredem, quo casu carcerabitur ex sui dolo.

Nota 130. par. 1.

NOta q̄ sciri debet pro intelligentia istius
1 capituli qualiter tribus † modis contrahitur videlicet re, verbis, & chirographo, vt dicit Mascar. in concl. 109. vol. 1. nu. 6. fol. 386. chirographus dicitur instrumentum, seu illa litera in qua debitor confitetur se esse obligatum creditori. Item quod antapocha, & chirographa dum veneunt, nomen siuè corpus venisse videtur l. seruum filij § cum qui chirographum ff. de legatis 1.

Et de iure obligatio facta per testatorem vi-
2 detur transire in hæredes, nā † hæres adheundo hæreditatem dicitur quasi contrahere consentire, ac se obligare per eundem modum scilicet cum iuramento, prout erat obligatus defunctus, vt inquit Paul. de Castr. cons. 13 col. 1. in fin. vol. 2. & Gramm. in cons. 100 nu. 79. in qua. & sic in effectu trāsit vinculum iuramen-
3 ti, quod ligat ipsum, & † tenetur obseruare, prout tenebatur defunctus, idem Gramm. in d. cons. nu. 70. & Cassan. cons. 24. col. 3 ad fin.
4 vbi latè Calca. cons. 75. nu. 31. † tamen in tex. præcedēte dicitur licet debitor defunctus fuerit obligatus de persona in contractu, non fit executio in personam hæredum nisi occultauerint bona defuncti, vel inuētarium non confecerint, & si confecerint, & in eo non describuntur omnia bona hæreditaria scilicet si dolosè fuerint ommissa, vt dicunt Bart. in l. si decess. rit in prin. ff qui satisd. cogan. & ibi Doct.

Et tunc hæredes tenetur de persona, & possunt carcerari quando bona defuncti occulta-
5 rent, vel tamen confecerint † inuentarium in primo casu est tex. in l. fin § licentia vers. illo videlicet. C. de iur. delib. vbi hæres punitur ad pænā dupli stante quod occultauerit bona defuncti, & de secūdo casu scilicet si inuētarium non confecerint, vide tex. in l. tutor. qui repertoriū ff. de admi. tuto. & in l. 1. §. item solent.

Et de tertio si fecerint inuentarium, & non apposuerint omnes res, & bona in inuentario tamen illa exhibeat, & non occultarent vtrum contra eos de persona potest fieri executio, & etiam in bonis proprijs hæredū, dic quod sic, nam si hæredes reperiuntur in dolo, tunc possunt carcerari de sui dolo per dictū tex. in fin. vbi Ias. dicto nu. 4. testatur hanc esse communem opinionem.

Nam Imperator præcipit, per hæredes inuentarium fieri, quod si non fecerint, præsumuntur malignari, & subtrahere siuè occultare res hæreditarias, tex. in §. sancimus igitur, in authen. de hæred. & falcid. qui textus procedit, tam in trebellianica, quam etiam in falcidia, quoniā ratio illa in textu posita, siuè præsumptio occultationis, & subtractionis rerum hæreditariarum. Ità respicit fideicommissum vniuersale, & in eo procedit, sicut in singulari, non enim video cur non ità hæres possit malignari occultando, & subtrahendo res hæreditariarum

ditarias circà fideicommissum vniuersale, quemadmodum, & circà particularia relicta, cum ergò illa ratio siuè præsumptio, ità militet in trabellianica sicut, & in falcidia, & ità in fideicommisso vniuersali sicut in particulari ergò idem ius in vtroq; casu statui debet, l. illud ff. ad l. Aquil. l. à titio cum similibus, ff. de fur.

Adde in supradicta Nota 131.

1 SCIAS quod non solum hæres † non conficiendo inuentarium debet puniri, vt in præcedente nota, sed etiam si frater non conficiet inuentarium cogi potest pro dote de paragio, in bonis proprijs, vt dixit Milan. in decis. 5. num. 77. lib. 1. quo casu contra eum potest fieri executio in bonis mobilibus, & sese mouentibus, nam appellatione mobilium veniunt se mouentia, & animalia, vt dixit Ioseph Ludouic. in decis. 61. num. 47. lib. 2. car. 8 quorum defectu proceditur super stabilibus iuxta ordinem tradditum a l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re
2 iudi. † & causata executione potest procedi ad interpositionem primi decreti, vt supradixi post nota 35. car. 47. vel vt hodiè solent fieri moderni cuius tenor talis est.

Forma cedula primi decreti.

APud Pal. Vrb. Panor. & in M. R. C. &c. Comparuit Poponius d. T. & sua expositione narrauit dicens cum sit ad eius instantiam nominibus per eamdem Curiam fuerit causata executio in vntijs tot. contra Marcellum nominibus, & pariter per eam inductus positus missus fuit, & est in vacuam liberam actualem, corporalem, ciuilem, & naturalem, expeditam possessione, vel quasi infrascriptorum bonorum, tamquam de bonis in bonis, & ex bonis dicti debitoris, vt vendantur a discursum, & de pretio satisfiat eidem creditori, tam de debito prędicto pro quo processit executio, quam de expensis omnibus factis è faciendis vsque ad liberationem, & adictam possessionem inclusiuè, quamquidem cędulam primi decreti, & omnia, & singula in ea contenta ad effectum prout in ea M. R. C. ipsa acceptauit, & acceptat, laudauit, & laudat, approbauit, & approbat, interponendo super his omnibus, & singulis suam iudiciariam authoritatem pariter, & decretum.

In cuius rei causa, &c.

Vid. T. Iudex.
Vid. T. Iudex.

Bona verò sunt hæc videlicet quoddam locum cum iuribus, & pertinentijs suis omnibus, & eius integro statu, & cum illis honeribus melius in secundo decreto declarandis, & non aliter, &c.

COnstito de tradditione consimilis recipiatur in vim cedulem primi decreti, vt in ea.

Recepta Panormi die, &c. De mandato T. Iudicum in vim cedulem primi decreti, & de tradditione consimilis tradditæ in manibus T. constat per T. Port.

Cap. 29.

ITem, si fit executio, in casibus suprà declaratis ad petitionem creditoris, seu eius hæredis, vel habentium iurium cessionem ab eis, & fuerit facta in persona debitoris, vel est expressum in contractu, quod est obligatus de persona, vel quià fit executio virtute literæ cambij, vel occultauerit bona, in quibus debet fieri executio, eo casu debitor carceretur, nisi dederit pignora aurea, argenta, vel iogalia, vel bancum solutionis infrà quindecim dies, quod mentiri non soleat, & si habiliter non possit dare bancum, det tales personas approbata fidei, & sufficientes ad soluendũ: quæ incontinenti ad primum mandatum iudicum satisfaciant creditori, aliter eis non soluendo fit in electione creditoris vendi facere bona quæcumq; mobilia debitoris, vel fideiussoris ad discursum mandatum curiæ infra dies octo dato tempore ad redimendum, vt supra stabilia verò, iusta formam ritus, vel eorum alterum carcerari facere, vt tamdiu stet in carceribus, quamdiu soluat integrum debitum, expensas, & interesse.

Nota 131. par. 1.

1 NOta quòd ex isto cap. clare videtur apparere qualiter executio potest † adimpleri vno de trib. modis si nõ soluit debitum, & expensas scilicet primo p carceratione, secũdo p expignoratione bonorũ scilicet, si debitor vult postq̃ fuerit captus de persona dare pignora aurea, argẽta, vel iocalia, tũc põt fieri pro liberatione suę personę, tertio adimpletur per bãcũ, siue per fideiussionẽ bãcalẽ de soluẽdo infra dies quindecim,
2 ut hodiè cõiter practicatur, † qui debitor, aut eius fideiussor elapsa quindena nõ p̃sentatis oppositionibus nõ debet in aliquo audiri stante illa clausula in fideiussione, vt bãcus in forma curię, vt melius videtur apparere per capitulũ Regni recolendæ memoriæ Regis Alphõsi in

clausula super hoc ædita in tit. scilicet interpretatio Principis Regis Alphonsi super illis verbis adiectis in fideiussionibus bancalibus quæquidem executio possit fieri in casibus supra narratis, vt in capit. 19. incipiente. Item
3 prædicta locum habere volumus † non solum ad instantiam principalis creditoris verum etiam ad instantiam eius cessionarij, vel donatarij, vel habentium iurium cessionem ab eo quomodocumq; quo casu potest carcerari si debitor reperitur obligatus in contractu de persona, & si non reperitur obligatus de persona attamen se occultauerit bona sua tunc similiter potest carcerari ex sui dolo, & prædicta locum habent ad petitionem cessionarij, vt suprà, vt habentur in l. post dotem. col. penul. ff. sol. matrim.

4 Taliter † quod in casu occultationis bonorum etiam quod agitur ab vnciam vna infrà prout in infrascripto capitulo debitor potest carcerari, & eo manente in carceribus si vult se opponere aduersus executionem cōtrà eum causatam antè præsentationem oppositionum
5 debet fieri † actus qualiter sibi cepit carcerationem loco adimplimenti ad effectum se opponendi, & iura sua experiendo, & tunc habet a die actus electionis prædictæ dierum quindecim ad se opponendum, & ità praticatur, & si vult dare fideiussionem bancalem hoc stat in suo arbitrio benè verum quòd facta carceratione prædicta creditor si vult potest procedere ad expignorationē bonorum debitoris mo-
6 bilium siuè stabilium, † & si elegerit bona prædicta pro satisfactione totius debiti prædicti tunc tenetur excarcerari facere dictum debitorem facta satisfactione, vt in cap. 32. infrà posito aduersus executionem prædictam tam adimpletam per fideiussionem, aut per expignorationem debitor si vult potest similiter infrà quindenam a die captæ fideiussionis, vel annotationis bonorum, vt suprà expignoratorum se opponere, & non anteà, vt suprà dictum fuit quæquidem fideiussio capitur arbitrio magistri notarij curiæ, & quos magister notarius approbat, & habet pro sufficientibus recipere, & creditor ad hoc non potest contrà
7 dicere benè verum † si fideiussores tempore fideiussionis non erant soluendo eo casu si debitum non potest recuperari tunc tenetur de proprio magister notarius.

Et reiectis oppositionibus prædictis si se opposuerit vel elapsa quindena, si debitor non se
8 opposuerit, tunc † potest creditor expignorari facere, tàm principalem debitorem, quàm fideiussorem, tàm pro debito principali, quàm pro interesse, & expensis, vt in dicta clausula, vt bancus quæquidem pignora expignorata ob quindenam elapsam debent præconizari semel bis, ter, & pluries per legitimam temporum interualla, & indè elapsis diebus octo potest procedi ad alienationem † siuè liberationem bonorum prædictorum ad discursum nō obstante quòd in contractu principali non reperitur pactum de vendendo bona a discursum ex quo hoc fit ob elapsam quindenā quo casu potest vendi bona a discursum, vt in supradicto capitulo, & si ageretur ab *vncia vna* infrà stante quòd agitur de fideiussione bancali, potest tam carcerari debitor aut fideiussor, & tamdiu stent in carceribus quamdiu soluant debitum interesse, & expensas dato indè termino ad reddimendum, vt in supradicto cap. 17. præsentis statuti in quo latè patet prænarratis supradictis, tamen in Curia Prætoriana obseruatur quod debitor, aut fideiussor potest dare aliam fideiussionem † decurando infrà dies octo vendi facere bona, vt supra expignorata siuè expignoranda, & elapsa fideiussione prædicta non sunt amplius audiendi, sed debent illico, & incontinenti soluere debitum prædictum cum expensis, vt supra scias tamen quod hodiè praticatur quod debitor *fieri solet* mandatum, vel actum mandatarium, *aut apodixam* qualiter in tali die habent vellit, & debeat soluere vnc. tot creditori suo, & si forte ipse creditor accesserit ad bancum siuè ad tabulam, & ibi non reperiuntur pecuniæ sui debitoris, tunc potest petere à bancherio fides qualiter in eo non adsunt pecuniæ *talis*, & habita fide prædicta potest ire ad Iudicem, & ab eo petere quod carceretur debitor, vel quòd expignoretur eius bona, nā apodixa, seu actus prædictus habet vim fideiussionis bancalis, vt in præcedenti text. & ipse debitor non est audiendus in alia fideiussione bancali, nec in oppositionibus, nec in alijs subterfugijs, & si fortè licet debitor sit habilis attamen non potest dare bancum, tunc deuenitur ad ipsam fideiussiones bancalem quod soluat infrà quindenam, vt consuetum est; quæ fideiussio fit modo infrascripto videlicet.

Forma fideiussionis bancalis.

PRo Meuio de T. debitore contra quē fuit causata executio ad instantias Titij creditoris die, &c. In vnc. tot ex causa in ipsa executione contenta. Et propter de mandato talis Iudic. Referente T. Port. desoluendo debitum prædictum, & expensas infra quindenam, cum omnibus obligationis omnibus debitis, & opportunis in forma Curiæ, &c.

Fideiussit, &c. Datur, &c.

Cap.

Cap. 30.

ITem, quod ab vncia vna infrà, etiam si fuerit de casibus, & obligatus de persona, cum iuramento si non occultauerit bona, vel processerit ex barattaria, & non sit obligatus ad factum, neq; ad opera, & seruitia personæ suæ, non carceretur.

Nota 132. par. 1.

NOTA quod dicitur ab in isto capitulo ab vncia vna infrà melius pro intelligentia cuius suas, quòd non
1 carceretur † hoc intellige si sit defectu bonorum scilicet vnum intellectum, vt sit conforme iure communi scilicet quod quis non habet in ære, luat in corpore l. si quis ad quid ff. de iur. om. iud. & ne sequatur absurdum quod datur lucrari cum aliena iactura per istud statuto quod non permictitur, l. iure naturæ ff de reg. iur. secundus tamen intellectus est verior, & à consuetudine approbatus, est in contrarium, quod etiam defectu bonorum nō potest carcerari, & probatur infrà cap. sequenti, licet debitum ab vnc. infrà descendat ex maiori summa, vt in cap. sequen. in fin. ibi infrà vnc.

2 Limita tamen † nisi talis debitor ab vnc infrà alienasset bona in fraude, quia tunc est carcerādus l. fin. in fin ff de his, qui in fraudem credi. Item si habet rem, & nolit restituere, quia est in dolo l. si procuratorem § dolo ff mandari, & l qui restituere ff de re iud. cum malitijs hominum sit obuiandum, & nō indulgendum l. seruos alias si infundum ff. de re iud. Item si obtulisset bona uerbaliter, & effectiuè non fit consignatio nil ei prodest. Nam implere non dicitur ex parte sua, qui verbaliter tantum obtulit, Masca. concl. 1387. nume. 52. fol. 401. vol. 3.

3 Obligatus † ad factum, obligatus ergò ad factum, aut impleat, aut carceretur secundum hūc Ritum, quod secus de iure l. stipulationes non diuiditur, & ibi Doct ff de uerbo. oblig. intellige tunc hunc Ritum secundum distinctionem datam per Ang. in l. fin. ff. si quis in ius uoc. non fer.

Cap. 31.

ITem obligatus in contractu propter iuramentum in eodem contractu adiectum, si specificè est dictum, quod non fiat executio in persona non carceretur nisi defectu bonorum.

Nota 133. par. 1.

NOTA quod in isto capitulo habetur qualiter obligatus cum iuramento facto in eodem contractu, ubi specificè non est dictum quod fiat execu-
1 tio in persona, tunc non carceretur † debitor nisi defectu bonorum concordat, l. fin. ff. de cessi. bon, & l per ff. de iur. do. & not. Ias. in d. l. fin in princ. C. de iur. delib. ubi defectu bonorum quis carceretur.

Nota 134 par. 1.

ITEM nota quod in eodem cap. 31. vbi non carceretur nisi defectu bonorum, &c. dicitur in isto capitulo, quod si quis reperitur obligatus etiam per instrumētum publicum in quo dicit solum tamen quod fiat executio in bonis tantum prout aliquando
1 hodiè solet fieri in contractu matrimoniali † an defectu bonorum possit carcerari debitor, dico quod sic quia de iure Iudex in causa ciuili non potest incipere in executione debiti a captura persone nisi in subsidium bonis non existentibus quo casu prius necessarium est bonorum excussio per glo in l. 3. §. tutores de susp. tutc. & Bar. in l. fi. in l. iul. pecul. †
2 quęquidem discussio fieri debet primo loco in mob. secundo in stab. tertio super nominibus debitorum qua facta defectu bonorum ante dictorum potest procedi ad capturam personæ licet dicatur quod, qui non potest soluere in bonis, Iudex debeat ipsum punire in corpus l. si quis id quod de iurisd. omnium iud. aliter l. fin. de in ius vo. vbi Bar. nisi modicam quantitatem remansisset soluere quia pro illo modico non debet luere in corpore vide Peli. M. C. quo ad consultationem in 7 col. in fin. de re. iud. & in cap. ad liberandam de Iudice ibi nota 3. &c.

Cap. 32.

ITem si fuerit facta executio contrà aliquem in casibus prædictis, & habuerit effectum in persona liceat creditori redire ad bona pro toto debito, excarceretur debitor, facta prius satisfatione debiti ex bonis prædictis. Si verò creditor primo elegerit bona, quæ sufficiant ad satisfactionem totius debiti, & expensarum, & interesse, non sciat ei amplius reddire ad personam: secus si bona non sufficiant, vel non essent expedita: quo casu quatenus sufficerent, & essent expedita, fiat adiudicatio bonorum quatenus vero non sufficerent, vel non essent expedita, pro eo, quod restat, possit reddire ad persona dum tamen non sit infrà vnicam, vt suprà.

Nota

Nota 135. par. 1.

NOTA quod ex isto cap. videtur dici quod si fuerit facta executio in casibus declaratis in cap. 19. & effectum
1 habuerit in personam debitoris† hoc nō obstante creditor potest procedere ad expignorationem bonorum debitoris, & ità hodiè in contractibus solent notarij ponere quod possit creditor facere executione in persona, & bonis debitoris, & variari possit, &c. aliquando indè creditores procedere solent ad expignorationem bonorum debitoris, & indè facta expignoratione prædicta pro toto debito creditores solent procedere in personam debitoris stante supràdicta clausula scilicet variari possit, &c. Et intelligatur ista verba quod possit variari tam de bonis ad personam quam de persona ad bona tamen ex isto capitulo nostro videtur totũ nostro statuti oppositum, ex quo dicit si fuerit facta executio contrà personam debitoris, & indè creditor reddiret ad bona ipsius debitoris pro toto debito, facta satisfationem super bonis debitoris debet excarcerari debitor, & sic potest variari de persona ad bona non autem de bonis ad personam, maxime quod essemus in statuto iurato, nam Illustriss. Dom. Prorex quando capit possessione sui offitij iurat obseruare constitutiones, statuta, & capitula Regni, ergò populus ipsius
2 Regni tenetur etiam ad obseruantiam statutorum, & clarum est in iure quod † statutum iuratum sapit naturam contractus, ut refert Brun. in suo tract. de stat. fem. à succes. exclu. in nono arti. princ. quæst. 10 ad fi. ex quo statutum dans formam debet ad'umguem obseruari alias non dicitur statutum, ut inquit Caualc. in suo tract. de tut. & curato. nume. 117. fol. 540.

3 Et licet † statutum debeat interpetrari secundum ius commune tamen istud statutum uidetur factum contra dispositionẽ iuris communis, vt in supradicto cap. 5. incipiente cum uaria, &c. Et sic debet strictè intelligi, ut est iuris, attamen statutum continens id quod ius commune operatur aliquid, vltra ius commune Arg. l. si quando in princ. ff. de leg. 1. & Bal. in l. 4. & in § prætor ff. de dam. infect. & in l. 2. ff. de usucap.

Nota 136 par. 1.

ITem nota quando statutum potest aliquid operari tunc interpretandum est secundum ius commune, & tunc exponitur secundũ ius
1 cōmune, scilicet † si nihil posset operari interpretaretur contra ius cōmune, vt aliquid operetur, & ità dicit Bal. in l. 2. C. quomodo, & quando iudex in vlt. taliter concludendo dico quod si creditor prius elegerit bona, & sufficiant ad satisfactionem totius debiti expensarum, & interesse, non liceat amplius redire ad personam debitoris secus si bona, non sufficiant ad satisfactionem totius debiti, expensarum, & interesse, vel non essent expedita fiat adiudicatio bonorum, quatenus non sufficerent, vel non essent expedita pro eo quod restat, possit reddire ad personam dum tamen non sit infrà vnc. vnam, vt dixi supra in nume. 31.

Cap. 33.

ITem si fuerit facta executio contra fideiussorem, virtute noui Ritus prædicti incontinenti non expectata satisfactione, nec sententia, possit fideiussor ipse facere executionem contra debitorem, pro quo fideiussit in eius bonis, seu persona: sit tamen personaliter obligetur, ad electionem ipsius fideiussoris, seu eius heredum, nec eo casu debitor cadendo bonis liberetur.

Nota 137. par. 1.

NOTA quod in isto capitulo dicitur quod si fuerit facta executio contra fideiussorem virtute noui Ritus, &c. Et antequam deueniatur ad intelle-
1 ctum istius capituli sciendum est quod† plures species fideiussionum reperiuntur. Nam aliqui sunt fideiussores in contractu, qui fideiubent principali debitori de soluendo quo casu creditor non potest agere contra fideiussorem nisi prius facta discussione contra principalē quoniam fideiussor, acceptus in subsidium, nec conuenitur nisi prius discussis bonis debitoris,
2 & habet benefitium cædendarum † actionum de quo ff. de fideiussoribus l. fideiussoribus de solu. l. Modestinus, & l. stichum, aut Pamphilium § penult. quia si soluit, petere potest à creditore, vt sibi cædat actiones contra debitores dicta l. Modestinus, & dicta Auth. præsente in fin. vel contra fideiussorem, & nisi cædatur potest recusare soluere l. stichum, aut Pamphilium § penult. prêallega. maximè quod regulariter est quod fideiussor non potest agere cōtra principalem antequam soluat, vt melius latè videtur apparere per Afflict. in decis. 241. vbi videtur nonnullas fallentias; & limitationes.

Alij verò sunt fideiussores pro tutore, siuè curatore, aut pro campsore, vel pro magasinerio,

3 rio, & alijs similibus † in quibus fideiussionibus fideiussor non potest agere contra principalem obligatū nisi prius contra eum facta liquidatione ad instantiam hæredum siuè principalium creditorum, qua facta si fuerit causata executio cōtra principalem, & eius fideiussorem, tunc fideiussor eadem conhertione potest agere contra principalem debitorē ex forma istius statuti, tamen de iure secus, quia non potest agere antè cessionē sibi facta per principalem, vt supradictum fuit. Alij verò sunt fideiussores loco banci scilicet ad quindenam quo casu elapsa quindena prædicta si fideiussor pro debito pro quo fideiussit fuerit captus non expectata cessione potest agere eadē conhertione contra principalem debitorem, & sic iudicio meo videtur quod supradictum capitulum habeat locū in istis fideiussionibus bancalibus, & non in alijs. Nam dico quod necesse est antequam agatur habere cessionem principalis creditoris, seu habentiū iurium cessionem ab eo; & in alijs casibus vbi debitum est liquidum scilicet si aliquis habuerit frumentum ad credentiā ad effectum assignandi fortè in mense Maij, & pro principale aliquis intercessit fideiussor, tunc facta executione contra fideiussorem stante quod in similibus contractibus fideiussor se obligat cū beneficio iuris de primo, & principali cōueniendo quo casu di-
4 ctus† fideiussor incōtinēti non expectata satisfactione, nec sententia agere potest contraria principalem debitorem, l. si pro ea, & ibi Bal. vt quando fideiussor est condemnatus ea sententia quę trāsiuit in rem iudicatam in eo modo si vigore sententia esset facta executio contra fideiussorem fideiussor ipse, potest habere regressum contra principalem antè solutionē eadem conhertione, & contra eum potest procedere via executiua tex. est, & Doct. in l. certi condictio ff. si cert. pet. & in l. si fideiussor ff. de fideiuss. & ità vult nouus Ritus in pręsenti capitulo prout in eo videtur.

Nota 138 par. I.

1 ITEM nota in eodem cap. 33. ubi si fuerit facta executio, &c. dicitur in isto cap. quod si fuerit facta executio contrà fideiussorem virtute noui Ritus† ipse fideiussor potest agere contrà principalem debitorem, antè factam solutionem per eum siuè antè sententiam, ideò est aduertēdum quod hoc intelligitur habere locum in contractibus, & actis content s, vt suprà in cap. 19 vbi legitur prędicta locum habere volumus, nam datur in isto cap. quod si fuerit facta executio vigore noui Ritus secius est ergò alijs casibus ex quo potest agi. &c.

2 Dubitatur † an fideiussor possit agere contrà principalem pro quo intercessit fideiussor, stante eo in fideiussione? vtrum ab ea possit se eximere dicendum est quod sic quoniam fideiussor potest agere contrà principalem in tribus casibus, vt eum liberet a fideiussione primus casus est si fideiussor diu steterit in obligatione, quo casu potest agere fideiussor contrà principalem, vt eum liberet a fideiussione ac si condemnatus foret. Secundus casus est si debitor incipit bona sua dissipare. Tertius casus est si fideiussor fuit condemnatus ad soluendum debitum pro quo fideiussor extitit ita dicit tex. in cap. fi. de fid. in antiqui. facit C. de mand. si pro ea. sed quando fideiussor dicitur stetisse diu in fideiussore, videtur quod per
3 biennium, quia † factum antiquum dicitur quando est elapsum biennium secundum Hostiens. aut. de butr. C. interdere iud. in fin.

Aduertendum est quod quando dicitur fideiussor stetisse diu in obligatione requiritur quod principalis diu in solutione cessaueret, vt fideiussor possit legitimè petere se liberari à fideiussione non autem si diu stetit simpliciter in obligatione, vt benè clarat autem de Butr. in cap. fideiussor etiam quod ille, qui diu stetit in fideiussione non potest petere ligitimè se liberari secus est si diu stet in obligatione scilicet post moram principalis secundum Bal. in leg. certum. C. famil. hærcis. & Alex. & alios doct. antiqui in l. facere posse ff. solut. mat.
4 fallit quando si † vendidi tibi rem meam francam, & liberam, & illa erat per prius obligata generaliter puta pro dote vxoris meę non potest agere contrà me, vt liberem ab illa obligatione si ego habeo alia bona in quibus poterit ei satisfieri soluto matrimonio ex quo obligatio pro dote est conditionalis, & non potest agi, vt liberetur à dicta obligatione secus si esset pura, vt voluit Io. Andr. in addit. ad spec. in tit. de fid. §. 1. vers. si verò fideiussor. Aduerte quod proxeneta a testimonio repellitur Masc. concl. 1232. nu. 4. fo. 197. vol. 3. nam proxenetta non admictetur ad testificandum in actu in quo mediatur fuit idem Masc. concl. 1357. num. 36. fol. 387. vol. 3. Et sic in istis, & alijs casibus in quibus, & necessaria probatio si potest haberi alius testis non debet deuenire ad receptionem, & productionem proxenete stante quod reperitur à testimonio iuribus præallegatis.

Nota 139. par. 1.

ITEM nota in eodem capitulo ibi nec eo casu debitor cedendo bonis liberetur,&c. Nam tex. noster vult quod fide-
1 iussor † possit sibi satisfacietur de illo debito pro quo intercessit fideiussor non obstante quod debitor principalis cesserit bonis lapide tacto quod potest cedere etiam pro permissione de rato, vt in Pragmaticis impressis vol. 1. prag. 1. in tit. de cess. bon. fol. 67. & licet reperiantur in cap. Regni tria capitula super cessione bonorum primum recolendę memoriæ Regis Ioan. cap. 10. secundum recolendæ memorię Regis Ferdinandi cap. 24. in quibus non videtur mentio fieri quod debitor cedendo bonis gaudeat contra suum fideiussorem. Tertium verò recolendæ memoriæ Catholici Regis Caroli cap. 65. vbi fuit suæ sacrę Catholicę Maiestati supplicatum ad instantiā istius Regni Siciliæ, & videtur in eo tantum mentionem expressam facere de cessione lapide non tacto, & si, & quatenus indè dicitur quod cedendo lapide tacto gaudeat contra fideiussores tamen hoc non est supplicatum principaliter, sed videtur incidenter, & etiam in eo non fuit facta mentio de isto statuto nostri Ritus in præcedenti cap. 33 quomodo †
2 vt vnum statutū tollat aliud necesse est quod de statuto tollente aliud debeat fieri specialis, & expressa mentio de primo statuto, & non sufficit hoc facere verbis generalibus, vt latè per Alex. in cons. 469. secundum ord. meum inci. viso puncto, & accuratè pensato per totū: maximè in 3 & 4. col. & Barba. in cons. inci. scripsit ecclesiasticus,&c. Quod cōs. reperitur insertum inter cons. Alex. nu. 470. & idem etiā dixit Alex. in cons. 301. inci. visis dubitationibus elegāter formatis,&c. In pen. col. ad quod alleg. l. præcipimus in fin. C. de app. in verb. specialiter,& idem Alex. in l. si mihi, & tibi 1. §. in legatis ff. de leg. 1. in fin. verbis, vbi ad hoc alleg. glos. in l. decurionibus, C. de silen. lib. 12. & ità Bal. in l. non plures in fin. C. de Sacrosan. Eccle. & in l. fin. circà fin. C. si contra ius vel vti pub. & in l. 1. in 1. col. ff. de cōst. prin. & in l. si cum mihi ff. de dolo, & Abb. in cons. 51. inci. videtur primo standū, &c. l. 2. C. verb. adduco, &c. Et Bart. in tract. ad repri. in verbo non obstantibus quos omnes refert, Alex. in dict. l. si mihi, & tibi in § in legatis in fin. ff. de leg. 1.

Et tantò fortiusq; in quinto capitulo istius nostri statuti incipiente cum varia, &c. Habetur quod Ritus debet obseruari non obstantibus quibus vis statutis, & in dicto cap. Serenissimi Caroli non adest illa clausula non obstante, &c. Vel de certa scientia, & clarum est
3 in iure † quod clausula derogatoria est triplex scilicet generalis, specialis, & singularis, quæ aliter indiuidua, vel particularis appellatur, prout de his tribus clausulis derogatorijs habetur per Socc. in l. si mihi §. in legatis col. 2. nu. 2. de leg. 1. Generalis clausula est cum dicitur non obstante quocumq; statuto, vel testamento, seu dispositione sub quacumq; conceptione verborum. Nam hæc verba dicuntur continere generalem derogationem, ità Paul. de Castr. in consil. 206 & in cons. 284 colum. 1. vbi videtur repetitum volum. 1. & in consil. 408. volum. 2. Dicitur specialis derogatio est vbi dicit quod clausula non obstante dispositione.

Clausula autem singularis, vel indiuidua est cum dicitur, non obstante aliqua clausula derogatoria sub tali forma concepta, vt in dictis locis præallegatis habetur, vt inquit Natta in consil. 639. num. 8. & Bologne. in leg. omnes populi num. 114. cum duobus sequentibus de iusti. & iur.

Et ista clausula nō obstantibus constitutionibus plus operatur quā clausula ex certa scientia, Dec in cons. 344 nu. 1. in par. 2. intantū quod rationibus præallegatis videtur quod fideiussor potest se dirigere contra principalē debitorem non obstante quod cesserit bonis.
4 † Aduerte etiam quod fideiussores non reperiuntur solummodo in supradictis causis, verum etiam in alijs, tam ciuilibus, quam criminalibus, qui fideiussor in criminalibus si steterit per sex menses in fideiussione potest ab ea se eximere præsentando reum, vt in cap. 164. enim statuti, & si steterit per biennium à die pręstitæ fideiussionis, fideiussor intelligitur liberatus nisi causa sit conclusa in cap. vt habetur in cap Regni nu 40. recolendæ memoriæ Regis Ferdinandi fol. 349. Et aliquando in Curię recipitur cautio iuratoria, maximè quādo per existentiam Illustris Domini Proregis fuerit concessa alia dilatio debitoribus prout fuit in anno præsente concessa burgensibus ad effectum seminandi quæ cautio solet fieri modo prout sequitur.

Forma cautionis iuratoriæ.

Die,&c.

FVit prouisum, & mandatum per Magnificos Dominos Iuratos T. C. ad instantiā infrascripti debitoris quia Petrus de T. intendit gaudere benefitio anni dilationis concessę per Suā Excellentiā virtute actus facti pænes

acta

acta M. R. C. die, &c. Ad effectum seminandi in anno futuro à sal. tribus infrà victualium prout seminauit in anno præterito, vt constitit apud acta Curię per testes receptos die, &c. De mandato dictorum Dominorum Iuratorum cum interuentu Reuer. Dom. Vicarij, &c. Et quia dictus Petrus non valuit pręstare propter eius inhabilitatem, & impotentiam, vt etiam nobis cōstat, vt supra quod vtiq; præstitit iuratoriam cautionem, vt in dicto actu de mādato dictorum Iuratorum, qui iurauit in manibus dicti Reuer. Dom. Vic. ad Sacrosācta Dei quatuor Euangelia desoluendo oīa eius debita cū legitimo interesse suis creditoribus videlicet iuxta formam contractuum virtute quorum reperitur obligatus infra dictum annum, & non aliter vndè, &c.

Cap. 34.

Item, quod debitor ità demum potest petere à creditore fideiussionem de duplo, si debiti solutione, & satisfactionem alleget.

Nota 140. par.

1 NOTA quod in isto capitulo dicitur quod † debitor potest petere à creditore fideiussionem de duplo, &c. quod quidem capitulum clare loquitur intantum quod non est opus declaratione, sed ad maiorem cauthelam ne videatur sub silentio per transire, dicendum est quod super huiusmodi causa iam fuit tractatum super 6. 9. & 17. capitulis istius nostri statuti, sed nunc dicēdum est solummodo quod si debitor solutionem, & satisfactionem alleget, tūc creditor tenetur ipsam fideiussionem pręstare, & si indè debitor se opposuerit, & in oppositionibus suis petierit duplū si in instrumento non reperitur pactum reiectiuum de non opponendo, tunc super oppositionibus pręsentatis in quindena, vel super cum oppositionibus indè præsentandis potest recipere testes, & si consti-
2 terit de solutione, † tunc creditor potest condemnari ad ipsum duplum, & si in instrumēto reperitur dictum pactū reiectiuum, & de solutione constat per aliud instrumentum, tunc debitor est audiendus in ipsa petitione dupli, si verò executio fuerit facta virtute contractus in quo reperitur ipsum pactū de non opponendo quo casu facta solutione ipse † debitor est audi-
3 endus, & potest deuenire ad prosecutionem causæ oppositoriæ, & super processu vnica sententia est terminanda, scilicet in causa principali, & petitionis dupli, & si fideiussio de duplo fuerit præstita in quindenam, & debitor in suis oppositionibus non petierit ipsum duplum, tunc potest se dirigere infra annum ex alio processu summariè, vel ordinariè, vt in ca. 36. sequenti. Ad quodquidem duplum benè merito creditor debet condemnari si cōstiterit de dolo qualiter non obstante satisfactione petierit debitum. Nam quādo manifestè videtur esse, & apparet de dolo eo, quia plus petierit (hic est punctus) quando in detrimentum debitoris apparuerit de petitione facta in sua
4 executione † plus debito iuxtà aptissimum tex. in §. huic causæ iuncta glos. in §. qui eam insti. de act. & in cap. 1. iuncta glos. in verb. causa executio de plus pet.

Rursus creditor si plus petit cōcurrentibus quatuor perdit totum debitum nempe quod cautio sit extorta de maiori summa. Itē propter dictum, item quod reus sit vocatus in iuditium, & lis contestata item, & vltimo quod constet de solutione per probationes, secun-
1 dum Bal. in l. vnica C. de plus pet. & Capit. decis 49. in fin.

Et quia concurrendo cū dictis quatuor casibus non solum debet totum debitum perdere, sed etiam condemnandus venit ad triplum, vt in § tripli, & §. sed hæc, insti. de act. & Surd. cons. 61. nu. 41.

2 Item si essemus in terminis decisionum, vt instituta de act. condemnandus est creditor modo prout suprà.

Cap. 35.

Item, hæres creditoris cum succedat in ius alterius, & habeat iuxtam causam ignorantiæ, si suo iuramento firmauerit de oppositis sibi per debitorem nullam habere notitiam, non tenetur de duplo præstare.

Nota 141. par. 1.

1 NOTA quod dicitur in isto capitulo si hęres debitoris, &c. Qualiter † hæres creditoris non tenetur de duplo præsta si habet iuxtam causam ingnorantiæ, & suo iuramento firmauerit de oppositis sibi per debitorem nullam habere notitiam. Ratio est, quia heres non te-
2 netur præstare de duplo ad instantiam debitoris, qui asserit soluisse principali creditori, & non eius hæredi stante quod succedit in ius alterius, & succedens in ius alterius iuxtè ingnorantiæ causam habet, vt dicit tex. in l. qui in alterius ius succedit ff. de reg. iur. vbi

ſunt eademinet verba C.cum quis,de reg. iur.
in 6. in facto, enim alieno ingnorantia proba-
bilis eſt,l fin.ff.pro ſuo l. ſi mulier ff ad velleia
2 † fallit tamen ſi ſolutio fuerit facta in præſen-
tia hæredis, vel ſi ſolutio debitoris reperitur
notata in libro defuncti, & liber reperitur pe-
nes hæredem, vel per eum fuit poſitus libera
in inuentario: quo caſu tenetur de mendatio
licet affirmeretur cum iuramento non habe-
rem notitiam de oppoſitis per debitorem; &
poteſt puniri de periurio per eum facto.
3 Quæritur † an ſi ceſſionarius petierit debi-
tum ſibi ceſſum per creditorem, & eo viuente
an debitor poſſit petere fideiuſſionem de du-
plo dicẽdum quod ſic quia ceſſionarius repræ-
ſentat perſonam domini, quo caſu dominus
tenetur præſtare de duplo. Nam ceſſionarius
dicitur illæ in quem transfuſa eſt obligatio, vel
nomen, & debet certiorare debitorem quod
nomen eius in ipſum transfuſum ſit, notificando, vel oſtẽdendo inſtrumentum, & legendo, & copiam ſi velit habere, dando, vt l. nomen, quæ res pig. oblig. poſſ. C. alias alteri ſoluere poſſet debitum, non credens ſe obligatum ceſſionario l. 1. § 1. ff de noui operis nuntiat. & l. 1.C. de obl. & act.

Nam cædere dicimus quaſi concedere, vt pote ea, quæ propria ſunt, nã aliena nõ concedimus, ſed reſtituimus. Cędere etiã propriè dicitur, qui contra veritatem alteri conſentit, vt Cic. ceſsit emiliſſe authoritate viri, ideſt potius paruit.

Et eſt ſciendũ quod in inſtrumento ceſsionis dicitur quod cędens eum cui cędit, conſtituit procuratorem in rem ſuam, ff. pro ſocio l. 3. & ſic patet quod indirecta actione, & perſonali ſum procurator tuus, & ſic tamquam procurator principalis tenetur etiam ceſſionarius pręſtare, & hoc denuntiare cedendario, & vt habeat præſtare fideiuſſionem dupli prout ei fuit petita per ſuum debitorem, tanto fortius quod aliquandò iſte ceſſiones fiunt ſimulato modo, & fraudulenter inmaginando ſe quod ceſſionarius non tenetur ad ipſam fideiuſſionem allegando quod habet iuxtam cauſam ingnorantiæ, tamen hoc locum habet ſolummodo in hærede, vt dicit tex. noſter.

Nota 142. par. 1.

Item, & nota quod † ceſſio actionom præſumitur ſimulata ex tribus, quę notat, Accur. in l. 1. & pe. C. de man. & ibi Doct. & C. fin. de alie. mut. iud. cau. fa.

Cap. 36.

Item, liceat debitori, in continenti facta executione contra eum, in eodem processu infrà quindenam, infrà quam ſe opponit, opponendo ſe duplum petere, vel in alio proceſſu, etiam ex interuallo annum unum poſt latam ſententiam in cauſa oppoſitionis repetere à creditore, vel à fideiuſſore, vel eorum hæredibus duplum prædictum. Et ſi condemnatus fuerit creditor, ſeu eius hæres, vel fideiuſſor, & hæres fideiuſſoris, fiat executio ſententiæ latæ in M.C. vel in Ciuitatibus Panormi, Meſſanæ, Cathaniæ, Drepani, contra aliquam perſonam prædictam ad duplum, & ſi contingerit appellari, ſupplicari, vel in integrum reſtitutionem peti facta ſatisfactione condemnationis obſeruentur ea, quæ dicta ſunt, quandò ſententia lata eſt per creditorem contra debitorem.

Nota 143. par. 1.

NOTA quod in iſto capitulo legitur liceat debitoris incontinenti facta executione contra, eum &c. Qualiter poſtquam fuerit cauſata executio ad inſtantiam creditoris contra debitorem
1 in † continenti ſcilicet infrà triduum, nam
dicitur in continenti fieri id quod fit intrà triduum à die ſcientię actus, vt l. 3. C. de erro. aduoca. & ibi Bal. in primo notabili, vel indè quandocumq; infrà quindenam petere à creditore fideiuſſionẽ de duplo facto prius adimplimento executionis, quo adimplimento facto
2 indè liceat † debitori infrà quindenam ſe op-
ponere, & ſimplum, & duplum petere à creditore, tam ſi afferat ſoluiſſe, quam ſi petierit compenſationem, vt dictum fuit in cap. 9. iſtius ſtatuti, vbi dicitur quod in caſu compenſationis neceſſe eſt quod fiat cedula denuntiatoria dicto creditori alias nõ poteſt petere duplum prædictum. Scias quod ſpecies probationis ſolutionis triplex, eſt Maſcar. conclu. 800. nu. 10 fol. 153. vol. 2. & ſi petierit duplum ſinè denuntiatione creditor à dicta petitione dupli venit liberandus, nã in caſu petitionis dupli, neceſſe eſt quod debitor probet ſoluiſſe,
3 ex quo † ſtatutum propriè ſtricte intelligi de-
bet, vt iacet ex quo infertur, quod ſi debitor non probauerit per veras probationes, & non fictas videlicet per teſtes inſtrumenta, & acta ſoluiſſe, ex quo per confeſſionem partis, quandò creditor confeſſus eſt ſe fuiſſe ſolutũ in ſuis ſubitionibus vigore iſtius confeſſionis ſi eſſemus poſt executionẽ condemnari non poterit
4 ad tale duplum: quia † confeſſio non eſt pro-
pria probatio, ſed reuelatio ab onere probandi, vt dicit Bal. in l. eum, qui, ff. intetiun. & tanto fortius quod iſtud ſtatutum videtur mentionem facere de ſolutione, vt in cap. ſupradicto 34. & in dicto cap. 9. mentionem facis de compenſatione,

pensatione, & sic non constat ex eis posse duplũ petere virtute cõfessionis creditoris. Scias ꝙ confessio si est facta in articulo mortis valet, cum non sit præsumendum, quod tunc mentiatur, Mascar.concl 899.nu. 5 fol.249.vol.2. supradicta allegata videtur locũ habere quando confessio fuerit facta post executionem, & nõ ante, tamen si ante executionem creditor fassus fuisset sibi fuisse solutũ & confessio esset facta coram duobus, vel tribus testibus parte præsente, & indè nõ obstante dicta confessione executionem exercuit contra debitorem,
5 † tunc debitori licitũ sit petere à creditore fideiussionem de duplo qui creditor pro huiusmodi causa veniret cõdemnandus, quia in ciuilibus si cõfessio extraiudicialis fit parte præsente probata per duos testes, facit plenã probationem, & præiudicat etiam hæredi confitentis, secundum Bal. in l. 1. col. fin. vers. de vno quoq; &c. C. ex delic defunc. & Socy. in cons. 228. col. 1. in 2. vol. & si fuerit facta ista confessio parte absente, tunc facit semiplenã pro-
6 bationem † confessio probata esse debet per duos testes contestes de loco, & tempore quo casu facit probationẽ semiplenã in confessione extraiudiciale, vt est glo. in l. si C. fam. herciscun. & voluit Bal. in l. 1. vers. quilibet actus debet probari per duos testes T. de testi. l. vbi numerus ff. de test. & Alex. in 1. vol. cõs. 18. taliter ꝙ debitor virtute confessionis extraiudicialis factę parte pñsente antè executionẽ habet
7 locũ in petitione dupli, † nã cõfessio numeratur inter genera probationũ, vt not. glo in l. 1. C. de æden. Et taliter quod virtute testiũ qui probant de confessione extraiudiciale parte præsente potest deueniri ad cõdemnationem pænæ dupli, tam contra creditorem, quã contra eius fideiussorem, vel hæredem, & ista quæ superius dicta sunt videntur locum habere, tã quando procederetur in eodẽ processu in causa oppositoria, quã ex indè ex interuallo anni vnius in quo casu si fideiussio reperiatur data infrà quindenã, vt supra, & indè in opposi tio-
8 nibus nõ fuit petitum duplum, † tunc ex alio processu summariè, vel ordinariè infrà terminum anni vnius à die prętitæ fideiussionis debitor potest se dirigere in ipsa causam petitionis dupli, & lata sententia in eius fauorem non auditur creditor antè solutionem licet possit ab ipsa sentẽtia appellari, vel supplicari, seu in
9 integrum petere se restitui, † tamen non auditur appellans supplicans, vel petens restitutionem in integrum antè realem solutionem si sentẽtia fuerit lata per Doctores, vel de consilio Doctoris, vt in cap. recolendæ memoriæ Regis Ioannis cap. 37. fol. 287. quo casu habet locum, ac si esset lata in Curia Panormi, Mes-
10 sanæ, vel Cathaniæ, benè † verum vincens quod tenetur præstare de restituendo in casu succumbentiæ, ex quo ista appellatio non suspendit executionem licet potest appellari ab omni verbo Iudicis, & ab omni actu, vt tenet Angel. in cons 46. & cons. 188. & ipse debitor potest sibi solui facere ab ipso creditore, vel ab eius fideiussore, vel ab eius hærede, vt supradictum fuit, tàm de duplo, quàm de executionis, & interesse, & quo ad petitionem suppositionis, vel ad restitutionis in integrum nõ oportet respondere ex eo quia de istis petitionibus iam supra in cap. 34 tractatum fuit, vbi potest videri ea quæ super dicto cap. dicta sunt, tamẽ scias quod restitutio in integrum non conceditur aduersus diffinitiuam sentẽtiam licet sit lata contra minores, vt in cap. Regni recolendę memoriæ Regis Petri cap. 7. fol. 74 secus in alijs sentẽtijs siuè interlocutoriis quo casu nõ solum competit minoribus annorũ 18. verum etiam minoribus annorum 25. & vniuersitati ex quo in ea sunt minores, & pupilli, & etiam infantes, prodigi, & furiosi, & aliæ miserabiles personæ, vt habetur in l. res publica, vbi Doct. quibus ex caus. ma. & per Natt. in cons. 148. num. 19. quo casu semper petere possunt quocumq; iuramento nõ obstante, vt nota in authen. sacramenta puberũ, C. si aduer. vend. Ità, & vniuersitas iurando per eius sindicum, vel officiales quia iuramentum illius, vel illorum non debet ei nocere sicut non noceret infantibus furiosis, & similibus, vt supra, vt per Alex. in cons. 103. vol. 4. Scias tamen quod adhoc, vt competat restitutio in integrũ tria requiruntur primo minor ætas, deindè quod restituendus fuerit læsus sui facilitate tertio, ꝙ dolo aduersarij, Bar. in l. fi. in fi. C. de in integ. resti. min. Corn. cons. 72. col. 5. vers. & ex hac ratione vol. 3. & Curt. Iun. in cons. 6. col. 12. versic. præmissis non obstan. Et si forte in contractibus factis per supradictas personas vltrà iuramentum solitum fuerit appositũ iuramentum de non petendo absolutionem hoc petere non potest, vt per Rom in cons. 326. & Gramm cons. 25. in prin. in ciui. ratio est quia iurans omnia, & singula in instrumento contenta fuisse, & esse vera non potest opponere exceptionem simulationis, nec etiam ab ipso iuramento possit petere absolutionem, quia eo ipso quod peteret se absolui, ex quo narraret esse falsum illud quod iurauit esse verũ, & ex consequenti diceret se periurum nõ debet audiri, nec admitti ad allegandum turpitudinem suã quia nemo debet petere id cuius cõtrarium esset postulaturus, l. pen. C. de solu. l. si en lege C. de vsur. l. si, & rem, & pretium de pet. hæred. vt per Sign. cons. 21. col 6. vers. ex

T 2 quo

quo arguitur, & Gozad. in conf.69 col. 4. in princ. Item aduertendum est quod si quis iurauit non venire aduersus cōtractum, & similiter iurauit non petere absolutionem à iuramēto in primis petere debebit absolutionem à iuramento, præstito de non petendo absolutionem à iuramento, & ea obtenta iterum debet facere se absolui à iuramento præstito de non contrauenlendo contractui alias non intelligeretur absolutus, vt inquit Gramm. in conf.25.in prin. in ciui.Bal.in repe.l.2. col.35 verf.quo ad primam de iureiur. Rom. in conf. 326.sic in simili dici potest de integrum restitutione, quæ dari debet aduersus renuntiationem de illa non petendo sindeq; restitui in negatio principali, vt per Ioan.de Amic.in conf. 33. nu 19. Et ratio est quia tot debent esse remedia quot sunt impedimenta vt habetur per Rom.in conf prædicto 326 col 2 & est tex.in l.de pupillo § si pluribus de no u.oper. nunc. Grat. lib. 2. respon. 23. col 2. post ait. 13. Et scias quod iurens non potest indè venire contra tale iuramentum nisi petita prius absolutione, vt inquit Mascard. in conf 9. nu.4. Item notandum est quod quando absolutio prædicta petitur coram Iudice ecclesiastico quòd semper facere opportet ea obtenta ad finem postea agendi super simulatione contractus, vel super vsuraria prauitate, vel pro quacūmq; alia lęsione in quibus casibus videndum est an in causa principali debeat procedi coram Iudice ecclesiastico, aut coram Laico, vbi respōdetur quod est facienda, & agitanda coram Iudice seculari competente reo conuento, vt dicit Imol. & Fęly in cap.1.col.6.nu.22. de iur. iur. Ratio est quia petita absolutione, seu habilitatione à iuramento suspenditur virtus iuramenti ipsius quoniam non disputatur amplius de periurio, sed solum de iustitia, & meritis ipsius contractus quæ est causa profana, & ideò coram suo Iudice tractanda, vbi idem dicit Fęly.& Bolognet.in l.si quis maior n.78. C.de transact.& Corn. in conf. 120 col.2.vol. 4. & Pede.dec.78. Taliter quòd qui vult se dirigere per aliqua legitima causa in quæstione restitutionis in integrum dependente ex iuramento debet prius se absoluere, & agere prout superius dictum fuit in tantum quòd laus Domino Nostro Iesu Christo atq; eius intemeratæ Mariæ semper Virgini, & Beatæ Catherinæ Virgini, & Martiri, meę protetrici fuit impositus finis admodum procedendi executiuè, & videndum est de modo procedendi per modum cędulæ condemnatoriæ, & sufficit ea quæ dicta sunt in executiuis.

FINIS.

DE MODO PROCEDENDI PER VIAM CEDVLÆ.

Cap. 37.

PEr viam cædulæ proceditur, quando quis est debitor ex instrumento publico, & non est de casibus, vel est de casibus, & transactum decennium vel quia agitur actione in factum vigore rei iudicata post annum, vel si debitor fuerit confessus debitum in iudicio, licet aliquid separatum opponat, quare soluere non tenetur, quibus casibus fit cædula, & narratur factum cum quis teneatur, & plures fuerit, & sit requisitus, id circo M. C. prouidit, & determinauit, quod nisi probet exceptiones, & defensiones suas, infra quindecim dies, quod soluere debeat, & mittitur cædula vna parti, & altera Iudici cum instrumento, vel sententia in fine autem cædulæ adijci solet, quod infra eundem terminum si quæ sibi de sunt, possit creditor probare.

Domina labia mea aperies, & lingua mea enarrabit domum tuum.

Nota 144 par. 1.

NOTA quòd in isto statuto datur secūdus modus procedendi in aliquibus casibus declaratis in præcedenti c. & antequam deueniatur ad intelligentiam ipsius sciendum est qualiter de iure communi omnes causæ sunt ordinariæ, & proceditur in eis ordine seruato incusata contumacia, oblato libello, & datis competentibus terminis, ac de causa si forte præsupponitur quòd Marcellus Senex comparuisset coram suam sacra Maiest. & ab ea petijsset genibus flexis, & capite denuto qualiter reperitur creditor non nullarum personarum maximè à Pamphilio in certa pecuniarum summa, & in alijs rebus venalibus, & propter cauillationes debitorum suorum non potest habere totum id, & quantum reperitur creditor petierit obid à sua sacra Maiestate quòd sibi succurratur de aliquo iuris rimedio, ex quo non potest sustentare longas lites, & se dirigere ordinarie, & ad hoc forte responsum fuerit per Pamphilium etiam coram sua Maiesta genibus flexis, & capite denudato, quod merito sua sacra Maiestas mandare debet quòd ius commune seruetur, vt possint debitores se defendere

dere à falsis, & in debitis petitionibus actorum & indè forte responsum fuerit per dictū Mar. dicendo licet sit verū quod omnes causæ sunt
1 ordinariç tamen † qui habet potestatem legis condendę similiter habet potestatem legis diruendę, & sic ad euitandum malitiā debitorū necesse est quod corrigatur istud ius cōmune quib⁹ petitionibus, sua sacra Maiestas respōdit, & suo decreto perpetuo affirmauit mandauit exprçsse quod corrigatur ius cōmune non obstātib⁹ quibus vis legibus, cōsuetudinibus, statutis, & cōstitutionibus, statutis, & cōstitutionibus Regni, & diæ ꝓ huiusmodi causa aliā legem statuariam quę sēper stet, & stare debeat
2 in † viridi obseruantia succurrendo etiā debitoribus ne indebitem vexentur per creditores hac de causa reperitur per suam sacram Maiestatem prouisum in cap. quinto nostri statuti incipiente cùm varia. &c. atq; etiam fuit prouisum per cap. sestum decimū septimū, & decimū nonum istius statuti vbi abetur quod possit fieri executio contrà debitores virtute instrumenti habentis obligationē expressam, & prçsentē dummodo sit de casibus declaratis in supradicto cap. 19. incipiente. Itē prçdicta locū habere volumus &c. Et si debitor asseruerit soluisse, vel quod est creditor intantūdem, vel in alia sūma, & petierit cōpensationem vel quod habet pactum liberatorium in quo casu reperitur etiam prouisum in cap. 9. & 18. ac 34 quod prò huiusmodi causa creditor tenetur pçstare fideiussionē de duplo facto prius ad implimento executionis, quia non dicitur executio nisi adimpleta quem fideiussionē creditor tenetur prçstare infrà quindenā infrà, quā debitor potest se opponere, & duplū petere in causa oppositoria, vel si fideiussio de duplo reperitur præstita infrà quindenam, vt supra debitor ex alio processu infrà terminū anni vnius potest se dirigere cōtrà suum debitorem sūmariè vel ordinariè prout sibi placuerit aut ben è visum fuerit, & ita habetur in cap. prçdicto 33.

Iterum fuerit petitū à dicta sua sacra Maiestate per dictum Marcellum petendo quod habet nonnulla alia acta, & instrumenta, & tamen non sunt de casibus prçdictis quomodo procedendum sit in istis quçstionibus, vbi etiā fuerit per suā sacram Maiestatē prouisum modo infrascripto videlicet quod procedatur in istis quæstionib. per viā cedulç cōdemnatoriç idest per viam causç instantię in istis tamē quatuor casibus scilicet si aliquis reperitur debitor virtute instrumenti quod nō est de casibus, secundo si est de casibus declaratis, & annotatis in dicto cap. 19. incipiente, Item prædicta locū habere volimus, &c. Tamē est transactum decennium a die cessatę solutionis siuè a die quo
3 creditor potest agere quoniā non valenti † agere non currit præscriptio, vt l. 1. de bonis mater de annali exceptio. l. 1. in fin. tertio quādo agitur actione in factum vigore rei iudicatę post annum. quarto, & vltimo uirtute confessionis qualificatę factę in Iuditio, quæ causę numcupantur summariç ex forma istius statuti, ut in cap. 44. a quibus sententijs latis M. C. ab ea non appellatur si procederetur per uiā cedulç, vel in alijs causis sūmarijs statutarijs propter prçeminentiam ipsius M. C. ut in dicto cap. 44.
4 Quæritur † ergò qualiter dicatur iste modus procedēdi causa instātię dic quod dicitur causa instantię ex quo in ista causa debebat procedi ordinariè secūdū ius commune, & actio personalis scribitur spatio annorū decem inter prçsentes, & uiginti inter absentes, ut inquit Io. Petrus de Ferraris Papi. in forma respon. rei conuen. in uerb pro aliquali notitia, &c. nu. 8. & stāte quod est prçscripta ista actio, sua Maiestas dedit nouam instantiam dictę causę, ut in eo possit procedi per modū cedulç condemnatorię idest in causa instātię ex quo fuit data noua instātia creditori petēdi debitū hac de causa uocatur causa instantię Nam in alio casu idest trāsacto decennio in actionibus personalibus non poterat creditor agere contrà suum debitorem ex eo quia merito præscribitur debitori ius actionis contra actione personalis creditoris, ex quo non procedit cum aliquo pacto, sed tantum ob negligentiā creditoris non petentis, & hoc est in quo remanet firmum ius ciuile neq; per ius canonicum corrigitur, secundum Host. in sum. in tit. de præscr. rerum corpora §. quæ res præscribi possunt. Item etiam tenet Henric. Bohic. in cap. si diligenti in 3. distin. extrà de præscrip.
5 In tertio † capite respondetur ꝙ executio sententiæ postquam transiuerit in rem iudicatam, vt in glo. in rub. C. de exec. rei iud. debet mandari in executionem infra triginta annos, vt dicit Bald. in l. debitori col. fi. C. de pact. tamen licet instantia sententiæ sit annorum triginta, vt suprà dictum fuit virtute prçcedentis capitulis nostri statuti nihilominus executionem paratam infra annum tantum, & statuta
6 † loci debet seruari in executione sentētiæ, vt notat Ias. in l. cum quædam puella. col. fi. ff. de iur. omnium iud. quæ quidem executio sententiæ fieri debet pro mensura debiti alias si fieret plus debito vitiatur in totum, vt inquit Bart. in l. si non sortem §. si centum ff. de cond. indeb. & Alex. in l. iustæ possidet col. 5. & 6 ff. de acquir. poss. Ex quo sentētiā nulla nūquā transit in rē iudicatam immo semper pro suo vitio potest retractari, & de nullitate men dici tex. est cum glo. & ibi plenè Bart. in l. si expressim

ff. de

ff. de appella. & quando sententia est nulla tunc potest infrà annos triginta retractari, & dici de nullitate, & ita dicit Ruber. Mar. par. 6. iud. num. 154. bene verũ quod si merita causæ sunt clara, & non fuerint denegati partibus termini aut defensiones, tunc non debet haberi respectum ad nullitatem sed ad merita ipsius causæ si sunt clara, & unica sententia termine tur tam super nullitate prætensa quam super meritis ipsius causę, vt habetur in cap. Regni recolendę memoriæ Regis Ferdinandi cap. 44. fo. 351.

Et sic ex isto nostro statuto nõ obstãte quod instantia sit annorum triginta, tamen regulatur ad vnum annum tantũ, & elapso anno non est præscripta via agendi sed potest agi in ista causa instantię ex quo fuit data ei noua instantia, & meritò dici potest causa instantię, & si essemus infrà annum tunc potest mandari sententia executioni, vt inquit Bald. & Salic. in l. 1. C. de excep. rei iud. & de iure habet sententia executionem paratam infrà annum quando est lata per delegatũ Principis, cap. conquerenti, de offi. deleg. Nam delegatus à Principe post annum sententiam exequi non potest quoniam si confessio fuerit facta in iuditio sine qualificatione, tunc poterit statim mandari

7 executioni, nam † confessio iudicialis est tantæ efficatiæ quod habet vim sentẽtię, & rei iudicatæ in ciuilibus, & nõ expectetur aliud nisi mandatum de soluendo l. vnica C. de confes. ex quo nulla est maior probatio quam proprij oris confessio, vt dicit Corn. in cons. 261. col. 2. in 4. vol.

Quarto, & vltimo vbi si debitor confessus

8 est in iudicio taliter quod si † confessio est qualificata, tunc proceditur per istam viam cedulæ condemnatoriæ idest in causa instãtię, quæ etiam de iure communi erat causa ordinaria, & per istud statutum datur noua instantia, & vult quod procedatur per viam cedulæ condemnatoriæ, vt supra.

Potest enim dici causa instantiæ quoniam in isto statuto ex forma, datur prima instantia expressè dierum quindecim ad probandum, ea, quæ sibi desunt, & hoc tamen non videtur determinatum in alijs causis ergò meritò benè dici potest causa instantię, & si intelligeretur hoc nomen instantię pro illa exercitatione, quæ solet fieri in causis à die litis contest. vsq; ad sententiam latam l. properandum C. de iudic. tamen in quibuscumq; alijs causis, tam ciuilibus, quam criminalibus videtur habere istam instantiam ergò omnes causę possunt dici causæ instantię, & tamen non est verum quia causa instantię est quando proceditur per viam cedulæ condemnatoriæ rationibus præallegatis, quæ in ciuilibus instantia est annorum duorum in criminalibus anni vnius, & in executiuis mensium sex, & in articulo reiectiuo mensium trium; vt habetur in Pragmatica ædita per Suã Catholicam Maiestatẽ executoriata in Regno per Illustriss. Dom. Pręsidentẽ die 15. Nouẽbris 3. Ind. 1544. existente etiã in cap. Regni Regis Caroli recolendę memoriæ, & si actor in ista instantia nõ curauerit facere omnia solemnia, quæ debent fieri, & in causa nõ reperiretur lata sentẽtia, tũc instantia ipsa est perẽpta, & actor tenetur ad omnes expensas factas per conuentũ siuè reum, quia periculum expensarum spectat ad actorem, vt inquit Alex. in cõs. 66. post princ. in 5. vol. & idẽ Alex. in l. properãdum § fin. in vers. vigorem, C. de iud. & § illo, circa fin. & idem Alex. in cons. 136. col. 1. & cons. 138. col. 1. in 2. vol. tamen antequam labatur iste terminus instantię potest supplicari Illustriss. Domino Proregi pro prorogatione dictæ instantię, quæ dicitur insufflatio, & sic Dominus Prorex insufflat spatium vitæ illi instantię, & sic Prorex insufflans spatium facit instantiam reuiuiscere per indè ac si perempta non esset, vt inquit Rub. Mar. in 5. par. tract. iud. nu. 32.

Et ea perempta potest actor de nouo se dirigere solutis expensis si fuerint petitę per reũ quo casu non debet audiri antè solutionem ipsarum expensarũ actamen nouiter in præsenti anno 5. Ind. 1591. in Regno fuit executoriata quædã Pragmatica Suæ Catholicæ Maiestatis per quam mandatur quod instãtię causarum amplius non prorogentur per Illustriss. Dom. Proregem, vt in ea melius videtur apparere taliter quod perempta instantia non est pręscripta actio stante quod actor de nouo potest se dirigere.

Aduerte tamẽ quod perempta instantia pe-

9 reunt † omnia acta iudicij non tamen acta causæ seu litis. Quæquidem acta iudicij sunt illa, quæ tendunt ad litis ordinationem, prout est libellus, litis contestatio, terminus probatorius, satisdatio, & alij similes actus. Acta verò causę dicuntur ea, quæ tendunt ad litis decisionem, prout sunt depositiones testium, instrumẽta, confessiones, & alia similia acta probatoria. Item dici idem Rub. Mar. nu. 55. fol. mihi 277. quo casu post peremptam instantiã actor etiam tenetur ad omnes expensas vltrà quod pereunt aliqua acta, vt dixit ipse Ruber. Mara. per ea, quæ dicta sunt per Sigism. Scac. cap. 94. sub nu. 3. par. 1. car. 179.

Tamen in istis causis perẽpta instantia, aut si actor dirigit se pro aliqua causa, seu actione & postquã est incepta causa iterum, & de no-

10 uo si vult se dirigere, † tamen non potest audiri antè refectionem expensarũ, vt supra, & fa-

cta

cta cessione in forma, & ita obtinui in mei fauore in causa Reuerendæ Abbatiæ noui Monasterij S. Saluatoris Ciuitatis Corleonis in Curia spirituali Ciuitatis Montis Regalis vbi fuit lata interlocutoria cum voto Sp. Pauli de Aulia, & Vincentij Barbarotta V. I. D. die 28. Martij. 1. ind. 1558. & ita etiam videtur apparere in dec. Affl. 70. nu. 4. & late in proprio casu, vide in decis. 34. nu. 6. taliter quod refectis omnibus expensis si fuerint petitæ per reum, inde potest actor de nouo se dirigere, & quādo se dirigit pro casu peremptionis instantiæ, tunc illa acta, quæ erant celebrata remanent in suo robore, & non est necesse de nouo illa acta reficere, sed potest ferri sententia ex illis primis actis. Et quando de nouo prodicta causa actor vult se dirigere scilicet quod non est in causa peremptionis instantiæ, tunc ne-
11 cesse est, quod † de nouo testes producantur, & examinentur in causa ciuili, si verò essemus in causa criminali, quia perempta instantia non auditur vlterius accusator ad iterandum, nec ad inchoandum nouum iudicium licet actor offerat reficere expensas, vt latè habetur per eumdem, &c. Maran. ibi. n. 47. & 48. & idem Scac. in præallegato loco.

Taliter quod aduocati quando volunt inchoare lites, & quæstiones debent multum vigilare, ne actor teneatur ad solutionē expensarum, & maximè quod in causa criminali (vt supra dictū fuit) non potest amplius actor audiri sicut in causis ciuilibus. Et antequam imponatur finis istius notæ quæritur ista actio personalis an præscribitur spatio 30. vel 40. annorū spatio quo actiones personales de iur. Cano. & in conscientia nō pręscribuntur spatio 30. vel 40. annorum, cum malafide debitoris de soluendo interpellati ab homine, vel à die, quando erant eiusdem fieri debitor, & creditor, & maximè si iuramentū interuenit, secundum glo. Bal. & Imol. in cap. fi. extra de præscrip. Io. And. in cap. 2. eo. tit. in 6. Card. in c. vigilanti extra eo. Pan. in c. cura, circa finem extra de iur. patron. Bald. in c. si quis per triginta si de feud. fuerit contrauer. in authen. ad hæc, C. de vsur. Et videtur casus in dicto cap. fin. ibi nulla valeat absq; bona fide præscriptio, qui tex. fundat se ratione peccati in retinendo alienum. Quæ ratio etiam militat in eo, qui tenetur actione personali etiam lex vult neminem locupletari cū aliena iactura, l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. & dominus prohibuit rem alienā concupisci, multò fortius retineri, nec potuit lex inducens pręscriptionē statuere contra legē Dei per nota. per glos. in cap. literas, extra de resti. spol. quę opinio cum tendat ad fauorem animæ, tutior dici potest, per tradita in cap. veniens extra de sponsal. per glos. in cap. 1. de seruit. & talis præscriptio appellatur iniquum præsiduum, vt dicit tex. in authen. vt Eccl. Rom. cen. an gaud. præscript. colla. 2. Actamen quando agitur virtute rei iudicatæ hoc videtur locum non habere, ex quo in ea non fertur iuramentum, & ita intelligi potest not. per Hostiens. in summa de præscript. §. quæ res, & Bar. in d. §. si viam, & idem senserit Innoc. in d. cap. coram in glos. legitima.

Nota 145. par. 1.

ITEM nota in tex. ibi quibus casibus fit cædula, & narratur factum cū quis teneatur, & pluries fuerit, & sit requisitis, & sic videtur expressè quòd actor teneatur probare, ꝙ pluries requisiuit debitorem, & ipse debitor noluit soluere, & narrare factum in ipsa cedula, prout in causa ipsa requiritur, alias videtur contumax, nam actor debet accedere instructus ad causam glos. & Abb. in capit. præterea il 4. de dilat. Boss. tràct. crimin. titu. de fisc. & priuil. eius num. 11. & Menoch 2. cas. 45. nu. 15. de arbit. iud. lib. 2. cent. vnde eius contumacia reputatur maior, quam contumacia rei argumento tex. in cap. causam, & ibi Abb. sub nu. 15. de dol. & contum. Bar. in l. hæc conditio la 2. in fine de appell. Menoch. de arbitr. iud. dicto, las 45 nu. 1. & 2. & ista sufficiunt, quæ dicta sunt ad cautelam.

Nota 146. par. 1.

ITEM nota in text. ibi idcircò M. C. prouidit, & determinauit quòd nisi probet reus exceptiones, & defensiones, suas infra quindecim dies quòd soluere debeat, &c. In quo quidem termino possit
1 creditor probare, † & sic videtur expressè iste terminus communis vtrique parti, & id quod est dictum in M. C. intelligitur etiam de alijs Curijs, vbi actor pro dictis quatuor quæstionibus, potest se dirigere in ista causa instantiæ, taliter quod Iudices quarumuis Curiarum possunt prouidere, & determinare, quod probet exceptiones, & defensiones suas infra dictum terminum, per modum vt supra dictum fuit, quæ cędula mictitur Iudici cū copia instrumenti, aut cū sententia, vel subitionibus, & confessionibus qualificatis, & Iudex in calce ipsius cędulę ponit suam decreta-

rationem dicendo, vidit talis Iudex constito de traditione consimilis recipiatur in vim cedulæ condēnatoriæ, si ex hijs, & alijs actitatis, & actitandis oriatur condemnatio, & prout in ea, & indè nuntius refert Magistro Notario, qui dedit ipsam cedulam reo, & indè ipse Magister Notarius in calce ipsius decretationis ponit recepta est præsens cedula Panormi die, &c. De mandato talis, & talis Iudicum in vim cedulæ condemnatoriæ si ex hijs, & alijs actitatis, & actitandis oriatur cōdemnatio, & prout in ea, prout infra melius videri potest in ipsa cedula. Et antequā ad eam deueniatur quęritur † an iste terminus dierum 15. ex forma
2 statuti dati per Iudices in ipsa cedula, currat à die receptionis ipsius cedulæ nec ne.

Ad hoc breuiter respondetur rationibus infrascriptis, quod iste terminus dierū 15. numquam currit, si actor non præsentauerit suum libellum. Nam processus est nullus, quandò reperitur sinè libello, seu sinè petitione, quia est de substantialibus iuditij, & eius obmissio vitiat iuditium, vt concludit glos. in cap. 1. de libell. obli. quia regulariter fit necessarius libellus, nec possit ommitti tacitè, vel expressè, quam sequuntur Inno Hosti. Ioan. And. Abb. & communiter Doct. tex. in authen. offeratur, C. de litis contest. & licet hodiè lis non contistetur expressè stante instantia causæ vbi lis non contestatur incipit ab illo actu, qui solet fieri immediati in causis ordinarijs habet vim litis cōtestationem in causis summarijs, vel quādo. Iudex incipit cognoscere demeritis causæ, tunc in summarijs habet uim litis contestationis, secundum Bar. & Bal. in l. nulla, & in l. nihil. C. de proc & Rom in cons. 174.

Et sic rationibus prealllegatis, clarè uidetur quod instantia cedulæ condemnatoriæ, non currit à die receptionis cedulæ, sed à die præsentationis libelli, si indè per subitiones rei fuit lis contestata, nàm si per mille annos steterit in quæstione, & lis non reperitur contestata, numquam instantia currit, ex quo effectualiter incipit currere à die litis contestationis, & nō anteà, & ità dicit, & probatur in cap. super quęstionum post prin. & ibi glos. in vers. litis exordiū de offic. de leg. & in l. aperitissimi in princ. & ibi glos. in vers. inchoetur, C. de iud. & ità tenent communiter, Bart. Cyn. Ang. Alex. & Ias. in l. causas, C. de transact. ex quo litis cōtestatio si non fuerit facta, vitiant processum, vt dicit Deci. in cons. 302. num. 7. par. 2. ex eo, quia litis contestatio est lapis angularis totius legalis doctrinæ, vt inquit Bal. in cap. 1. col. 1. de litis contest. Ergò concludendo dico quod ista causa instantiæ, seu terminus præfixus in cedula condemnatoria, currere incipit à die præsentationis libelli, vt supra, & sic si libellus per actorem non fuerit præsentatus numquam terminus incipit currere, nàm in Regno obseruatur, quod facta citatione deinde incusatur contumacia reo, quà incusata aduocatus ipsius rei poterat respondere in ea, & facta responsione, aut non facta, potest capi aduocatus rei, vel ipse reus per maniconem, vt veniret ad litis contestationem, qua contestata prout solebat fieri, maximè in ordinarijs, & hodiè fit in feudalibus, indè pręsentatur libellus, taliter quod ipse libellus habitis subitionibus est primus actus, qui solet fieri in causis ordinarijs immediatè, potest litis contestationem, nàm litis contestatio fit per reum, non autem per actorem, & scias quod attestactiones omnes productæ lite nō contestata, & omnia deducta ad probādum nihil probant casus est in c. quoniā frecunter in princ. cum ibi notatis, & per totū extrā, vt lite non contest. Scias enim quod responsio super libello ad inducendam litis cōtestationes opus est, q; actor sit pręsens, nàm responsio debet fieri actore pręsente per reum, vt dixit Iacob. Butri. dicendo quod omnes Doct. ità tenent in cap.... de lit. cōtest. Ergò in casu nostro iste terminus præfixus in cedula condēnatoria currere incipit à die præsentationis ipsius libelli, & subitionum, & ità dicit dominus meus Ioā. Aloy. de Lello V. I. D. valdè practicus in suis rescriptis super Ritu, & ità obseruabat in nullatione processuū, tàm in M. C. quā in Curiæ Pręturæ Fæl. Vrb. Pan. quo casu actor tenetur non solum præsentare libellum, verum etiam instrumētum, siuè sententiam, aut confessionē qualificatas, & alias scripturas si habet si nō fuerint missæ cū cedula parti, & deuenire ad receptionem, & productionem etiam testiū si necesse fuerint, pro adimplimento intentionis actoris, & productis instrumentis, & testibus per actorem, indè deuenitur ad productionem instrumentorum, & actorum ex parte conuenti, seu rei quoniam
3 † actor prius probat, & posteà reus, & prius debent recipi, & examinari testes actoris super illius petitione, quā rei super illius defensione, ne reus cum labore, etiā nummos frustra conterat, arg. l. exceptionem, C. de proba. l. emptor, C. de præscrip. long. temp. & notat Specul. de proba. §. 1. vers. 11. nu. 17. Bald. & Flor. in l. circa, & ibi glos. ff. de probat. nam actor primò probare debet actionē suam, antequam reus exceptiones pręsentet per tex. in l. qui accusare, C. de ędend. in l. 2. & in l. actor C. de prob. & si fortè aliqua ex parte litigantium vult renuntiari iuri suo fortè habendo super re de qua agitur, vel in alia causa, tamē renuntians iuri quod habere sperat cum iu-

ra-

ramento intelligitur ex causa de præterito, Masca.concl.1264.nu.17.& 20.fol. 242.vol.4. Sciat quod repudians hæreditatem ex testamento nõ uidetur eam repudiare ab intestato, idem Masca. concl. 1266. nu.7.fol.246.uol.3.

Intantum quod ista instantia biennalis currere incipit à die præsentationis ipsius libelli, vt supra stante forma. Pragmaticæ antè dictæ edite per recolendam memoriam Regis Caroli, ut in cap. Regni 198.fol 491. licet de iure instantia sit annorum trium quęquidem Pragmatica est tenoris sequentis uidelicet.

Die 15. Septembris 2. Ind. 1543.

LI litiganti di questo Regno come apertamenti s'ha uisto portano tanto in longo li loro liti che li hanno fatto, & fanno immortali, & infiniti in molto danno di detto Regno, alche la vniuersità di quello pensando obuiare, supplica uostra cesarea, & Catholica Maestà si degni per lo presenti cap. cunctis futuris temporibus perpetuò ualituro, & duraturo prouidiri, statuiri, & ordinari che la instantia di tutti causi ciuili in qualsiuoglia Curti, & Magistrato d'isso Regno tanto principaliter mouendi, quanto uia nullitatis, appellationis, reuisionis, & cuiusuis alterius remedij de uoluti, debbia durare per dui anni tantum, & non ultrà, & in li causi oppositorij debbia durari per sei mesi tantum, & la instantia delli causi criminali per anno uno, & non più, dummodo che la instantia delli causi feudali non sia alterata per lo presenti capitulo immò staia come è al præsente.

Placet Regiæ Maiestati.

DIe 15. Nouembris 3. Ind. 1544. fuit prouisum, & mandatum per Illustr. Dom. Præsidentem quod instantia harum causarum oppositoriarum contentarũ in proximo capitulo sit, & intelligatur quod semper quo causa reperitur, & erit conclusa infrà semestre tẽpus non transeat in hermodicium, sed conclusa, ut supra quandocumq; possit expediri, & ità intelligitur intelligentia præsentis capituli.

Nota 147. par. 1.

ITEM nota rursus præsentatis cedula, & libello, & factis probationibos lite prius contestata, vt supra ex quo Iudex non potest facere quod per aliquem actum lis habeatur pro contestata, quia hoc non dependet à potestate Iudicis, sed partium facto, ut notauit Doct. in l. unica, C. de lit.

1 contest. quibus adimpletis † indè deuenitur ad terminos, qui solent dari in summarijs, nàm ista causa instantiæ est summaria, ut supradictum fuit, ut in infrascripto cap. 44. indè fit collatio ipsius processus, & post modum deuenitur ad prolationem sententiæ, qua lata per M. C. potest deueniri ad causam executiuam, & licet causa executiua, seu oppositoria habeat priuilegium quod appellatio facta à sententijs in causa oppositoria, non suspendit executionem, attamen ista causa summaria

2 statuaria, † & aliæ causæ summarię statutariæ habent aliud priuilegium, quoniam à summarijs causis latis per M. C. tàm in ea inchoatis, quam deuolutis per uiam appellationis non appellatur, ut in dicto cap. 44. & tamen in executiuis appellatur ad hoc aduerte si causa est summaria uirtute istius statuti, si autem causa esset ordinaria, licet aduocatus dixerit in iuribus suis summariè appellatur, quoniam de sui natura causa est appellabilis, ut in infrascripto cap. 45. clarè habetur quod locum habet, & debet exequi non obstantibus quod omnes causę, tàm ciuiles, quam criminales fiãt

3 summariè, & de plano ex forma Regiæ Pragmaticæ † uigore cuius iste Ritus uidetur confirmatus, ut melius in ea legitur posita supra in titulo de causis summarijs. Intantum quod iuribus superius allegatis, lata sententia, in istis causis summarijs executiuis statutarijs scilicet ab executione hoc est ab extrema parte iudicij incipit, & de † expensis factis in ipsa causa oppositoria non potest uictus se opponere, stante forma cuiusdam Pragmaticę Viceregiæ infrà inserendæ, & antequam ad hoc deueniatur tu aduocate aduerte quod in præsentatione oppositionum si pars est absens à loco Curiæ ubi sunt pręsentandæ oppositiones, tunc Magister Notarius potest notare diem in oppositionibus, & indè in primo regimine sequenti seu infrà mensem in iuditio oppositiones pręsentare dũmodo quod annotatio diei sit infrà dies quindecim idest infrà quindenam, & prout consuetum est in M. C. præsentare oppositiones erunt nullę ipso iure, ut etiam patet per Pragmaticam, & sic habemus duas Pragmaticas circà istas causas oppositorias tenoris, ut sequit, &c.

Inter alias Pragmaticas M. R. C. extat infrascripta tenoris sequentis videlicet.

ASsai uolti accadi che per elongari li executioni si fanno contra alcuni debitori quilli fanno alcuni oppositioni, & dari più tẽpo, & longaria non pręsentano ditti oppositioni, mà ci fanno tantum annotari la gornata

pre hauere tempo poi uno mese di presentarle parte citata, & per euitari tale longaria, la vniuersità del detto Regno supplica à Vostra Eccellentia si degni prouedere,& comandari che essendo la parte opposita in la Citati, lu Mastro Notaro della Regia gran Corte non digia notare la giornata in detti oppositionj, mà quelli si debiano præsentare infrà quindenam parte citata, & constando à ditto Mastro Notaro la parte opposita non esiri in loco doue è la Regia gran Corte che possa notare la detta giornata come s'haue costumato.

Antoninus Stuppia Mag.Not.& pro Officio Prothonot.

Alia Pragmatica pro expensis factis in causa oppositoria.

QVando accadi che si fanno processi oppositorij, & poi si dona sententia in causa oppositoria per li dispisi, supplica ditto Regno à Vostra Eccellentia si degni prouedere statuire, & comandere che di qua innanti li spesi fatti in causa oppositoria si debino vedere essendo in somma di vnci dieci supra pro vno delli Magnifici Iudici della causa, & di vnci dieci abbasso per lo Magistro notario di detta causa li quali debbiano sinè ordine iudiciario,& de plano satisfari detti spesi senza hauerle admittere oppositioni.

Placet suę Eccellentiæ.

Nota 148. par. 1.

1 ITEM nota antequam deueniatur ad confectionem cedulæ condemnatoriæ scire debes, quod multoties † quando reperitur elapsum decennium instrumenti, vel elapsus annus sententię, solet supplicari Excellentiæ suę narrando ei factū causæ, & qualiter instantia est perempta pro aliquibus causis,& impedimentis,quod vtiq; placeat mandare quod non obstante elapsu decēnij, vel anni prædicti possit procedi in executione instrumenti ac si esset infrà decennium aut in executione sententiæ, ac si annus non fuisset elapsus, & si fuerit prouisū iuxtà petita, tunc non esset opus deuenire admodū procedendi per viam cedulæ condemnatorię, sed potest procedi executiuo modo pro qua causa solet fieri memorialę tenoris sequentis videlicet.

Illustriss. & Excellen. Signore, &c.

TVbiolo di T. figlio, & heredi vniuersali del condam Marcello di T. dici à V. E. come per suo nuncupatiuo testamento instituto heredi vniuersali al exponenti, allo quali constituio in tuturi A. seio ilqual nō curao exigiri integramenti tutti li nomi di debitori relitti per detto condam in tanto che si retroua elapso lo decennio, vel non curao fari exequiri vna sententia lata in fauore dello exponenti ilquali per esiri pupillo, & minori non potti agiri, & de iure non valenti agere non currit præscriptio, & licet per lo Rito della Regia gran Corte si disponi lo contrario, tamen lo exponenti haue recorso à V. S. come principi iustificatissimo che si degni restar seruita prouedere, & comandari che non obstanti esiri elapso lo decennio del detto instrumento, seu il detto anno della detta sententia che habbia licentia di potere procedere via executiua non obstanti qualsiuoglia dispositione di statuto ò di ligi in cōtrario, lo hauerà à summa gratia, & ità supplicat, vt iustum est, &c.

Nota 149. par. 1.

1 ITEM nota quod † si Illustrissimus Dominus Prorex mandauerit quod non obstante elapso decennio, vel elapso anno procederetur in executione instrumenti, vel sententiæ, tunc non esset opus deueniri ad ipsam causam instantiæ, & si forte fuerit prouisum contra te, tunc potes deueniri ad confectionem ipsius cedulæ condemnatoriæ, cuius tenor talis est.

Forma cedulæ condemnatoriæ ex forma contractus.

APud Fæl. Vrb. Panor. & in M. R. C. ibidem degente comparuit Meuius, & sua expositione narrauit dicens cū sit diebus preteritis Titius se obligauit soluere ipsi exponenti vnc. decem prout apparet virtute contractus celebrati in actis T. Not. die, &c. Et pluries fuerit,& sit requisitus soluere eidem exponenti creditori, & tamen non curauit immò recusauit, & recusat ei soluere dictas vnc. decem, prout tenebatur vigore dicti contractus debitorij. Et quia dictus contractus non est de casibus declaratis in Ritu, ex quo in eo non est pactum expressum posse procedi via executiua, vel quia à die quo ipse exponens potuit agere & petere debitū prędictum est elapsum decenniū, vt ex forma Ritus non potest procedi via executiua, sed per viam cedulę licet quod fecerit de dicto debito confectum instrumentum publicum manu talis Not. die, &c. Vt constat ideo expens ipse adiuit eamdem Curiam, & ab ea petijt, & petit sibi super premissis omnibus de

de opportuno, & infrascripto iuris remedio sibi prouideri, & dictum Titium debitorem condemnari, & condemnatum cogi, & compelli ad dandum soluendum, & assignandum eidem exponenti dictas vnc. decē quę M.R.C. ipsa annuens petitioni prædictæ tamquam iustæ, & iuræ consonæ quia iuxta petenti nō est denegandus eius iudicialis assensus tenore pręsentis cedulæ viso prius dicto cōtractu, cui prima facie standum est, ipso contractu attento, quòd ipse contractus non est de casibus, vel licet sit de casibus, tamen reperitur elapsum decennium dictum Titium debitorem condemnauit, & cōdemnat ad tradendum soluendum, & assignandum ipsi Meuio creditori exponenti dictas vnc. decem nisi ipse Titius infrà terminum dierum quindecim eius legitimas exceptiones probauerit, qui terminus sit communis vtriq; parti ad probandum, si quæ sibi desunt super quibus omnibus, & singulis eidē M. R. C. plene constitit, atq; constat. Quamquidem cedulam cōdemnatoriam omniaq; & singula in ea contenta ad effectum prout in ea M.R.C. ipsa acceptauit, & acceptat, laudauit, & laudat, approbauit, & approbat, ac confirmauit, & confirmat, interponendo super his omnibus, & singulis suam iudiciariam authoritatem pariter, & decretum.

In cuius rei causa, &c.

Vidit talis Iudex.

Vidit talis Iudex.

Constito de missione consimilis recipiatur in vim cedulæ condemnatoriæ si ex his, & alijs actitatis, & actitandis oriatur condemnatio.

Recepta Panormi, & in M. R. C. die, &c. De mandato talis Iudicis in vim cedulæ condemnatoriæ, vt ex his, & alijs actitatis, & actitandis oriatur condemnatio, & de missione consimilis tradditæ tali constat per talem Porterium.

Forma cedulæ condemnatoriæ ex forma sententiæ.

Apud Fæl. Vrb. Panor. & in M.R.C. ibidem degente comparuit Meuius, & sua expositione narrauit dicens cū sit diebus præteritis per M.R.C. fuisset lata quædam sententia contra Titium, per quam idem Titius fuit cōdemnatus ad dandum traddendum, soluendum, & assignandum ipsi Meuio vnc. decem, vt apparet tenore sententiæ latæ per ipsam M.R.C. die, &c. Et quia à die late dictæ sētentiæ reperitur elapsus annus, & licet dictus Titius pluries fuerit requisitus, recusauit, & recusat, soluere debitum prædictum. Et ex forma Ritus stante lapsu anni non potest procedi via executiua, sed per viam cedulæ ideo exponens ipse adhiuit eamdem M. R C. & petiit, & petit super præmissis omnibus, de opportuno iuris remedio sibi prouideri debere, quæ M. R. C. annuens petitioni prædictæ tamquam iustæ, & iuræ consonæ tenore præsentis cedulæ visa prius dicta sententia, cui prima facie standum est dictum Titium debitorem condemnauit, & condemnat ad dandum, traddendum, soluendum, & assignandum dictas vnc. decem ipsi Meuio creditori exponenti, nisi dictus Titius infrà terminum dierum quindecim probauerit suas legitimas exceptiones, qui terminus sit communis vtriq; parti ad probandum, quæ sibi de sunt. Quamquidem cedulam condemnatoria, & omnia, & singula in ea contenta Curia ipsa approbauit, & approbat, confirmauit, & confirmat, interponendo super his omnibus, & singulis suam iudiciariam authoritatem pariter, & decretum.

In cuius rei causa, &c.

Vidit talis Iudex.

Vidit talis Iudex.

Constito de missione consimilis recipiatur in vim cedulæ condemnatoriæ, vt ex his, & alijs actitatis, & actitandis oriatur condemnatio.

Recepta apud acta M.R.C. die, &c. In vim cedulæ condemnatoriæ.

Forma cedulæ virtute confessionis qualificatæ.

Apud fęl. vrb. Panor. & in M.R.C. ibidem degente comparuit Meuius, & sua expositione narrauit dicens, cum sit diebus pręteritis Titius fuerit interrogatus super interrogatorio contrà eum pręsentato, ad effectum periurij quatenus est de casibus, quatenus vero non, de veritate dicēda, & super dicto interrogatorio se subiuit, & confessus fuit per suas subitiones habuisse a dicto Meuio vnc. decem, ratione mutui, quas dixit soluisse restituisse, & assignasse, vel fatetur quamdam apodixam scriptam manu propria, tamen denegauit contenta in ea nō fuisse nec esse vera, ob quod ipse exponens pluries requisiuerit dictum Titium, vt debuisset dictas vnciā decem ipsi exponenti soluere, qui Titius recusauerit dictas vnc. decem soluere, & quia ex forma Ritus ex confessione qualificata non potest procedi via executiua, sed per viam cedulæ cōdemnatoriæ, ideo exponens ipse adhiuit eamdē M.R.C. & ab ea

petijt,& petit sibi super præmissis omnibus de opportuno iuris remedio sibi prouideri debere: quæ M. R. C. ipsa annuens præsentis prædictis tamquam iustæ, & iure consone, quia iusta petenti, &c. Visa prius dicta confessione qualificata, cui prima facie standum, est tenore præsentis cedulæ dictum Titium condemnauit, & condemnat ad dandum tradendus, soluendus, & assignandus ipsi Meuio exponēti dictas vnciam decem, nisi infrà terminum dierū quindecim probauerit suas legitimas exceptiones, qui terminus sit communis vtriq; parti ad probandum ea quæ sibi de sunt, super quibus omnibus, & singulis eidem M. R. C. plene constitit atq; constat, Quamquidem cedulam cōdemnatoriam, & omnia, & singula in ea contenta, ad effectum prout in ea M. R. C. ipsa acceptauit, & acceptat, laudauit, & laudat, probauit, & approbat, ac confirmauit, & cōfirmat interponendo super his omnibus, & singulis suā iudiciariam authoritatē pariter, & decretū.

In cuius rei causa, &c.

V. talis Iudex.

V. talis Iudex.

Contractо de missione qualis recipiatur in vim cedulæ condemnatoriæ, vt ex his, alijs actitadis, & actitandis oriatur condemnatio.

Receptà Pan. apud acta M. R. C. die, &c. in vim cedulæ condemnatoriæ, vt ex his, & alijs actitatis, & actitandis oriatur condemnatio, & de missione qualis tradditur tali constat per t. porterium.

Nota 149. par. 1.

Item nota quòd recepta cedula condemnatoria ad instantiam ipsius creditoris, tamen in M. C. quam in C. Præturæ debent fieri, & præsentari memoriale, & capitula pro purificationem dictæ cedulæ, & dictus terminus in cedula contentus dierum quindecim numquam currit, nisi a die præsentationis memorialis, seu libelli, vt supradictum fuit, qui libellus solet fieri sub forma sequenti videtur.

Forma libelli in causa instantiæ.

Memoriale quod dat, offert, & præsentat in M. R. C. Meuius actor ex vna parte, contrà, & aduersus Titium contrariam parte ex altera, in causa instantiæ, inter eos vertentes in qua, &c.

Subscat

In primis, &c.

Item ponit quòd præsens causa instantiæ fuit, & est petitionis cedulam cōdemnatoriam receptam in M. R. C. die, &c. purificari debere, qua purificata dictum Titium condemnari debere addandus, tradendus, & assignandus ipsi Meuio creditori vnc. decem, prout in dicta cedula condemnatoria, vt infrà melius dici colegi, elici, & censeri potuit, & potest, & die suam, &c.

Item ponit quòd dictus Titius fuit, & est debitor ipsius Meuij in vnc. decem, virtute talis contractus celebrati in actis tal. notarij, & quia dictus contractus non est de casibus expressatis in Ritu, virtute cuius potuisset fieri executio, vel quia est elapsum decēnium a die quo potuit agere, aut per ipsam M. R. C. fuit, & est lata quædam sententiam in fauorem ipsius actoris, contrà dictum reum conuentum, seu apparet debitor virtute suæ confessionis qualificatæ, & ex forma Ritus non potest procedi via executina, quo casu seruatis seruandis fuit causata cedula condemnatoria in M. R. C. die, &c. prout ex his supradictis scripturis, & cedula appositionem, & iuris est, & die sua, &c.

Quorum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Item ponit non se tamen abstringens, &c. qualiter lo ditto Titio più, e più volti hà stato requesto per lo ditto Meuio a pagarci li ditti vnc. deci niente di manco haue recusato, & fin ad hora recusa, & non ha voluto satisfare, ne pagare lo ditto, debito, licet hauere confessato innanti più personi essiri verò debitori del ditto Meuio in vnc. deci, tamen non li haue mai pagato cōtrarium dicenti, incumbit onus probandi, & nihilominus dicāt testes quid sicunt, aut sentiunt de præmissis ad intentionem producentis, & -------- quatenus.

Itē ponit non se tamen abstrugens, &c. qualiter lo ditto Titio fu cōdemnato per la Regiā gran Corte come heredi di Sēpronio verò debitore di ipso Meuio actori in vnc. deci come appari per dicta sententia lata die, &c. tamen nō ha voluto (licet essere stato requesto) adimpliri la forma, & tenori di la sententia preditta contrà dicenti incumbit onus probandi, & nihilominus dicant testes quid sicunt de prēmissis ad intentionem producentis, & ---- quaten.

Item ponit quòd rationibus superius allegatis, & alijs rationibus apparentibus per publicas scripturas dicta cedula tamquam debitè Rite, & rectè causata venit merito purificanda suumq; debitum effectum sortiēda præfatusq; Titius debitor condemnandus, est alijs rationibus

nibus die sua melius allegandis in voce, & in scriptis, quæ habeantur pro protestatis dictis, & allegatis in termino præfixo in ipsa cedula, & iuris est, & die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Ex quibus omnibus à prima linea vsq; ad vltimam infertur, &c.
Item reuocans omnem errorem, &c.
Item non se abstringens, &c.
Item protestatur sibi omnes scripturas, &c.
Item protestatur sibi omnes expensas, &c.

Quare constito petit dictam cedulam condemnatoriam receptam die, &c. purificari debere, qua purificata ipsum Titium condemnari, condemnatumq; cogi, & compelli debere ad dandum, & tradendus, soluendum, & assignandus ipsi Meuio creditori actori dictas vnc. decem, vna cum omnibus damnis, interesse, & expensis factis, & faciendis legitime taxatis, & taxandis tàm ex processu, quàm extrà, est potest sententiam, super quibus omnibus, & eorum singulis, &c. & ità petit isto, omnem alio meliori modo, &c. officium Iudicis implorando, &c. petens, &c. deducens, &c. saluo iure addendi, &c.

V. talis Aduocatus.

Nota 150. par. 1.

1 ITem nota quod † actor non solum tenetur in eodem termino dierum quindecim præsentari libellum, verum etiam producere instrumentum, siuè sententiam, aut confessionem qualificatam, & producere testes si necesse fuerit pro fundamento sue intentionis atq; etiam reus tenetur, se subiri super dicto libello, & si vult ipse reus quantus in predicto termino; potest præsentare suas exceptiones, & reprobationes, & docere de iure suo, & si non vult infrà dictum terminum dierum quindecim præsentare exceptiones ad hoc potest deuenire in alijs terminis ei dandis, nam in ista causa instantię non solum datur dictus terminus dierum quindecim qui est communis vtriq; parti, & elapso fit publicatio, sed verum etiam dicto reo competit terminus dierum duodecim ad se defendendum, & reprobandum eo modo, & forma prout solet dari in
2 causis summarijs statutarijs, ex quo ista † causa instantiæ la est summaria prout in dicto cap. 44. & differt solummodo ista causa ab alijs causis summarijs statutarijs in primo termino, quia in præsenti causa prædictus terminum est dierum quindecim, & communis datus expresse ex forma præcedentis capituli, vt in cedula prædicta condemnatoria in alijs verò causis summarijs prima faciæ currit dilactio actori ad arbitrium Iudicis dierum octo tantum, vt in cap. 39. & 46. in alijs tamen terminis proceditur e qualiter, & sic in ista causa instantiæ facta publicatione in alio regimine potest dari terminus prædictus reo ad se defendendum, & reprobandum dierum 12. vt in dicto cap. 39. in nomibus si ipse reus vult quod dictus terminus sibi detur diuisus, tunc debet primo loco dari terminus dierum octo ad se defendẽdum, & elapso detur terminus dierum quatuor ad reprobandum, & si actum est in eis fit publicatio ad electionem actoris, nam hodie in Regno stante forma nouæ Pragmaticæ in causis summarijs omnes causæ sunt summariæ, & de plano, in quibusquidem causis summarijs, & de plano non est opus publicatione de necessitate, tamen si actor vult potest facere ipsam publicationem, & si obmitteretur non vitiat processum, & est tex. in cap. cum l. & ibi Abb. in 3. col. in fin. de re iudic. & ità dicunt Bart. & Alex. in l. prolatam, C. de senten. beneuerum quòd actor potius debet deueniri ad publicationem, quam ad obmissionem ipsius publicationis, licet non sit opus in causis summarijs, & de plano, ex quo per iura allegata videtur tractare de publicatione processus, quæ fit de
3 voluntate, & in præsentia partium † secus est in Regno ex forma naturaliter statuti, ex quo publicatio fit super terminus, si actum est in eis, & est de forma ipsius statuti, & in Regia Pragmatica de suis summarijs clare habetur, licet causa sit summaria, & de plano tamen si vna ex partibus petierit quòd in causa detur termini, tunc debent dari omnes termini soliti dari per M. C. iuxta formam Ritus, stilus, & obseruantiæ ipsius M. C. & appellatione terminorum large forsitan veniunt publicationes, & facta publicatio super termino resultat in vtilitatem actoris, & rei stante quod facta publicatione, non potest amplius produci in causa, tamen producens debet inuigilare ad productiones antequam labatur terminus, sed solum modo si est in continua ista continua durat solum modo vsq; ad aliud regimine sequentem.

Item publicatio fit ad effectum, vt partes possint recipere copiam examinis testium ex tunc inantea.

Item ista publicatio fit, vt seruetur ordo iudicij, quia publicatio est de ordine iudicij.

Item

Item per eamdem publicationem datur maius robus attestationibus, vt habetur per Rub. Marant. in suo tract. iud. in 6. par. in verf. 11. actus nu. 1. car. 441.

Quibus rationibus superius allegatis concordant cum nostro statuto, nam in eo cap. 39. legitur si actor infrà terminum suas probationes fecerit cum primum expleuerit, fiat apertura idest fiat publicatio ex quo tantum est dicere fiat apertura, quantum fiat publicatio, & hoc fit, vt reus possit habere copias productorum, & diffusius patet hoc in cap. 46. vbi dicitur, vt infrà. Quo termino elapso, vel ante si ante expleuerit fiat apertura, qua facta: non possit denegari copia productorum reo.

Beneuerum quod si ante apertura idest ante publicationem testes sint visi per Iudicem, tûc habeantur pro publicatis, vt in cap. 48.

Item ista publicatio secundum nostrum statutum fit, vt obseruetur ordo iuris, tum quia ex forma statuti semper debet fieri publicatio si actum est in termino quouis modo agatur, vt in cap. 39. ergò si nil actum est in termino secundum nostrum statutum, tunc nô debet fieri publicatio, & sic videtur data pro forma ista publicatio, & † id quòd dat statutum pro for-
4 ma non debet obmitti alias vitiatur actus, & est ipso iure nullus glos. in l. nullum, § deniq; de re pu. Rom. & Alex. in l. sciendum de verb. oblig. & l. non dubium, C. de legib. l. qui Romæ, §. 1. de verb. oblig. l. constitutionibus ad municipal. C. Pisanis, vbi not. de resti. spoli. C. Iudex 10. distinct. & si in supradictis capitulis
5 videtur † vnum tangere de vno modo, & aliud de alio modo attamen vnum statutum limitatur per aliud, Bart. Alex. Bal. in l. 1. in pen. col. C. ne lice. Et nulli dubium est quod ordo statuti debet obseruari, quia vbi non est ordo reperitur confusio.

Taliter quòd iudicio meo ista publicatio debet fieri de necessitate quando actum est in termino ex quo publicatio in Regno fit super termino rationibus, & iuribus superius allegatis.

Et licet Rub. Maran. in dicto 11. actu par. 6. num. 1. inquit nam elapso termino probatorio siuè sint productæ probationes, siuè non potest altera partium instare, vt fiat publicatio in causa, tamen videtur totum oppositum in nostro statuto iuribus ante dictis, ex eo quia si non est actum in termino, numq; debet fieri publicatio, & quando fit non est opus præsentia partium, sed sufficit aduocatus esse in Curia, quando regitur, qui per procuratorê causæ ordinat quòd fiat publicatio cum eius assistentia, & si reperitur aduocatus aduersarij in Curia, & altera pars potest petere à Iudice quod producat si est in continua, qui Dominus Iudex mandat quod si est in continua producat si, &c. Et sic ista produtio durat vsq; ad aliud regimen, in quo possunt dari alij termini, & non est necesse fieri alia publicatio, & ità sem-
6 per obseruatum fuit in M. C. † & ea quæ obseruatur per M. C. debent in toto Regno obseruari, vt in cap. 109. ipsius statuti, & vt supra dixi in probremio, & hæc sufficiunt.

Nota 151. par. 1.

ITem nota quod elapso termino prædicto dierum 15. de necessitate debet fieri publicatio, ex quo, in eo videtur actu, quoniam reperitur præsentatus libellus, cedula, & instrumentum vel alia acta in Curia, & si reus conuentus vult antequam sit elapsus dictus terminus præsentare suas exceptione hoc facere potest, vel se coartare ad alios termi-
1 nos. † Aduerte tamen, quod in primo termino reprobatorio possunt etiam fieri, tàm defensiones, quàm reprobationes, ac de causa solet dari, vt plurimum terminus ad defendendum, & reprobandum simul, & semel, vt supradictum fuit, beneuerum si vna pars reprobat altera non potest procedere ad reprobationem reprobationum, ne lites in mortales fiant, prout infrà melius declarabitur in suo loco, beneuerum quòd altera pars potest præsentare approbationes testium, de qua materia inferius est declaranda, intantum quod sufficit dicere, quod si reus vult præsentare exceptiones suas, ad hoc potest deueniri narrando tamen factum, vt narrare etiam tenetur actor, tàm in cedula, quàm in libello, secundum qualitatem causæ, quæ exceptiones possunt fieri modo, vt infrà.

Forma exceptionum causa instantiæ.

Subeat. *Exceptiones, defensiones, & iura, quæ, & quas dat, offert, & præsentat in Mag. Reg. Cur. Titius conuentus ex vna parte, contra, & aduersus Meuium actorem parte ex altera, in causa instantiæ inter eos vertente in qua nulliter proceditur ex parte actoris, &c.*

In primis, &c.

ITem ponit quod præsens causa instantiæ fuit, & est prout infrà melius dici colligi, & censeri potuit, & potest, & die sua, &c.

Item ponit quod licet indebitè, & minus iustè,

iuftè, & contra iuris formam, ipſe actor ſe direxit per viam cedulæ condemnatoriæ contra ipſum Titium conuentum, ad dandum, tradendum, & aſsignandum aſſertas vnc. decem, ipſi actori, nihilominus venit retractanda, & penitus annullanda, vna cum omnibus indè fortè ſecutis, ipſeq; conuentus liberandus à dicta indebita, & inepta petitione actoris, & dictus actor venit cōdemnandus in omnibus expenſis factis, & faciendis, vt per acta apparet rationibus iuribus, & cauſis infraſcriptis, & melius ſua die dicendis, &c.

Quarum tenorem ſibi proteſtatur ſi, & quatenus, &c.

Et primò, & ante omnia, proteſtatur ſibi de nullitate, & ineptitudine dictæ aſſertæ cedulæ condemnatoriæ, inepto modo agendi, & procedendi de incompetentia Iudicis, iudicij, Magiſtratus, iuris, & actionis, quod tua nō intereſt, nec tibi competit actio, & de omni, & quacumq; alia exceptione, defenſione, eidem conuento quomodocumq; & qualitercumq; competenti, & competitura, & cū hac præuia proteſtatione fuit, & eſt deuentum ad infraſcripta, quę proteſtatio ſemper, & in omni ſingulo verbo, & quibuſcumq; capitulis iuris, & facti intelligantur, & ſint poſita, repetita, & recenſita, & non aliter, nec alio modo.

Item ponit non recedendo tamen à præmiſsis, nec pręmiſſorū quolibet niſi ſi, & quatenus de iure tenetur, & non aliter, &c.

Item ponit, quod clarum eſt videre quod dictus actor ineptè, & indebitè agit, intantum quod ipſe conuentus abſolui, & liberari debet, & dicta aſſerta cedula condemnatoria retractari, cancellari, & annullari, ipſumq; actorem ad expenſas omnes factas, & faciendas, ac paſſas, & patiendas condemnari debere, tum, quia non fuerunt, nec ſunt legitime verificata, extrema, nec intentio actoris, ſeu fundamentum ipſius cauſæ nō videtur iuridicè fundatū, tum etiam agit pro debito ſoluto, prout per ſcripturas publicas apparet, & infrà melius declarabitur, & iuris eſt, & die ſua, &c.

Quarum tenorem ſibi proteſtatur ſi, & quatenus, &c.

Item ponit, &c. Qualiter lo ditto Meuio haue pagato integramenti tutti li vnzi deci, liquali douia dare à ditto Titio in vertù di tali contractu, ò in vertù di tali ſententia, ò verò li quali confeſſao qualificato in iudicio, & diſsi hauerci pagato perche cuſsi era la verità, & nihilominus dicant teſtes quicquid ſciunt aut ſentiunt de præmiſsis ad intentionem producentis, & .... quiratur.

Item non obſtat, qualiter in dicto aſſerto libello, dicitur ſic, & ſic, &c. Et indè debent colligi verba libelli, & poni in capitulo indeq; reſpondere, & allegare iura actoris, dicendo, quoniā ad hoc ſub breuitate reſpondetur &c. Et indè ponantur iura rei, & dicere prout melius ꝑ ſcripturas demoſtrabitur, vt die ſua, &c.

Quarum tenorem ſibi proteſtatur ſi, & quatenus, &c.

Item ponit rationibus ſuperius dictis, & allegatis, quam multis alijs rationibus, ſua die dicendis, & allegandis, & apparentibus etiam per publicas ſcripturas, clarū eſt videre ipſum conuentū abſolui, & liberari, debere, & dictus actor condemnari ad expenſas, vt infrà melius declarabitur, dictamq; cedulam condemnatoriam retractari, cancellari, & annullari, vt iuris eſt, & die ſua, &c.

Quarum tenorem ſibi proteſtatur ſi, & quatenus, &c.

Ex quibus omnibus infertur, &c.
Item reuocans omnem errorem, &c.
Item non ſe abſtringens, &c.
Item proteſtatur ſibi omnes ſcripturas, &c.
Item proteſtatur ſibi omnes expenſas, &c.

Quare conſtito, &c. Petit ipſe conuentus, abſolui, & liberari debere] ab inepta, & indebita petitione dicti actoris, dictamq; cedulam condemnatoriam retractari, cancellari, & annullari, debere ipſumq; actorem ad expenſas omnes condemnari debere legitimè verificatas, & verificandas, taxatas, & taxandas, tam ex proceſſu, quàm extrà, etiam poſt ſententiam, ſuper quibus omnibus, &c. Et ità petit iſto, & omni alio meliori modo, &c. Officium Iudicis, &c. Petens, &c. Implorans, &c. Deducens, &c. Saluo iure addendi, &c.

V. N. Aduocatus

Nota 152. par. 1.

ITEM nota quod nullo pacto nulloq; iure actor ſtantibus iuribus deſuper allegatis non debet manere in iudicio ſinè publicatione ex quo ſemper debet fieri elapſis terminis in cauſa, ſi in eis actum extiterit,

1 terit, & obseruare ea, quæ † dicta sunt, tam ex forma Regiæ Pragmaticæ de causis summarijs, quam ea, quæ dicta sunt ex forma istius statuti, maximè quod semper debet manere in viridi obseruantia prout iam dictum fuit in supradicta nota intantum quod, elapso dicto termino dierum 15. præfixo in dicta cedula condemnatoria, numerando à die præsentationis ipsius libelli, fieri debet publicatio, & ista prima publicatio dicitur facta in causa, in alijs verò fiunt super terminis forte dandis in ipsa causa quando actum est in eis.

2 Aduerte tamen † tu aduocatè, quod antequam deueniatur ad præsentationem ipsius libelli, debes incusare contumaciam in ipsa causa instantiæ, indeq; elapso termino prædicto dierum quindecim, tunc fit publicatio forma quarum contumaciæ, & publicati sunt, vt infrà.

Forma contumaciæ in causa instantiæ.

Contumacia Titij de T. c. formiter ad instantiam Meuij de T. ad prosequendum causam instantiæ summariè, & de plano inter eos vertentē, virtute cedulæ condemnatoriæ receptæ aput acta Curiæ die, &c. Et super præmissis capitula, & protestata præsentandum, subeundum, testes producendum, terminos dandum, & recipiendum literas de audientia testium emanandum, publicandum, collationem processus, sententiam audiendum, & ad omnes, & singulos actus necessarios faciēdum, & de citatione constat per T. Por.

Forma publicati in causa instantiæ elapso primo termino.

Facta est publicatio in causa instantiæ summariè, & de plano vertente inter Meuium actorem ex vna parte, & Titium de T. conuentum parte ex altera, & de citatione constat per contumaciam incusatam pænes acta.

Nota 153. par. 1.

1 ITEM nota, quod in ista † causa instantiæ in M. R. C. prout praticatur, solet dari terminus ad reprobandum dierum quatuor, facta publicatione in secundo regimine, vel in alio, parti cōtra quam fuit aliquid actum, & probatū, aut productum ad eius instātiam; siuè vtriq; si ambo in dicto termino egerunt, & aliquid fecerunt, siuè alteri tātum, prout partes eligerint; qui termini dantur primo loco, dicto reo cōuento, & indè actori, & si conuētus non præsentauerit protestata, vel per eum non fuerunt producti testes, tunc terminus prædictus reprobatorius detur solummodo dicto reo conuento, ad reprobandum producta, & protestata per actorem facta, tamen

2 † in Curiæ Præturæ Fel. Vrb. Panor. elapso dicto termino dierū 15. in cedula præfixo, à die præsentationis libelli, vt supra solet dari terminus ad defendendum, & reprobādum dierum 12. ex quo ista causa instantiæ est summaria ex forma Ritus, & in summarijs causis elapsa dilatione dierum octo fit publicatio, & in alio regimine, solet dari terminus dierum 12. ad defendendum, & reprobandum, vt in cap. 39. ipsius statuti, & ità debet obseruari in alijs Curijs inferioribus, & si ità obseruatum non fuit in M. C. parui refert ex quo est de præheminentia ipsius M. C. de quibus deo duce in fine operis tractandum sit in calce examinis procuratorum M. R. C. taliter quod forma ipsius termini est, vt infrà.

Forma termini quando actum est per ambas partes.

Datus est terminus dierum quatuor ad reprobandum vtriq; parti, in causa instantiæ summariè, & de plano inter Meuium actorem ex vna, & Titium conuentum parte ex altera, vel sic alteri parti tantum.

Alia forma termini ad reprobandum.

Terminus ad reprobandum producta, & protestata dierum quatuor, Titio conuento in causa instantiæ summariè, & de plano quam habet cum Meuio actore, &c.

Forma publicati quando actuum est in termino.

Facta est publicatio super termino reprobatorio indulto, tam Meuio actori, quam Titio conuento in causa instantiæ summariè, & de plano inter eos vertente.

Alia forma publicati contra conuentum.

Facta est publicatio super termino reprobatorio indulto Titio conuento, in causa instantiæ summariè, & de plano quam habet cum Meuio actore, citato prædicto Titio constat per contumaciam.

Forma termini ad defendendum, & reprobandum in Curijs inferioribus.

Terminus dierum 12. ad defendendum, & reprobandum Titio conuento, in causa

sa

sa instantiæ summariè, & de plano quam habet cum Meuio actore, citato dicto Titio constat per contumaciam.

Nota 154. par. 1.

ITEM nota q, & elapso dicto termino ad defendendum, & reprobandum dādo in Curijs inferioribus, si actum est in eo, fit publicatio alias non est opus. Aduerte tamen quòd si reus vult diuidere terminos, prædictos, tunc potest diuidi, & primo loco debet dari terminus ad defēdēdū dierū octo, & elapso si actū est in eo fieri debet publicatio, & indè in alio regimine dari terminus ad reprobādū quo elapso similiter si in eo, actum est, fiat publicatio, & in alio regimine, si pars est persona restituibilis, vel ambe, tunc dictis personis restituibilibus licet in eis concurrant personæ non restituibiles, tunc dentur termini ex causa primæ, & ex causæ secundæ, dierum sex, singulo termino beneuerum, quod si actor vult abbreuiare terminos prædictos hoc fieri potest, & licet sit dierum sex potest sibi capere terminum diei vnius, vel duorum, ex causa primæ, & secundæ, reo tamen debet dari dierum sex, alias talis dactio esset nulla, vt in cap. 39. & 76. habetur, ex quo sunt de forma statuti, à qua non debet recedi communibus allegatis in prohemio, & ista sufficiunt.

Forma termini ex causa prima.

TErminus dierum sex, ex causa primę, Titio, & Lucretiæ relictę condam Sempronij, eius matri, in causa instantiæ summariè, & de plano quam habent cum Meuio actore, & de citatione constat per contumaciam.

Forma termini ex causa secunda.

TErminus dierum sex, ex causa secundæ, Lucretiæ, & Titio de T. cōuentis in causa instantiæ summariè, & de plano quam habent cum Meuio actore, & de citatione constat per contumaciam.

Nota 155. par. 1.

ITem nota quod indeq; si in eisdem terminis actum est, tunc super eis debet fieri publicatio modo supradicto, mutatis mutandis dicere solummodo super termino ex causa primæ, vel super termino ex causa secundæ, alias non est opus, & quando actor reperitur etiam priuilegiatus, tunc potest sibi capere dictum terminum per illā quantitatem dierū prout sibi placuerit, & si reperiūtur de nouo testes, vel acta possunt etiam dictæ partes sibi capere terminū extraordinariū ex causa, qui sunt dierum duorum, vel trium ad summum, quo casu aduocatus debet venire paratus cum capitulis, & protestatis alias non debent concedi, vt infrà melius declarabitur, & si actū est in eis indè melius declarabitur, & si actum est in eis indè fit publicatio, prout dictū fuit forma cuius termini talis est.

Forma termini restitutorij extraordinarij.

REstitutus est Titius ad dies duos in causa instantiæ summariè, & de plano quam habet cum Meuio actore citato dicto actore constat per T. Port.

Et indè si vult aliam restitutionem potest sibi capere modo prædicto.

Nota 156. par. 1.

ITEM aduertendum est qualiter istæ restitutiones possunt capi, tam antè, quam post conclusionem siuè collactionem processus, beneuerum si capitur post cō-
1 clusionem aut collactionē, tunc † debet altera pars citari antè verò conclusionē si istę restitutiones fuerunt petitę per actorē non est opus citatione partis, ex quo in contumacia reus reperitur citatus ad terminos dandum, & recipiendum.

Et si in istis restitutionibus actum extiterit, est necesse q fiat publicatio super terminis prædictis, & si actum non est, & causa fuerit cōclusa. Iterum, & de nouo debet concludi, & est addere cautela cauthęle, licet aliquid dicant quod conclusio in causa non est de substantia processus, quando fit de consuetudine, attamen in Regno est totum oppositum nam cōclusio fit ex forma statuti, vbi inquit expręsse q etiam in istis causis sūmmarijs statutarijs debet fieri cōclusio, & sic cauthela de iure nō videtur nocere eo maxime q conclusio in causa dici potest de substantia processus, quia de iure cōmuni deberet fieri cōclusio, per q̄ conclusionē imponitur finis productionibus actorum, adeò q ea facta, nihil aliud produci potest in causa, qua conclusione facta, & inde collactione pro-
2 cessus nō expectatur visio processu per Iudices nisi sola sententia † Et hoc istæ terminus conclusionis significat scilicet renuntiatio omnib' probationibus, & defensionibus producendis, & est glo. in cap. cum dilectus de fide instru.

Sed in causa facta conclusione, vt suprà potest deueniri ad allegationes per aduocatos fiendas secundum Bal. in authe. iubemus. C.

de iudic.

3 Potest † enim petere restitutionem integrũ post conclusionem per personas priuilegiatas, idest per uniuersitatem, minores, mulieres, ecclesias, & similes quoniam statim facta conclusione inducitur læsio contra dictas priuilegiatas personas, undè restitui debent, ut dicunt Doct. in cap. auditis, de in integrum restit. & Andr. de Iser. in constitu. obscuritatem.

Aduerte † nihilominus licet in causis summarijs detur restitutiones, extraordinariæ tamen si Iudici uidebitur ex iusta, & rationabili causa, & aduocatus uenerit paratus cum capitulis, & protestatis, tunc concedatur restitutio extraordinaria aliter non debet concedi.

Quæquidem cõcessio stante aperta puncta, & si ueniret aduocatus pro ista restitutione post aperta puncta, non conceditur ista restitutio, nisi personis restituibilibus tantum, ut melius patet in cap. 77. istius statuti, & si causa reperitur uotata eo casu non debet concedi restitutio extraordinaria dictis personis restituibilibus, ut habetur in cap. Regni 67. fo 412. recolendę memorię sacrę maiestatis Regis Caroli.

Et quia aliquando succedit quod instantia est incepta, & inde superuenit mors aliquibus

5 ex partibus litigantibus, quo casu queritur † an lis incepta in uita defuncti possit prosequi contra hæredes, dic quod sic quia instantia biennalis in ciuilibus stante pragmatica prædicta durat usq; ad finem biennij, & continuatur ista instantia in hæredem cepta cum defuncto, ut est tex. in l. hæres absens, & l. si petitor. & l. si is, qui rome. ff. de iudic. nam instantia inchoata cum defuncto transit in hæredem vniuersalem, quia fingitur eadem persona cum defuncto, ut in authe. de iur. iurand. à monente præstito cum similibus, & hoc tenent Innocen. & Anton. & Doct. in cap. quia 5. de iudic. & probatur in dicta l. si petitor. & l. si is, qui Rome. & in l. si hęres absens. ff. de iudicijs.

Pro quo casu in Regno obseruatur, & maximè in M.R.C. quod mortuo uno ex litigantibus, fit cedula transfusionis Iudicij, quæ facta agitur ad instantiam siue contra hęredes quequidem cedula fieri solet modo infrascripto.

Forma cedulæ transfusionis Iudicij.

APud Fæl. Vrb. Pan. & in M.R.C. ibidem degente comparuit Meuius, & sua exceptione narrauit dicens, cum sic dictus exponens diebus præteritis tentauerit quęstionem contra Titium super petitionẽ vnc. decem vigore publici contractus celebrati manu talis notarij, & quia dictus contractus non erat de casibus, seu erat de casibus, tamen reperitur elapsum decennium a die quo potuit agere pro, qua causa necesse fuit se dirigere contra ipsum Titium, prout se direxit, & causa, seu quęstio reperitur incepta in ipsa M. R. C. per viam cedulæ condemnatorię in qua quęstione fuit processum ad nonnullos iuris terminos, & pendente dicta lite, dictus Titius mortuus, & defunctus fuerit succedentibus ab intestato talibus eorum filijs seu condito prius per eum eius testamento, in quo eius hæredes instituit Gaium, & Danielẽ prout latius in dicto testamento clarum est videre celebrato in actis talis notarij die, &c. Et quia dictus exponens actor intendit dictam litem prosequi, & finiri cum dictis hæredibus cum quibus uidetur de iure continuare, & ea finita debite executioni mandare, quo casu est opus, ut rite, & rectè procedatur iudicium prædictum trãsfundi in dictos hæredes dicti condam Titij, ideo exponens ipse adhiuit M. R. C. & ab ea petijt, & petit sibi super præmissis omnibus de opportuno, & infrascripto iuris remedio sibi prouideri debere, & dictum iudicium trasfundi in dictos hæredes quę M. R. C. ipsa annuens petitionis prædictæ tamquam iustę, & iuri consonæ, &c. quia iusta petens, &c. tenore præsentis cedulę dictum iudicium in dictos hæredes dicti condam Titij transfusit, & transfundit, ac transtulit, & transfert, ita quod ipse exponens possit, & libere ualeat se dirigere, & agere, ac prosequi dictam causam contra eos usq; ad debitum finẽ cum suis dependentibus emergentibus, & connexijs, usquę ad sententiam diffinitiuam legitime transactam in rem iudicatam, & effectiuam executionẽ ipsius, & omnia acta facta, & facienda intelligantur, & sint ualida tamquam si fuissent facta cum dicto cõdam Titio, quę omnia, & singula acta M. R. C. ipsa ex nũc pro tunc, & e cõtra ualida, & firma declarauit, & declarat super quibus omnibus, & singulis eadem M. R. C. plene constitit atq; constat quamquidem cedulam transfusionis iudicij omniaq;, & singula in ea contenta ad effectum prout in ea M. R. C ipsa acceptauit, & acceptat laudauit, & laudat approbauit, & approbat, ac confirmauit, & confirmat, interponẽdo super his omnibus, & singulis suam iuditiariam authoritatem, pariter, & decretum.

In cuius rei causa, &c.

V. talis Iudex.

Constito de missione consimilis recipiatur in vim cedulæ transfusionis iudicij quatenus, &c.

Recepta

REcepta Pan. apud acta M. R. C. die, &c. In vim cedulæ transfusionis iuditij quatenus, & de missione consimilis traditur talibus constant per talem porterium.

Nota 157. par. 1.

1 ITEM nota quod † si in vita actoris aut rei non fuerit conclusa causa, & facta collatione visisq; scripturis, & lata sententia in vita ipsarum partium, tunc si euenit casus mortis aliquarum ipsarum partium, non potest deuenire ad sententiam,
2 nam † sententia lata contrà mortuum est nulla ipso iure tex. est in l. in summa §. fin. & ibi per Doct ff de re iud & l. pen. ff. quę sent. sine appella. rescin. nisi prius facta dicta cędula trasfusionis iudicij, qua facta debet prosequi ipsam causam vsq; quo fuerit visus processus ad minus per duos ex Dominis iudicibus. & inde deuenitur ad ipsam sententiam contra hæredes, & si seruatis seruandis nō sucedit casus mortis, vt suprà tunc sententia debet præferri ad instantiam, & contrà ipsarum partium forma quarum sententiarum sunt, vt infrà.

Forma sententiæ in causa instantiæ.

In nomine domini, &c.

PRouidendus est processus in causa instantiæ summariè, & de plano vertens in M. R. C. inter Meuium actorem ex vna parte, & Titium conuentum ex altera parte, petitionis ex parte prædicti actoris cedulā condemnatoriam receptā apud acta ipsius M. R. C. die, &c. Purificari debere qua purificata ipsum Titium conuentū condemnari, idem natumq; cogi, & compelli debere ad dandum, traddendum, soluendum, & assignandum dicto actori dictas vnc. decem in cedula, contestas, & declaratas vnà cum damnis interesse, & expensis, factis, & faciendis taxatis, & taxandis, tàm ex processu, quàm extrà etiam post sententiam, rationibus, iuribus, & causis in processu adductis, & declaratis, & ex parte ipsius conuenti à supradicta inepta, & indebita petitione actoris, absolui, & liberari debere ipsumque actorem ad expensas omnes condemnari debere, & cedulam prædictam vna cum omnibus indè fortè secutis retractari, cancellari, & annullari debere omni meliori modo, &c.

IESVS.

PRouisum est per dictam M. R. C. dictam cedulam condemnatoriam purificari debere, qua purificata ipsum Titium condemnari, & compelli, prout eum nos condemnamus condemnatumq; cogi ad dandum traddendum soluendum, & assignandū dicto actori prædictas vnc. decem in ipsa cedula cōdemnatoria contras cum expensis omnibus taxatis, & taxandis etiam post sententiam salua nobis taxatione expensarum.

Hanc nostram, &c.

Lecta, lata, & pronuntiata in iudicio fuit, & est præsens sententia die, &c.

Vel si veniret contra actorem, tunc potest dici in prouisione prout infrà.

Prouisum est per dictā M. R. C. vel per nos Iudices ipsius M. R. C. aut per ipsam M. C. dictum Titium conuentum absolui, & liberari debere à dicta inepta, & indebita petitione actoris ipsumq; actorem condemnari ad omnes expensas taxatas, & taxandas, seu verificatas, & verificandas etiam post sententiam, prout eum nos absoluimus, & liberamus, dictamq; cedulam condemnatoriam retractari, cancellari, & annullari debere salua nobis taxatione expensarum.

Lecta, lata, & pronuntiata in pleno iudicio fuit, & est supradicta sententia per Sp. Dominos Iudices M. R. C. die, &c.

Alia forma sententiæ contra hæredes.

In nomine domini Amen.

PRouidenda est quæstio, seu processus in causa instantiæ summariè, & de plano vertens in M. R. C. intra Meuium actorem ex vna, & Danielem, & Gaium tamquam filios, & hęredes condam Titij conuentos partes ex altera stante cedula transfusionis Iudicij recepta apud acta ipsius M. C. ob mortem dicti condam Titij eorum patris die, &c. Petitione ex parte ipsius actoris cedulam condemnatoriam receptam die, &c. Purificari debere, qua purificata ipsos conuentos hæreditario nomine prædicto condemnari, & condemnatos cogi, & compelli, debere ad dandum traddendum, soluendum, & assignandum dicto actori dictas vnc. decem in cedula contētas super bonis hęreditarijs prædictis, vna cum expensis omnibus factis, & faciendis, taxatis, seu verificatis, & verificandis, tam ex processum, quàm extrà, etiam post sententiam omni meliori modo, & ex parte dictorum hæredum conuentorum à dicta inepta, & indebita petitione actoris absoluantur, & liberentur, & dicta asserte cedula condemnatoria retractetur, ac cogatur, & condemnetur dictus actor ad omnes expensas factas, & faciendas verificatas, & verificandas, siuè taxatas, & taxandas, etiam post sententiam rationibus iuribus, & causis in processu adductis, declaratis.

IESVS.

PRouisum est per nos Iudices, &c. Vel per M. R. C. dictam cedulam condemnatoriam purificari debere qua purificata dicti hæredes dicti condam Titij super bonis hæredis ipsius condam cogantur, & condemnentur prout nos eos condemnamus quod habeant soluere traddere, & assignare dicto actori dictas vnc. decem in dicta cedula declaratas vna cum expensis omnibus legitimè liquidatis, & liquidãdis, tàm ex processu, quàm extrà etiam post sententiam.

Hanc nostram, &c.

Lata, lecta, & pronuntiata in pleno iudicio fuit, & est præsens sententia die, &c. Per M.C.

Nota 158. par. 1.

ITem nota quod si agitur virtute dictæ cedulæ qualificatæ pro debito minimo ab vnc. duabus infrà
1 † si litigatores sunt quasi pauperes, vel ab vnc. 5. infrà si sunt diuites ex quo tunc agitur de parua summa, non est opus fieri cedula condemnatoria, sed loco cedulæ potest fieri iniuntio modo prout infrà sequitur.

Die, &c.

EX prouisione, & mandato talis Iudicis talis Curiæ iniuntum pariter, & mandatum fuit, & est in vim præsentis iniuntionis, & mandati ad petitionem, & instantiam Meuij actoris, Titio de tali quatenus infrà terminum dierum quindecim, tàm pro primo, quàm pro secundo, & vltimo peremptorio, det, soluet, & assignet, dicto Meuio vnc. vnam sibi mutuatam per ipsum Meuium pro quo debito nisi infrà eumdem terminum probauerit suas legitimas exceptiones, & defensiones: quæquidem iniuntio causata est virtute confessionis qualificatæ in iudicio factæ die, &c. Per dictum Meuium, & de tradditione consimilis traddatur in manibus dicti Titij constat per T. Port.

Nota 159. par. 1.

ITem nota quòd ex supradictis clarum est videre quod sufficienter fuit visum, & tractatum de modo procedendi in causa instantiæ hoc est per viam cedulæ con-
1 demnatoriæ, remanet solummodo videre † an transacta sententia lata in ista causa in rem iudicatam si potest, & debet exequi in bonis euicti pro mensura debiti vna cum expensis prout reperitur cõdemnatus iuxtà æstimationem bonorum secundum ordinem tradditum per legem à Diuo Pio §. in vendi. ff. de re iud. & in §. si super rebus, & facta discussione per modum, vt in dicta lege an possit procedi ad capturam personæ.

Vel si debent procedi in bonis debitoris
2 † cum pingueualente eo modo, & forma prout supradictum fuit in executiuis causis.

Siuè debent distrahi bona euicti, & indè bona ipsa vendi ad discursum.

Seu si fuerit pręstita fideiussio in quindena, & ea elapsa creditor infrà annos decem non curauit sibi solui facere, si sibi est præscripta actio, & via vlterius aggendi ità vel ne?

In quibus quatuor capitibus respondetur, aut proceditur virtute istius sententiæ latæ in causa instantiæ quæ fuit fundata virtute instrumenti quòd non est de casibus contentis in cap. 19. incipiente. Item prædicta locum habere volumus, &c. Aut proceditur virtute rei iudicatæ, vel confessionis qualificatæ, & tunc in istis tribus capitibus, vbi cedula fuit fundata super eis, & indè lata sententia debet procedi ad distractione bonorum obseruato dicto ordine à lege à Diuo Pio §. in vendi. & si fuerit processu ad distractionem bonorum pro iusto prętio prout bona ipsa æstimata fuerint facta prius discussione super bonis mobilibus, & indè super nominibus debitorum, & vltimo loco super stabilibus, seu super illis bonis magis damnosis debitoris, & si peruerteretur ordo iam dictus, tunc talis adiudicatio esset nulla, nam ipsa sententia videtur fundata super instrumenta quæ non sunt de casibus, vel super sententia, vel confessione qualificata quo casu nec minus creditor si agebat antè elapsum annum ipsius sententiæ poterat se dirigere, vt in dicta l. à Diuo Pio, & non se dirigere ad distractionem bonorum ad discursum neq; cum pingueualente ex quo non erant de casibus dicta instrumenta nec minus confessio, licet non sit qualificata videtur esse de casibus. Ergò si non erant de casibus bona debebant distrahi pro iusto pretio æstimãdo per expertos prout communiter valebant, & non autem potest deueniri ad venditionem bonorum ad discursum.

3 Rursus † vel procederetur virtute sententię late in causa instantię quæ fuit fundata virtute cedulæ condẽnatoriæ vigore instrumentorum quæ erant de casibus, & tamen transactum decennium, & tunc potest procedi ad distractionem bonorum cum pingueualente, prout in capitulis supradictis 17. & 18.

Et quando ageretur virtute instrumenti cũ pacto de non opponendo, & bona ad discursum

ſum vendendo, & tamen ſi reperitur elapſum decennium tunc actum prædictum ſiuè inſtrumentum reperitur præſcriptum, & per iſtud noſtrum ſtatutum videtur concedere ſolummodo, modum procedendi per viam cedulæ condemnatoriæ taliter quod in eis debet procedi prout in alijs inſtrumentis declaratis in dicto capit. 19. Item prædicta locum habere volumus, &c.
4 † Et ſic datur ſolummodo pingueualens dicto inſtrumento cum iuramento vallato, & pacto de vendendo ad diſcurſum quoniam tantum durabat illa actio de vendendo bona ad diſcurſum quatenus durabat inſtantia decennalis in inſtrumento, & poſtquam eſt tranſactum decennium, tunc proceditur per viam cedulæ condemnatoriæ, & ei datur ſolummodo pingueualens indiſtractione bonorum quo verò ad fideiuſſionem ſi forte pro huiuſmodi cauſa reperitur præſtita virtute ſententiæ poteſt agi non ſolum infrà decennium à die præſtitæ fideiuſſionis, ſed etiam indè infrà annos triginta quia agitur de actu facto pænes acta Curiæ quiquidem actus factus apud acta Curiæ habet executionem paratam, attamen virtute ipſius non datur pingueualens beneuerum ſi pro executione ipſius actus, vel inſtrumentorum ſiuè ſententiæ fuerit præſtita fideiuſſio bancalis quo caſu virtute dictæ fideiuſſionis bancalis bona poſſunt vendi ad diſcurſum, vt ſupradixi, attamen non habet locum in actu facto pænes acta Curiæ, licet habeat obligationem paratam de iure Afflict. deciſ. 30. nu. 11. Ritus eſt exorbitans, & ſtricti iuris, & loquitur in contractibus igitur loquens de præſcriptione non habet locum in fideiuſſione præſtita apud acta Curiæ, vt ſupra, & ſic habetur quod acta facta pęnes acta Curiæ habent executionem paratam, vt ſupra, & quando procederetur virtute talis actus bona ſimiliter debent vendi pro iuſto pretio prout communiter vendi poteſt, & ſi liberetur pro maiori pretio alienatio eſt ipſo iure nulla quoniã plus debito, rationibus iam ſuperius declaratis, & ſi forte procederetur, tam pro executione ſententiæ, quam inſtrumentorum ad alienationem bonorum, tunc ſi pro iuſto pretio terminus ad reddimendum erit mẽſium duorum inſtabilibus, & immobilibus dierũ octo, ſi verò liberatio, & alienatio fuerit facta ad diſcurſum virtute fideiuſſionis bancalis, vt in capit. 29. Ritus quo caſu procedi poteſt ad diſcurſum prout ſolet procedi virtute inſtrumenti quando pactum eſt expreſſum quod bona vendantur ad diſcurſum, ſed quando agitur virtute inſtrumenti guarentigiati, & eſt tranſactum decennium, tunc aut bona ſunt data ad pingueualens, tunc dictus terminus reddimendi eſt menſium quatuor inſtabilibus, & immobilibus dierum quindecim prout in ſupradicto capit. 17. iſtius ſtatuti qui terminus currere incipit à die actus poſſeſſionis, vt habetur in deciſ. Guid. Pap. 22. nume. 2. Intantum quod breuiter tractatum fuit de modo procedendi per viam cedulæ in quo fuit impoſitus finis pręſentis notæ. Laus Deo omnipotenti Opti. & Max. eiuſque intemeratæ Virgini Mariæ, & Beatæ Sanctæ Catherinæ Virgini, & Martiri meè protetrici, & omnibus Sanctis.

FINIS.

DE MODO PROCEDENDI

IN CAVSIS SVMMARIIS, & de plano iuxtam formam Regiæ Pragmaticæ.

Domina labia mea aperies, & lingua mea ænarrabit donum tuum.

Nota 160. par. 1.

ITem nota quod in ſupradictis capitibus actum, & geſtum fuerit aliquantulum de cauſa executiua, & de modo procedendi per viam cedulæ condemnatoriæ, & modo deueniendum eſt ad modum
1 procedendi † ſummariè ex forma præſentis ſtatuti, & quia in Regno reperitur noua Regia Pragmatica de cauſis ſummarijs ergò antequam deueniatur ad dictum modum procedendi in cauſis ſummarijs ſtatutarijs mihi viſum fuit aliquantulum tractare de verò mo-
2 do procedendi † in cauſis ſummarijs, & de plano ſola facti veritate inſpecta iuxtà formã ipſius Pragmaticæ, & locum habet iſte modus procedendi quando pars conſenſit in iudicio, & non petierit terminos ex quo ſi per aliquam ipſarum partium termini petuntur, tunc debent dari illi termini qui dari ſolẽt ſecundum ſtilum, & obſeruantiam M. R. C. iuxtà formam Ritus, & ità diſpoſitum fuit in ipſa Regia Pragmatica quæ ſtet, & ſtare debet in viridi obſeruantia prout in ea iacet forma cuius talis eſt.

PRAG-

PRAGMATICA REGIA de causis summarijs.

PHILIPPVS, &c.

LOCVMTENENS,& Generalis Capitaneus in Regno Siciliç Illust. Spectabilibus Magnificis, & Nobilibus Regni eiusdem Magistro Iustitiario Præsidibus Regiorum Tribunalium Iudicibus M. R. C. Magistris Rationalibus Thesaurario, & Conseruatori Regij Patrimonij, Aduocatis quoq; & Procuratoribus Fiscalibus cęterisq; demum dicti Regni Officialibus, & personis maioribus, & minoribus quocumq; officio, titulo, authoritate, potestate, vel dignitate fungentibus præsentibus, & futuris. Nec non Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus eorumq; Gubernatoribus, Consiliarijs, & fidelibus Regijs dilectis salutem. La Catholica, & Real Maestà del Rè Nostro Signore, per sua real prouisione, & lege perpetuo duratura ordina prouede è comanda del tenor sequente.

Nos Don Philippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, delas dos Sicilias, de Hierusalem, de Hungria, de Dalmacia, de Croacia, de Nauarra, de Granada, de Valencia, de Galizia, de Mallorcas, de Siuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, delos Algarues, de Algegira, de Gibraltar, delas Yslas de Canaria, delas Indias yslas y Tierra firme, del mar Occeano, Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, de Brauante y de Milan, Conde de Barcelona, de Flandes y de Tirol, Señor de Vizcaya y de Molina, Duque de Athenas, y de Neopatria, Conde de Rossellon, y Cerdania, Marques de Oristan, y de Gociano.

Como quiera, que cresciendo la malicia de los hombres, y con la mudanza delas cosas segun la variedad delos tiempos ninguna ley ni decreto delosque ay promulgados sea tan bastante, que no tenga necessidad de correttion, y emienda iusta cosa sera, que en sus occasiones se varien tambien las leyes humanas, y assi como al principe toque en la tierra emendar, y supplir enella lo necessario considerando que enel nuestro Reyno de Sicilia suelen nascer no pequeñas differencias, y pleytos de vn cierto modo que por Rito della Regia gran Corte se tiene de proceder summariè, vel ordinariè en algunas causas, que por esta via se tienen à alargar, y hazer immortales con gran gasto, y daño delas partes, y queriendo proueer ala indemnidad dello. Por tenor delas presentes de nuestra cierta scientia motu proprio deliberadamente, y consulta, y por nuestra Real auctoridad ordenamos stablescemos, y mandamos por esta nuestra ley perpetuamente duradera, que de aqui adelante en todas las causas assi ciuiles, como criminales, ò mixtas aunque sean feudales, ò de sindicado contra qualesquier Officiales assi delos Tribunales de nuestra Regia gran Corte, Patrimonio, y Sacra Conscientia, como otros, qualesquiera Iuezes, y Officiales ordinarios, ò Delegados maiores, ò menores del Reyno, y de qualesquier Ciudades, Tierras, y lugares en lasquales causas segun la forma del Rito, ò statutos delas Ciudades, y Tierras se aya de proceder ordinariè, vel summariè. De aqui adelante assi à instancia de partes como del Fisco se aya de proceder contra qualesquier personas, aunque sea contra pupillos biudas, y otras qualesquier priuilegiadas summàriamẽte, y de plano sin ruido ni fugura de Iuizio, y mirada solamẽte la verdad del hecho con, que proceda tal peticion mediante laqual el Reo se pueda determinar si sequiere allanar ò pleytear, y en las criminales se exprima tambien en la peticion del acusador el lugar, y tiempo conforme alla dispuficion del derecho paraque pueda defenderse el Reo, de manera, que en todas las dichas causas à instancia de qualquier parte, que lo pida se ayan de dar terminos segun la forma del Rito stilo, y obseruancia dela Regia gran Corte, y la natura delas dichas causas si se procediesse ordinariè, vel summariè segun la forma del Rito. Declarando, que por la presente dispuficion no se entiẽda cerca las probancas necessarias derogarse en ninguna cosa ala dispuficion del derecho de las constituciones, y capitulos del Reyno ni tam poco cerca las appellaciones, que se interpusieren contra las sententias interloqutorias, que se truxeren en las dichas causas, de las quales sentencias, ò interlocutorias se pueda appellar ò no segun la natura delas causas, y como de presente se concede por la forma del derecho constituciones Rito, y capitulos del Reyno, y delos statutos delas Ciudades, y Tierras, quedando los dichos Rito, y Pragmaticas, y statutos en su fuerza, y vigor enquanto alos otros modos de proceder mas priuilegiados, en los quales à instancia del actor ò del Fisco se pueda proceder segun la forma dellos, los quales no se entiendan derogados ni inouados ni menos el modo de proceder ex abrupto en los delictos en, que por dispensacion de nuestro Visorrey, ò Lugartiniente se suele proceder aquales quier generos de tormentos,

mentos, ò al dar del termino extraordinario. En testimonio de lo qual mandamos hazer las presentes firmadas de nuestra mano, y selladas con nuestro sello. Dat. en Aranjuez à xxix. de Mayo Año del Señor de milli quinientos, y settenta y seis. YO EL REY. Vidit Don Franciscus Hirs delieuane, Vidit Ramundettus ℞. Dominus Rex mandauit mihi Gayetano de Vargas. Pręsentati Excellentie Illustrissimi domini Locumtenentis, & Capitanei Generalis. Panormi die 18. Augusti 4. Ind. 1576. Et mandat Sua Excellentia quod Spectabilis Cõseruator Regij Patrimonij recognoscat, & referat, Don Petrus pro Prothonotario. Panormi eodem facta recognitione, & relatione pręditta Sua Illustrissima dominatio prouidet, & mandat quod fiant executorie sub visione Sacri Regij Consilij, Monreal Conseruator.

Et volendo noi obedire (si come siamo tenuti) ali mandati Regij per tenor della pręsente vi diciamo ordinamo, & comãdamo espresse che debbiate la pręinserta Regia Prouisione Pragmatica, & lege perpetuo duratura ad vnguem esequire complire, & osseruare, & fare da ciascuno esequire complire, & osseruare de parola à parola giusta la sua forma continentia, & tenore, guardandoui che non si facci à modo alcuno lo contrario, per quanto la gratia Reale tenete cara, & sotto pena di docati mille d'applicarsi al Regio Fisco. Dat. in Vrb. Fæl. Panor. die 28. Augusti 4. Ind. 1576.

DON CARLO D'ARAGONA.

Cifontes de Heredia Præs.
Pietro de Leon.
Io. Battista de Ballis.
D. Galeottus Platamone.
Blasius Magnanus.
Franciscus Richuli.
Io. Iacobus Contarini.
Carolus Fontanetta.
D. Petrus de Ferro F. P.
D. Petrus de gregorius p Proth.
Guglielmus Pugiades Modestus Gambacurta P.
G. Thesaurarius. Ottauio del Bosco Can.
Petrus Augustinus M. R.
Locadellus M. R.
Alfonsus Hoces M. R.
Marianus Iulianus M. R.
D. Marianus Bononius M. R.
Antonius de Balli M. R.
Steuan de Monreal Cõseruator.
Ottauio del Bosco M. P.
Barolus F. P.

Dominus Locumtenens, & Generalis Capitaneus mandauit mihi Don Petro de Gregorio pro Prothonotario, & vidimus eam omnes de Sacro Regio Consilio.

ALIA PRAGMATICA REGIA de causis summarijs exceptis feudalibus, & alijs magis priuiligiatis.

PHILIPPVS, &c.

VICERREX, & Generalis Capitaneus in Regno Siciliç Illustrib. Spect. Magnificis, & Nob Regni eiusdem Magistro Iusticiario Præsidibus Regiorum Tribunalium, & Iudicibus M. R. C. Magistris Rationalibus, Thesaurario, & Conseruatori Regij Patrimonij, Aduocatis quoq; & Procuratoribus Fiscalibus ceterisq; demum dicti Regni Officialibus, & personis maioribus, & minoribus, quocumq; officio, titulo, authoritate, potestate, vel dignitate fungentibus præsentibus, & futuris. Nec non principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus eorumq; Gubernatoribus, Consiliarijs, & fidelibus Regijs dilectis salutem. La Catholica Maestà del Rè Nostro Signore per sua real prouisione, & lege perpetuo duratura, ordina prouede, & comanda del tenor sequente.

Nos Don Philippe por gracia de Dios Rey de Castilla de Leon de Aragon, delas dos Sicilias, de Hierusalem, de Vngria, de Dalmatia, de Croatia, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Vallentia, de Galicia, de Mallorchas, de Syuilla, de Cerdenna, de Lonseca, de Cordoua, de Murciga, de Yaen, delos Algarues, de algegira, de Gibraltar, delas Yslas de Canaria, delas Yslas de Indias, y Tierra firme, del Mar Occeano, Archiduque de Austria, Duque de Borgonia, de Brauante, y de Milan, Conde de Barsilona, Flandes, y Tirol, Señor de Viscaya, y de Molina, Duque, de Athenas, y de Neopatria, Conde de Rossellon, y Cerdaria, Marques de Oristan, y de Goceano. Como quiera, que crexendo la malicia delos hombres, y con la mudanza delas cosas segun la variedad delos tiempos, ninguna ley, ni decreto, delos, que ay promulgados sia tan bastante, que no tenga necessitad de correction, y emmienda. Iusta cosa sera, que en sus occasiones se varien tanbien las leyes humanas, y assi como al Principe toque in la tierra

tos, de vn cierto modo que porrito dela R.G. C. se tiene de proceder summaria, ò ordinariamente en algunas causas, que por esta via se vienen à elargar, y aher immortales con gran gasto, y danno delas partes, y queeriendo proueer alla indennitad dellos, y satisfacer al Reyno, que nos ha supplicado en el Parlamento passado per tenor delas presientes de nuestra certa scientia deliberadamente, y consulta, y por nuestra real authoridad ordinamos, stabiliscemos, y mandamos por esta nuestra ley, y pragmatica sanction perpetuamente duradera, que en todas las causas assi ciuiles, como criminales, ò mixtas, ò de syndicados contra qualesquier Officiales, que se tractaren, tanto en los Tribunales de nuestra R. G. C. Patrimonio, y Sagra Conscientia como en otras qualesquier Luczes, y Officiales, Ordinarios, y Delegados maiores, ò minores del Reyno, y de qualesquier Ciuidades, Tierras, y Lugares en las sobreudhans causas, de à qui adelante assi à instantia de partes, come de Fisco se aya de proceder contra qualesquier personas, aunque sea contra pupillos biduas, y otras qualesquiet priuilegiadas summariamente, y de plano sin ruydo ni figura de iuccazio, y considerada solamente la veridad de hecho, con que proceda la tal petition tanclara mediante laqual, el reo se pueda determinar si se quera allanar, ò pleytar, y en las criminales se exprima tanbien, en la petition del accusador el lugar, y tiempo conforme ala dispoficion del derecho, paraque pueda defenderse el reo de maniera que en todas las dichas causas à instantia de qualquier parte, que lapyda se ayan de dar terminos segun la forma del rito, stilo, y obseruanza dela R.G.C. y la natura delas dichias causas, como si procedesse ordinaria, ò summariamente, segun la forma del rito, declarando, que por la presẽte disposicion no se incluyan las causas fraudales ni tan poco se entienda hauerse innouado cerca la probanzas necessarias en ningũna cosa contra la disposition del derecho ni del rito, ni delas constitutiones, y capitulos del Reyno, ni tan poco cerca las appellationes, que se enterpuceren contra las sententias, y interloquutorias, que se traxeren en las dichas causas, delas quales sententias, y interloquutorias se pueda appellar se no segun la natura delas causas, y como de presente se concede por la forma del derecho, constitutiones, rito, y capitulos del Reyno, y delos statutos delas Ciuidades, y Tierras, que dando los dechos rito, pragmaticas, y statutus, en su fuerza, y vigor, en quanto alos otros modos de proceder mas priuilegiados en los quales à instantia de lo actor, ò de Fisco se pueda proceder segun la forma dellos los quales non se entienda derogados, ni innouados, ni meno el modo de proceder exa brupto en los delictos en que por dispensacion de nuestro Visorey, ò Lugartenẽte se suele proceder à qualesquier generos de tormientos, ò al dar del termino extraordinario, en testimonio delo, qual, mandamos hazer la presientes formadas de nuestra mano, y selladas con nuestro sello. Dat. en Madrid à 24. di Marzo anno del Sennor de mil, y quiniento, y sittienta, y siette. YO EL REY. Vidit Princeps Melix, Vidit Ramondettus ℞ dominus Rex mandauit mihi Gaetano del Vargas presententur Excellen. Domini Viceregis Panor. die 5. Ianuarij 5. Ind. 1577. Et mandat Sua Excellencia quod Spect. Conseruator Regij Patrimonij recognoscat, & referat D. Petrus de Gregorio pro Prothonotario die 19. Iunij 5. Ind. 1577. Facta recognitione, & relatione prædicta per me Sua Excellentia prouidet, & mandat quod fiant executoriæ sub visione Sacri Regij Consilij Hoxes pro Conseruador. Et volendo noi obedire (si come siamo tenuti) alli mandati Regij per tenor della presente, vi dicimo, & ordinamo, & comandamo expresse, che debiate la perinserta Regia Prouisione, Pragmatica, & lege perpetuo duratura ad vnguem exequire complire, & obseruare de parola in parola iuxta la sua forma, continentia, & tenore guardandoui che non si facci à modo alcuno lo cõtrario per quanto la gratia Reale tenete cara, & sotto pena di docati milli d'applicarsi ad Regio Fisco. Datum in Vrb. Fel. Panor. die 1. Iulij 5. Ind. 1577.

MARCANTONIO COLONNA.

Cifontes de Heredia P.
Carolus Funtanetta.
Franciscus Richuli.
Io. Battista de Ballis.
Io. Iacobus Cont'inno.
Blasius Magnanus.
D. Galeotto Platamone.
D. Petrus de Ferro F. P.
D. Petr. de Gregorio prò Proth.
Gulielmus Pugiades Modestus Gambacurta P.
G. Thesaurerius. Ottauius del Bosco C.
Petrus Augustinus.
Lucadellus.
Alfonsus lo Heus M.R. Conser.
Marianus Iulianus M.R.
D. Marianus Bononius M.R.
Antoninus de Ballis M.R.
Ottauius del Bosco M.R.
Antoninus Xibecca F.P.

Domi-

Dominus Vicerex mandauit mihi D. Petro de Gregorio pro Prothonotario, & vidimus omnes de Sacro Regio consilio.

Ex registro Officij Regni Siciliæ Prothonotariatus extracta est præsens copia.

Coll. Sall.

Ioseph Gentilis Coadiutor.

Nota 161. par. 1.

ITEM nota quod in superioribus capitibus fuit tractatum de iudicio executiuo, & indè de iudicio summario statutario per modum cedulæ condemnatoriç modoq; est deueniendum ad istud iudicium summarium, & de plano.

1 Nota † Iuditium summarium est illud quod summarie tractatur sine sollemnitatibus iuris, vt habetur per Bar. in estrauag. ad replimendam in vers. & figura, & Bal. in l. Iudices. C. de iud. & Doct. in clem. sepe verb. figni.

Et antequam deueniatur ad modum procedendi debes scire quid † est causa summaria, 2 & de plano scilicet quomodo hæc clausula intelligatur ad hoc breuiter respondetur quod huiusmodi clausula si forte est posita in literis Regis, vel Viceregis si sunt directæ Iudici ordinario, qui aliter fuit Iudex competens in dicta causa virtute talis clausulæ dicitur delegatus, quia alteratur est processus.

Si autem Princeps scriberet Iudici ordinario quod cognoscat de aliqua causa: in qua aliàs erat competens non apposita dicta clausula: tunc Iudex non efficietur delegatus: sed dicitur Princeps excitare eum ad iurisditionē exercendam. Hanc distintionem ponit Innoc. in cap. licet in corrigendis extrà de offi. ordi. vbi est bonus tex. & ita dicunt Doct. in l. & quia. ff. de iurisd. iud.

3 In quaquidem † causa simpliciter summarie, & de plano uidetur sublatus strepitus partium & aduocatorum: quia non erit necesse dare dilactionem ad habendum aduocatum nec erit necesse in causa audire aduocatos: quia sepius faciunt magnos strepitus cum sermonibus suis allegando.

Quarto si mandatur in causa procedendum de plano poterit perueniri ad examinationem 4 testium: & etiam ad sententiam diffinitiuam † lite non contestata contrà regulas iuris quoniam regulariter testes debent examinari lite contestata tamen in istis causis summarijs de plano intelliguntur sublatę omnes sollemnitates iuris positiui secund. Alex. in cons. 6. col. 2. in princ. in 3. vol. adeo quod solū decidi potest. causam secundum merum ius gentium, secun. Bar. in estrauag. ad reprimēdū in verb. 5 videbitur vnde potest † Iudex in tali causa prouidere manu Regia, vt dicit Ludo. Rom. in cons. 20. col. 2. vol. 1. potest enim Iudex procedere, vt Princeps, & potest sequi solam veritatē obmisso ordine iuris ciuilis secun. Bal. in ca. 1. 6 § inuestitura col. fin. de noua for. fid. & † tamen citatio non potet obmicti, vt dicit Soci. in dicto cons. & multo magis sententia ferri lite contestata, vt dicit Innoc. in cap. olim de accusa. quod notandum intantum quod vbi lex, vel canon. vel statutum disposuit procedendum esse de plano, vt habetur in iuribus canonicis, & ciuilibus tunc cognoscitur de plano.

Alias oportet quod ordinariè procedatur secundum ordinem iuris, vt in l. Iudices. C. de iud. item virtute supràdictę pragmaticę in causis leuibus siuè ciuilibus siuè criminalibus potest procedi de plano, vt in l. leuia ff de accusa. & leuis causa, & in rub. C. de in ius vo. Bar. in l. omnis. ff. de fer.

7 In † istis causis summarijs de plano nō requiritur libellus, & sic est sublata sollemnitas libellorum licet in ista causa summaria non requiratur libellus formalis in scriptis requiritur tamen talis qualis petitio per modum simplicis postę, quę contineat solam facti narrationem claram sine aliqua conclusione ex qua reus possit deliberare, an velit cedere, vel contendere secundum Lanfranc. in clem. sepe in vers. libellus, & Paris in tract. find. in vers. sententia co. 4. & Bar. in l. 2. de sent. exbre. reci.

Item dicta talis qualis petitio, potest esse generalis, & incerta, & admictitur.

Item talis qualis petitio etiam inepte composita admictitur dummodo ex ea non sit tantum oscuritas, & sufficit quod possit discerni quid actor velit, & reus possit deliberare, & ita dicit Pari. in tract. find. in dicto vers. sententia col. 4. & 6. Ex quo hodie virtute dictę pragmaticę causæ ciuiles sunt summarię, & in ea admictitur libellus ineptus, & valeat sententia super dicto libello ita dicit Alex. in l. vinum col. fin. in fin. ff. si cer. petat.

Item † in istis causis summarijs de plano stā-
8 te forma nouę pragmaticę non requiritur publicatio, vt dicit Rob. Mar. in 6. par. iud. in verb. 11. actus num. 3.

Item nec minus requiritur cōclusio ꝓcessus propter causam summariam, & de plano, vt dicit dictus Rub. Mar. in 4. par. iud. in vers. noua distintio nu. 22. ex quo conclusio est de iustitia vndè eius obmissio non vitiat, verum dicit

specialiter istis causis summarijs, & de plano vbi non requiritur conclusio, & allegat tex. in cle. sepe de verb. signifi. §. sententiam.

Qua de causa in Regno solet fieri loco conclusionis collatio processus prout infrà melius declarabitur, & antequam ad hoc deueniatur

6 scire debet qualiter † prima facie fit citatio sup petitione illius causæ quę sunt inchoandæ in iudicio quę citatio debet esse clara; vt reus possit deliberare an vult cedere, vel contendere, & si esset obscura processus non valet, & facta citatione partis personaliter de ea incusetur contumacia cum illis verbis positis in citatione quequidem contumatia solet, & debet fieri modo prout sequitur.

Forma contumatię in causa summarię, & de plano.

IN contumacia Titij de tal. citati formitur ad instantiā Meuij de tal. super petitione cuiusdam loci sciti, & positi in territorio talis ciuitatis secus tales, & tales cōfines spectare, & pertinere pleno iure dicto Meuio hæreditario nomine condam Sempronij eius patris, vel donatario, seu cessionario, vel alio nomine, vel nomine proprio in rē directi, vel vtili dominis, vel hypothecę aut pro qua vis alia causa q̄ expresse, & clare debet poni in contumatia; & inde dicere, & super præmissis, & pręmissorum quolibet capitula, & protestata pręsentādū terminos dandum, capiendum, testes producendum literas de audientia testium emanādum, & si opus esset scripturas ad effectum mictendum collectionem scripturarum siue processus interlocutoriam siue sententiam audiendum, & ad omnes, & singulos actus necessarios faciendum, & de citatione constat per tal. porterium.

Nota 162. par. 1.

ITEM nota quod superius dictum fuit quod in ista causa non requiritur litis

1 contestatiō nam † primus actus, qui in causis ordinarijs, & vbi lis contestatur solet fieri in ista causa summarie, & de plano habet vim litis contestationis, & quia iuxta stilum, & obseruantiam M. C. & in toto Regno in causata contumatia solet super ea lis contestare, scilicet respondendo aduocatus rei conquenti isto modo, videlicet.

Actor dirigat se via sua, & sic lis fuit, & est contestata per talem aduocatum conquenti.

Tamen aduocatus partis aduersę semper debet respondere in contumatia statim ante contestationem litis ea in causata in pleno iudicio, vel in regimine sequenti dicendo, vt infrà.

In proxima contumacia fuit responsum per talem aduocatum conuenti aut dicere scilicet fuit respōsum per talem aduocatum rei prima die cum protestatione mictendi, & sic stāte ista responsione si necesse fuerit in sequenti regi-

2 mine † ponere exceptiones dilatorias, vel perēptorias per scripturas ad effectum, & ita intelligatur illa responsio cum protestatione prima die mictendi, &c. Scilicet mictendi scripturas ad effectum, & si istę exceptiones nō ponuntur ante contestationem litis pars aduersa non debet audiri prout melius suo loco die sua declarabitur.

Quequidem contumatia incusata per modū vt suprà seruatis seruandis ea quę superius dicta sunt solet pręsentari libellus per actorem, & sic in Regno est primus actus qui solet fieri immediate post litis cōtestationem ergo habet vim litis contestationis si super eo fuerit interrogatus reus, vt suprà dixi.

3 In quibus † quidem causis summarijs, & de plano locum habēt si pars aduersa non reluctauerit aut petierit terminos sibi dari in causa, & libellū dicendo quod non aliter consensit in iudicio ex quo habet suas reuellantissimas exceptiones in iure, & in facto aduersus petitionem actoris, & si simpliciter fuerit petitū quod detur sibi terminū, non dicet quod habent exceptiones in iure, & in facto tunc forsita non debet audiri in ista petitione per supplicationē dum dicit quod non consensio in modo procedēdi simpliciter sine illis verbis scilicet quod habent defensionis in iure, & in facto quoniam videtur agere in mero articulo iuris non habente misturam facti, & sic caueant aduocati respondere ità simpliciter sed dicere quod reus habet suas reuelantissimas exceptiones tam de iure quam de facto, vt melius die sua.

Et si, & quatenus pars actoris fundat intentionem suam per scripturas tunc debet micti scripturas predictas ad effectum quo casu non esset opus pręsentationis libelli, & si inde pars aduersa petierit quod non consentit in modo procedendi, vt suprà eo casu effectus prędictus stet loco posię scilicet, loco petitionis, & libelli, dicta petitio in effectu habēt vim litis contestationis illa petitio quę fuerit facta per reū cōtradicendo dictę modo procedendi habēt vim contestationis litis, tamquam actus contradictorius ex quo primus actus contràdictorius

8 in istis causis summarijs de plano vim habent litis contestationem, secundum glos. in verbo litis contest. in §. suscepto vero libello, in authen. de exhib. reis ex quo tunc responsio rei super capitulis seu post missionem scripturarū ad effectum aut post incusatam contumatiam habet vim litis cōtestationis ex identitate rationis l. à Titio. ff. de verb. obl. l. illud, ff. ad Aquil. in

4 In tantũ quod † si fuerit supplicatũ q̃ nõ cõsenserit in modo procedendi post missionẽ ipsarum scripturarum tunc proceditur iusta causa, quæ vocatur per modũ postę, & inde debẽt dari termini secundum naturam causę eo modo, & forma prout in loco suo declarabitur, & si ista petitio quod nõ consensio in modo ꝓcedendi fuerit facta ante missionem scripturarũ ad effectum tunc non potest deueniri ad missionem ipsarum scripturarum, sed actor tenetur licet causa sit summaria, & de plano pręsentare libellum clarum, & non obscurum, vt reus possit diliberare an vult cedere, vel contendere, vt dicit paris. in tract. sind. in vers. sententia, & Alex. in cons. 82. col. 3. in 4. vol.

Et si, & quatenus incusata contumacia conuẽtus non dissẽtit quo casu consentiẽdo potest procedi sine presẽtatione libelli, & sufficit p̃sẽtare capitula, & in eis narrare factum, & inde deuenire ad receptionem testium, ex quo in istis causis summarijs, & de plano stante forma pragmaticę quando pars consentit in modo procedendi non est opus p̃sentatione libelli, & est sublata sollemnitas libellorum, vt est tex. in cle. sepe post princ. & in §. verum glo. est in ca. fi. de hæreti. lib. 6. in vers. figura. & Mara. in 4. par. in verb. 9. distin. num. 12 & 13.

5 Taliter † quod in isto casu debent dari termini ad probandũ, & ꝓbatum habendum prout infrà dicendum est, secus si pars disentit in dicto modo procedendi, quoniam stante forma dictę pragmaticę de necessitate debent dari illi termini, qui requiruntur in causa iusta formam Ritus obseruantiam, & stilum M. R. C. vt in dicta pragmatica melius videtur apparere.

Et quando pars consentit debent pręsentari capitula vbi narratur factus, vt suprà fine conclusione, quę capitula nuncupatur quisitoria, seu verius articula, & anteq̃ ad vlteriora procedatur scire debet qualiter † differũt capitula ab articulis, & positionibus vbi breuissimè respõdetur solummodo pro instrutionẽ iuuenum, & maximè discipulorũ meorum, nam capitula sunt magis generalia ex quo in eis possunt cõpręhendi vtrumq; scilicet positiones, & articula, ita dicit Bal. in l. generaliter § sed iuramento, & dicit q̃ terminus forte datus ad probandum, & probatum habendum siue ad capitulandum, aut datus ad libellum producendum tunc intelligitur, & presumitur datus ad ponẽdum, & articulandum, quoniam iu iure, vt plurimum articuli vocantur capitula, vt dicit tex. & Abb. in cap. per tuas col. fin. de testib.

7 Articula † autem sunt partes intentionis cõtinens id quod quis probare intẽdunt, forte per testes, vel protestatę siue scripturas, idẽ Bal. in dicta l. generaliter, & §. sed iuramento maxime quod articulus fit per verbum scilicet. Itẽ ponit, & probare intendit &c. Ex quo respecit probationes faciendas per testes aut instrumẽtà acta siue scripturas, & potest capi, vel dari terminus in causa puta ad ponẽdum, & articulandum, vt inquit Card. in cle. sepe §. quia in 8. not. & 7. q. de verb. signifi.

Ex eo, quia is, qui articulat non censetur fateri id quid dicit in articulis stãte quod virtute articulorũ dicit quod probare intẽdit maxime quãdo adest clausula nõ se tamẽ abstringendo, &c. prout comuniter aduocati siue ꝓcuratores in Regno solent dicere scilicet. Item ponunt, & ꝓbare intẽdunt nõ se tamẽ abstringẽdo, &c. qualiter, & ad propositũ vide ea, quę dicta sũt, per Abb. in cap. cũ venerabilis in fin. de excep.

Quo vero ad positiones sciendum est qualiter positiones generaliter difiniuntur modo, vt sequitur videlicet † positiones sunt breues narrationes factum causę continentes ad eliciendam veritatem conceptam, vt inquit Bal. in l. 2. §. quod obseruari col. fin. C. de iura calum. nam in effectu positio respicit solam cõfessionem partis, & solet fieri per verbũ ponit, & capitulum positionis secundũ obseruãtiam Regni nuncupatur capitulum seu capitula allegatoria, & fieri solet ista narratio facti causę ad effectum, vt ponens releuetur ab onere probandi si ex aduerso casus, seu factus prędict' fuerit approbatus, & de is q̃bus positũ est nõ videtur cõtrarium allegare, & ità in cap. statuimus de confes. lib. 6. & dicit Alex. in leg. inter stipulantem in princip. ff. de verb. oblig. qualiter positio potest fieri mere negatiua, & tenetur pars illi respondere: tamen articulus nõ fit negatiuè, q̃a esset improbabilis nisi coartaretur loco, & tempore secundũ eumdẽ Alex.

8 Aduerte quod aduocatus non debet esse pręsens, quando positionibus respõdetur Mascar. conclus. 1311. nu. 53. fo. 99 vol. 3.

Scias quod differt tamen aliquando positio 6 à libello † quia libellus de necessitate habent conclusionẽ, & licet positiones soleant poni in capitulis libelli, & exceptionũ, tamen aliquãdo possunt, poni in meris capitulis quo casu 10 positio non habent cõclusionem † taliter quod respondere libello censetur litem cõtestari, vt inquit Bald. in dict. l. 2. §. quod obseruari circà fin. C. de iuramen. calumn.

Differũt enim positiones, ab articulis quoniam is, qui ponit, censetur fateri illud quod ponit, vt suprà, vt dicit Alex. in suo cõs. 72. col. 1. in 3. vol.

Intantũ quod non potest istam confessionẽ reuocare nisi de errore doceat, nam talis confessio p̃iudicat sibi, vt dicit specu. in tit. de positio. § x. col. 1. & 2. vers. q̃d si actor, & vers. itẽ

si ponens.

Et ea, quæ superius dicta sunt scilicet confessionem in positione reuocari non posse ad instar cōfessionis, quę inducitur p libellū iusta l.cum precum.& ibi Bal.C.de lib. & hoc intellige procedere quādo Iudex admisit pręsētata uel fuerit positio in iuditio pręsentata, ex quo
11 † tunc fit, & fit de actis iudicij alitis secus si non essent pręsentatę positiones in iuditio, uel de mandato cū subscriptione Iudicis indorso ipsarum, quo casu possunt reuocari per ea, quæ dicit Bal.in l.generaliter §. sed iuramento col. 1.uers.nota super uerbo,&c.C.de reb.cred.

Actamen non habēt locum, & non procedit quādo fieret positio pręcedēte negatiua p modū exceptionis: ut hodie solent fieri tam in oppositionib⁹ quā in exceptionibus in Regno: ut puta si pars aduersa tale quid posuerit, quod negatur,&c. excipiēdo ponitur,&c. Quoniam tunc ponens nō uidetur fateri, ut dicit glo.in l. si quidem in uerb. cōtestatione C. de excep.

Bene uerum quod Iudex aliquando in pręsentat one istorum capitulorum, articulorum siue positionum solent ponere manus suas in-
12 dorso† pręsentetur p.c.saluo iure in pertinētiū, quę clausula habēt uim scilicet, quod si in futurum appositionem qualiter non debebant admicti, habeantur pro non admissis, & reijciuntur etiam depositiones testium receptę super illis.Io.de Imo.& Doctores cōmuniter in cap. cum contingat. de offic. delega.& Bart.& Bal. in l.2.§.quod obseruari C.de iura. calum.

Quæquidem positiones debent pręsentari infrà terminum datum opponenti ad probandum, alias elapso termino amplius produci nō possit, ut dicit specula.in tit.de dila.§.fin.uers. item quod si datus,& Bal. in l. contractibus §. illo C.de non num. pecun.

Et quando interrogatur reus iusta obseruātiam,& stilum M.C. tàm super positionibus quàm super capitulis responsio rei debet fieri coram magistro notario absq; pręsentia aduo-
13 catorum secus si est persona† rustica, uel ideota quoniam tunc potest insubitionibus faciendis per reum in ciuilibus potest ad esse eius aduocatus siue procurator in causa ne propter eius simplicitatem decipiatur in respōdendo, & ita dicit Socc.in repe, l.1. col.4.ff.de vulg.& pup.

Aduerte tamē quod in istis causis sūmarijs, & de plano stante forma pragmaticę quando pars non disensit à modo procedēdi, ut suprà dictum fuit tunc possunt præsentari capitula, & positiones absq; aliqua cōclusione, quæquidem capitula succedunt loco libelli, & ita tenet Old. in cons. 244. in princ. ex quo in ista causa sufficit aliqualis petitio, vt suprà dictum fuit.

Beneuerum quod aduocatus actoris cum dictis capitulis debet pręsentare contumatiā incusatam reo in iudicio, & iusta contumatia habet vim libelli nam in ea narratur petitio, & pręsensio actoris contrà reum, & si non fuerit pręsentata ista contumatia non videtur in causa ad esse aliqualis petitio, nisi ista petitio fuerit facta ex memoriale facta Principi seu Illustriss. Dom. Proregi, & inde memorialis fuerit pręsentatus, & tunc similiter, etiam habet vim petitionis, & libelli, quibus quidem pręsentatis potest deueniri ad dactionem terminorum, qui solent dari in istis causis summarijs, & de plano quando pars non disensijt in modo procedendi, vt suprà ex quo si desentit tali casu debent dari illi termini iusta formam Ritus, stilum, & obseruantiam M. C. vt in dicta pragmatica qui termini solent dari, vt infrà.

Forma termini in causa summarię, & de plano titio quento.

TErminus dierum octo ad probandum, & probatum habendum, & ad faciendum omnia eius incūbentia in causa summarię, & de plano quam habet cum Meuio actore citato dicto quento costat per contumatiam.

Nota 163. par. 1.

ITEM nota quod termino † elapso non fit
1 publicatio, vt supradictum fuit in istis causis summarijs, & de plano licet in eis actum fuerit, quo termino elapso in alio regimine sequenti potest dari alius terminus peremptorius dierum quatuor, aut simul,& semel primo loco dari terminus ad probandum, & probatum habendum dierū duodecim, tam pro primo quā pro vltimo peremtorio, bene verū quod actor post quam incusauerit contumatiā, & pręsentauerit sua capitula habet dilactionem dierum octo ad probādum fundandiq; eius intentionem, quę dilactio dierum octo est arbitraria † quoniam de iure communi omnis dilactio est arbitraria Iudici, nam habito respecto ad distantiam loci ad qualitatem personarum,& causę, seu quęstioni potest breuiorem, vel longiorem dilactionē concedere, & ita dicit spec. in tit. de cita. §. nunc de temporum in fin.& §.in fin. tamē in nostro statuto ista dilactio arbitraria est determinata ad dies octo, vt suprà dixi apparere in cap. infrà scripto 46. scias tamen quod dilactio data absenti non datur peremptoria indeq; currit nisi a die quo fuerit notificata, Masc. conclu. 516.num.6.fo.389. vol. 1.

Item etiam debet aduerti quod si in istis terminis dandis vni ex partibus, seu dilactio compe-

competens actori dierum acto, vt supra, & si in ea aliquid fit tunc ista dilactio intelligatur communis utrique parti, vt in l. petendæ, C. de temp. & inte. rest. & ibi Bald. in c. prudentiam col. 1. de mutu peti. quiquidem secundus terminus fit, vt infra.

Alius terminus in causa summariè.

TErminus peremptorius dierum quatuor Titio conuento ad probandum, & probatum habendum, & ad faciendũ omnia eius incumbentia in causa summariè, & de plano quam habet cum Meuio actore.

Alius terminus coniuntim.

TErminus dierum duodecim, tàm pro primo, quàm pro vltimo peremptorie Meuio conuento ad probandum, & probatũ habendùm, & ad faciendum omnia eius incum-
2 bentia in causa summariè, & de plano quam habet cum Meuio actore citato dicto conuento constat per contumaciam, seu p talem Port.

Nota 164. par. 1.

1 ITEM nota quod † reus conuentus, tàm in dicta dilactione dierum octo, quàm in dictis terminis quando sibi placuerit potest suas exceptiones pręsentare aduersus petitionẽ actoris, quoniã dilactio proba toria, quę datur in iudicio semper est cõmunis: adeoq; si datur vni parti prodest etiam, & aliæ l. petendę, C. de temp. in inte. restit. & in eisdẽ extraordinaribus narrare factum causæ, & indè deuenire ad alia capitula, tàm allegatoria, quàm confitoria scilicet ad positiones, & articula, & inde cõcludere quod ab inepta, & indebita petitione actoris absolui, & penitus liberari debere, prout melius infra in exceptio-
2 nibus declarabitur, † & si reus in dictis terminus super dictis exceptionibus aliquid fit vltra reprobationes, tunc debet actori dari termini ad repulsam, siue ad reprobandum producta, & protestata, & si forte daretur simpliciter, attamen intelligitur ad reprobandum testes, & producta, ut infra melius declarabitur, & è conuerso si in termino forte dando actori aliquid fit vltra reprobationes similiter reo cõuento competit terminus prædictus reprobatorius, in quo de nouo potest præsentari capitula, & protestata, & omnia necessaria, &
3 eius incumbentia facere. † Aduerte tamen q si in causa non est deueniendum ad receptionem testium pro aliquo priuilegio quod est in causa prout in executiuis quãdo in instrumento est pactum reiectiuum iuratum de non opponendo quod tunc in iniuntione, seu termino dando non debet poni illa verba ad faciendum omnia eius incumbentia, † nam tunc per illis verbis intelligitur consentire probationi, & defensionibus partis aduerse quo casu sufficit dicere in iniuntione, seu termino porterius de mandato talis Iudicis ad instantiam talis actoris retulit iniunxisse, & mandasse, seu dedisse terminum aduersus incartamentum contra eum præsentatum puta dierum quatuor ad dicendum, & allegandum quicquid dicere, & allegare voluerit, in quo reus potest præsentare acta, & instrumenta, quæ faciunt pro eo, & non potest deueniri ad receptionem testium, quo termino elapso inde potest deueniri ad sententiam super dictis scripturis, & si essemus vt supradictum fuit in istis terminis in causa summariè, & de plano, vbi vltra reprobationes aliquod actum est per aliquem ex partibus, tunc debent dari termini, vt infra, & si necesse est partibus aliquid fieri pro fundamento eorũ intentionis scilicet improbando per testes, & protestata tunc similiter potest dari terminus ad reprobandum, vt infra alteri parti contra quam fuerit facta productio seu præsentata protestata, & si forte reus fuerit liberatus à petitione contra eum facta si ageretur in ciuilibus actor tenetur ad expensas, & in criminalibus etiam tenetur actione iniuriarum, nam Mascard. conclus. 36. num. 51. fol. 67. vol. 1. ait quod eius absolutus potest agere actione iniuriarum ad damnũ interesse, vel de falso contra actorem qui terminus est, vt infrà.

Forma termini ad reprobandum in causa summariè, & de plano.

TErminus dierum quatuor Meuio actori ad probandum, & probatum habendum, & ad faciendum omnia eius incumbentia aduersus producta, & protestata contra eum præsentata, & producta per Titium conuentum in causa summariè, & de plano inter eos vertentes, & hoc loco termini reprobatorij notificato, &c.

Nota 165. par. 1.

ITEM nota quod si necessè est deueniri ad terminum ad repulsam siuè ad reprobandum contra actorem tunc mutatis mutandis potest dari terminus ad reprobandum modo iam dicto, & si partes sunt restituibiles puta, vt pupilli mulie-

mulieres Ecclesiæ vniuersitas, aut Fiscus, & similes personę, † tunc eis competit restitutio
1 extraordinaria dierum duorum, vel trium ad summum: si pars habuerit iuxtam causam, scilicet ꝙ de nouo per eum fuerunt reperta acta, vel testes, nam si litigantibus superuenissent noue probationes, quia ad illas producendas potest dari noua dilactio, vt dicit Bar. in l. admonendi col. 2. ff de iur. iur. & Salic. in l. 1. C. de dila. & de hoc debet stari iuramento petentis dilactionem, videlicet quod de nouo superuenerunt sibi probationes, vt habetur in cap. pastoralis de excep. tunc si aduocatus veniret paratus cum capitulis, & protestatis, tali casu debet admitti non solum ad primam restitutionem, verum etiam ad secundam, quæ concedenda est solummodo ad se defendendum, non autem ad reprobandum ex quo reprobationes sunt odiose, & elapso termino ad reprobandum pars non potest amplius deuenire ad reprobationes, & sic tu aduocate sis cautus quando est datus terminus ad repulsam inuigilare ad faciendũ ea, quæ necesse fuerit in fauorem tui clientulis, alias elapso dicto termino non potest ad hoc deuenire intantum quod concludendo dico qualiter forma istius termini restitutorij talis est, vt infrà.

Forma termini restitutorij in causa summariè, & de plano.

TErminus extraordinarius restitutorius dierum duorum Titio conuento ad probandum, & probatum habendum, & ad faciendum omnia eius incumbentia in causa summariè, & de plano quam habet cum Mepio actore.

Nota 166. par. 1.

ITEM nota quod si necesse fuerit expere secundam restitutionem, tunc dicere terminus dierum duorum extraordinarius restitutorius secundo loco indultis Titio ad probandũ, & probatum habendum, & ad faciendum omnia eius incumbẽtia, & indè sequitur eo modo, & forma prout in supradicto termino dictum fuit.

Quo elapso si in eo fuerũt prodocta, & protestata præsentata, & producta per personam priuilegiatam, vt supra, tunc alteri parti debet dari terminus ad reprobandũ, qui potest dari modo iam dicto, & elapso potest deueniri ad collationem processus, vel ante si non est ca-
1 sus dactionis termini restitutorij, quæ † quidẽ collatio debet fieri parte citata, vel si est contumax, & in contumacia reperitur quod fuit citatus ad collactionem processus, tunc debet poni citato Titio constat per contumaciã pænes acta, qua collactione facta processus debet manere pænes acta Curiæ per horas viginti quatuor, quibus elapsis processus potest mitti Iudicibus, & viso ad minus per duos ex Iudicibus potest deueniri ad allegationes, & ipsum processum ponere in prouidenda, vt possit deueniri ad determinationem ipsius processus, scilicet ad prolationem sententiæ diffinitiuæ; quequidem collactio potest fieri modo prout sequitur.

Forma collactionis processus.

QVęstio summariè, & de plano vertens in M. R. C. inter Meuim actorem ex vna, & Titium conuentum parte ex altera.

In Anno 11. Ind. 1597.

FActa est collactio præsentis processus hodiè die, &c. 11. Ind. vt supra citato dicto Titio personaliter constat per T. Port. siuè per contumaciam pænes acta.

In indè dicatur consistit in cartis scriptis, & non tot. &c.

Nota 167 par. 1.

1 NOTA quod multum interest aduocato scire † quãdo necesse est in dattione terminorum citatio partis, & pro intelligentia istorum verborum scias quod incusata contumacia in causa, si aduocatus rei conuenti non respondit in ipsa contumacia, tunc deuenitur ad dationem terminorum, & ad omnia alia contenta in contumacia rei, absq; citatione, stante quod proceditur in contumacia rei, & sufficit solummodo dicere in calce actus, & de citatione constat per contumaciam pęnes acta. Si verò aduocatus rei posuerit responsionem contumacię contra eius clientulum incusatam, tunc in datione terminorum, & aliorum actorum potest citari aduocatus respondens, & si forte fuerit petitũ à Iudice sedente pro tribunale quando regitur Curia, ꝙ in ista causa virtute cuius fuit incusata contumacia Titio conuento, ipse Titius est ciuis, ideo placeat mandare quod ista afferta contumacia reducatur seu reguletur ad vnicum actum tantum, & si hoc obtentum fuerit, prout cõmuniter fieri solet, quando questio est inter Ciues illius loci, vbi inchoata est tunc stante dicto mandato Iudicis ꝙ contumacia intelligatur ad vnicum actum tãtum, in

in quo casu si actor vult procedere ad vlterio-
2 ra necesse est † quod citetur conuentus, & non autem aduocatus, & sufficit citatio aduocati quando fuit posita responsio in contumacia, absq; ista reductione ad vnicum actum, ex quo aduocatus est dominus causæ, beneuerũ quòd si in ipsa causa reperitur citatus conuentus, vel aduocatus ad receptionem testium, & indè si non deuenitur ad receptionem testium, vel si incepta est productio, & indè in receptione, & productione supersedeatur per dies octo, tunc de nouo est opus citatione partis ad testium iuramenta videndum, & ita hodiè obseruatur in M. C.

In quaquidem receptione testium in causis ciuilibus, si reperitur interrogatorium aduersus testes præsentatum ad instãtiam illius partis, contra quam sunt recipiendi testes, tunc testes prædicti primo loco debent examinari super capitulis producentis, & indè super interrogatorio aduersus testes. Et Magister Notarius actorum, seu eius commissarius debet in vigilare, scilicet prima facie debet dare iuramentum testibus de veritate dicenda, & indè debet deuenire ad examinationem ipsius testis, tam super capitulis producentis, quam etiam oretenus, & indè super dicto interrogatorio aduersus testes, scribere solummodo, id quod facit pro intentione producẽtis. Et si forte aliquid dixerit contra intentionem producentis non debet scribi, sed tantummodo debet poni in depositione nil scire ad intentionem producentis, vel nihil alio scire ad intentionem ipsius producentis, nisi ea quæ superius dicta sunt.

Et si, & quatenus super aliquo capitulo super quo testis fuerit interrogatus siuè examinatus non deposuerit ponere super tali capitulo dixit nihil scire, vel obmisso tali capitulo de voluntate producentis.

Item etiam tenetur ipse Magister Notarius
13 seu cõmissarius, vt supra expresè dicto testimonio declarari facere causam scientiæ loco, & tempore, & si cum eo erant aliæ personæ quãdo hoc intellexerunt, vel viderunt, & si dixerit quod tunc reperiebantur aliæ personæ debet distinctè nominare, nomina, & cognomina personarum, & id quod dixerit scribere vulgariter, & in conclusione ipsius depositionis dicere scire premissa vera esse per modum, vt supra dicta sunt de causa scientiæ loco, & tempore, & alijs circumstantijs dixit, vt supra, & indè in margine ponere in fine ipsius depositionis lecta sibi confirmauit.

Et circa modum prædictum examinandi testes late videtur apparere in capitulis infrascripti Regni recolendæ memoriæ Regis Alfonsi 11. 12. & 13. fol. 125. & in capit. 86. fol. 141. in quibus reperitur quando ciuiliter agitur ab vnc. centum supra, & testes sint producendi extra locum M.C. quod tunc debet mitti Commissarius pro dicta examinatione si hoc petitum fuerit per partem alias debet fieri litere officialibus illius loci, ubi sunt recipiendi testes, ut melius hæc, & alia latius in dictis capitulis continentur.

Nota 168. par. I.

ITEM nota † quod duplex genus oppositionum fiendarum contra personas testium, reperitur in iure, unum quod est introductum, in merum fauorem illius, contra quem testes producuntur, vt est oppositio scilicet amicitiæ, inimicitiæ, domesticitatis, infamiæ, consanguinitatis, & similes de quibus casibus agitur in termino reprobatorio, & ante publicatum, & non in termino defensorio. Et istæ tales positiones, regulariter non possunt opponi publicatis attestationibus, ut est casus in ea præsentium c. testi nisi in tribus casibus ibi enumeratis, quorum unus est, quando uolens opponere iurare se non maliciosè, nec animo calumniandi, uel se opponere, alter quando doceret se ipsas oppositiones de non reperisse, tertius quando ante publicatas attestationes protestatus fuisset, se uelle opponere contra personas ipsorum testiũ, quia per talem protestationẽ reseruatur sibi ius opponendi, & est practica communis litigantiũ, qualiter † quando testes examinandi producuntur, protestantur exceptiones tam contra dicta testium, quam contra personas sibi saluas fore, vt dicit Bal. in l. si quis testibus in 4. col. vers. dubitatur hic, C. de testi. ubi dicit ꝙ cauti aduocati semper à principio protestantur exceptiones sibi saluas fore, tam contra dicta testium, quam contra personas ipsius testis, quia per talem protestationem reseruatur sibi ius opponendi, cum per ipsam excludatur tacitus consensus, Arg. l. si filius fam. la prima ff. ad meced. Aduerte quod dubia uerba testis intelliguntur contra producentes, Masca. conclu. 1142. num. 29. fol. 41. uol. 3. Aduerte etiam quod in ista materia examinationis testium contra declaratorum debent reddere rationem sui dicti alias non ualent, nam ista assignatio rationis dicti est tantæ impartantiæ, ꝙ licet esset data per Principem, vel statutum potestas alicui, quod posset procedere, & de iure, & de facto, & absq; alia sollemnitate, actamen propter hoc non posset credere testibus non reddentibus rationẽ sui dicti, vel reddentibus

tibus malam, quando fuissent interrogati, vt Bal. in l. solam in fin. C de testi. immò quod est plus, † non posset consuetudine, vel statuto induci, quod credatur testibus non reddentibus rationem sui dicti, uel reddentibus malam, ut uoluit Alex. in cons 3. incipien. in causa, & lite uertente inter. Abraam in ult. col. uers. & iusta prædicta, & glos. in l. sola, C. de testi. Et id quod dictum fuit in ista causa summariè, & de plano locum etiam habent in alijs causis, & sic sufficiunt ea, quæ superius dicta sunt in causa prædicta, & modo deueniendum est ad causas summaria uirtute istius statuti taliter quod fuit impositus finis istius causæ summariæ de plano quando causa uentilatur eo modo, & forma, ut supradictum fuit. quę sufficiunt pro introductione iuuenum. Laus Deo Op. Maxim. & Beatæ Catherinæ Virgini, & Martiri meè protetrici.

FINIS.

Domina labia mea aperies, & lingua mea ænarrabit donum tuum.

De modo procedendi in summarijs, & primo in ciuilibus.

Cap. 38.

PEr prius causas summarias intelligere oportet, antequam modum, & procedendi ordinem incrediantur, summariæ igitur causæ sunt, hæ videlicet, causę breuiores, vnc. quinq; infrà, vbi proceditur ad litis ingressum, causæ alimentorum futurorum, causæ possessoriæ, causæ in quibus agitur de aliquo officio habẽdo, causæ iurisdictionum inter Officiales Regios, causæ seruitutum, causæ iuris prothomiseos, cum agitur ad duplum contra creditorem secundum formam capituli cum varia, causæ status, & filiationis, causæ salariorum, & mercedum, causæ mercantiarum ab vnc. decem infrà. Quæ autem mercantibiles sint, stetur mercatorum arbitrio, cum agitur de dote promissa sinè scriptura causæ redditus, administrationis, tutelę procurationis, negotiorum gestoris, & cuiuscumq; administrationis vsq; ad vnc. viginti, & non vltra. Quæstiones etiam miserabilium personarum Ecclesiarum, Hospitaliũ, pupillorum, & viduarum.

Nota 169. par. 1.

NOTA quod initium ventilationes causarum virtute istius nostri statuti est causa executiua, seu oppositoria, nam ab estrema parte hoc est ab executione iudicium incipit, vt in capit. quarto, supra notato. In secundo agitur de modo procedendi per viam cedulæ condemnatoriæ, in tertio vero in causis summarijs ciuilibus simpliciter, & de plano in quibus amplectitur ipsam causam per modum cedulæ ex quo etiam est de causis summarijs statutarijs, vt infra in capit. 44. de quibus modo tractatur, & licet aliquantulum dictum fuit supra de causa summaria simpliciter de plano, tamen ad hoc fuit deuentum virtute nouæ Regiæ Pragmaticæ pro instructione iuuenum, & non virtute istius nostri statuti, † vbi dico quod iudicium summarium est illud quod summariè tractatur, & de his causis expresse declaratis in præcedenti capitulo sinè illis sollemnitatibus requisitis in ordinarijs causis, vt dicit Bart. in estrauangan. ad reprimendam in versicul. summariè, & Bald. in l. Iudices, Cod. de iudic. & si in dicta Regia Pragmatica exponitur, quod omnes causæ, tam ciuiles, quàm criminales sunt summariè, & de plano, attamen hoc locum habet si pars consenserit in iudicio secus est, si desenserit in modo procedendi, & petierit terminos, quoniam tunc debet procedi, & dari omnes termini secundum naturam causæ iuxta formam Ritus stilum, & obseruantiam M. C. & sic necesse est quod primo loco citata prius parte, & incusata contumacia indè deuenitur ad producionem libelli, † & antequam ad hoc deueniatur opus est videre aliquantulum de libello, & qui vult ventilare processum primò debet partem citari facere, & indè contra eum incusetur contumacia iuxta citationem, & petitam, vt veniat responsurus in iudicio actori petitioni prædictæ. Et indè incusata contumacia in alio regimine debet obferri libellus, & præsentare in iudicio seu de mandato Iudicis, vt in authen. offeratur, C. de liti contest. Et iste libellus conuentionis debet habere quinq; conditiones scilicet quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & a quo. Primo debet continere, quis, scilicet nomen actoris, puta Sempronius agit. Secundo quid, idest, rem petitam in contumacia prædicta, & libello, quam debet actori obstendere, & designare ad minus per duos confines, alias posset

sec

set dici libellus obscurus, secundum Bart. in l. fin. in rem, ff. de re vendi. & in l. forma ff. de censi. Tertio coram quo idest, scilicet coram quo Iudice seu in qua curia vel nomen Iudicis. Quarto quo iure petatur, idest, debet concludere causam expressam, & concludentē puta, quia peto quinq; quoniā mutuaui tibi tali tēpore, & tali loco, & nō dicere peto quinq; quia rex est in Roma, vt dicit Bart. in l. edita C. de eden. col. 2. nomen vero actionis non est opus in libello exprimi sed tantū sufficit quòd narretur factum ipsius causæ, quoniam ex narratione facti possit elici quæ intentetur, vt dicit Abb. & Fęlyn. in cap. dilecti de iud. Debet tamen aduocatus esse diligens, & cautus in perquirendo quæ actio sibi competit ad hoc, vt secundum naturam illius actionis sciat adaptare verba libelli: non tamen habet necesse illam exprimere, vt sic d. cap. dilecti. Quinto, & vltimo contineri debet, a quo, idest, nomen rei quenti. istæ ergo quinq; conditiones positæ in libello, & in eo cōcurrentibus erit recte formatus libellus, vt dicit Spec. in tit. de libel. cōcep. §. 4. & prædicta procedunt in ciuilibus, ex quo libellus est breuis membrana actoris petitionem complectem dicitur autem libellus à libro diminutiue propter sui breuitatem, sicut cod. cillus à codice, secundo Spec. in tit. de lib. concep. in princ. vel dicitur à libra idest Iustitia. vnde † Iudex debet stateram. equalance
3 ministrare 45. distinct. omnis.

In quaquidem fabricatione libelli debet expresse in quare petit ponere ea, quę faciunt pro actore licet in eo sunt deducta alia capita, nam libellus interpretari debet pęnes conclusionē, & non pænes narrationem, ita expresse dicit Socy. in cons. 134. vol. 2. in princ. fol. 225 mihi debet enim aduocatus esse cautus, & primo loco ponere in eo rationes, iura, & causas, & eas deducas scilicet, quæ benefaciunt, & concludunt in fauorem tui clientuli, & inde etiam ea quæ non benefaciunt si sunt per suas via, itē etiam ducant aliqualem præsumptionem, & ratio est quia sepissimè Iudex mouetur adiudicandum per rationem quæ minus facit, & aliquando nihil facit, seu valet, & nō mouetur per rationem vrgentem, quæ non intrat in caput suum, & ita dicit Ant. de But. in cap. per tuas qui fil. sint leg.

Quæquidem supradicta sufficiunt pro casu nostro in ista materia causarum in dicto capit. positarum in quo videtur declarare, & narrare causas summarias concessas, & notatas in di-
4 cto cap. † modo verò est deueniendum ad fabricationem ipsarum causarum in dicto cap declaratarum, & ista sufficiunt.

Nota 170. par. 1.

ITEM nota in text. ibi causæ summariæ sunt hæ videlicet † causæ breuiores vnc. quinq; infrà, &c. Et antequam ad hoc deueniatur scias quod verba statuti sunt diligenter attendenda, neque in dubio discendendum est ab eis, vt in l. prospexit, ff. qui, & à quibus, & in l. 1. § si ijs qui nauem ff de exerci. & non solum istud nostrum statutum locum habere videtur in Curijs laicalibus Regni, sed verum etiam in Curijs spiritualibus, ex quo statutum laicorum ligat clericos, in suis, quæ respiciunt ordine iudicij processus vel causæ, vt in casu nostro, ita dicit Bald. in capit. fin. vt lit. pendent. & in l. si Iudex in fin. de his, quæ sunt sui, vel alien. & in l. 1. C. quæ sit longa consuetudo, & deueniendo ad præpositum nostrum, dico quòd summariæ causæ de iure sunt, vbi agitur de breui seu modica summa, vt habetur per text. in authent. & Bart. & Bald. C. de sentent. ex breui. reci. & not. glos. in §. necessitatem in versic. ex non scripto in authent. vt iudic. sine quo. sufrag. & text. in §. sit tibi quoque in authent. de mandato princ. iuncta glos. ibi in vers. breuiores, & ista modica summa relinquitur ad arbitrium Iudicis, licet inter magnos dominos potest dici causa centum aureorum esset modica, vt dicit Bald. in authen. nisi breuiores, & car. in cle. sepe in 3. q. de verb. sign. tamen per nostrum statutum est limitata ad vnc. quinq; vt supradictum fuit, ergò † primo loco videndū est qualiter fieri debet libellus in ista quæstione vnc. quinq; maximè quod libellus requiritur etiam in causis summarijs, & de plano, & ita praticatur in M. C. & hoc habetur in cap. fin. extra de offic. iud. & Spec. tangit in tit. de offic. iudi. §. postremo, & Papi. in sua pract. in form. libe in actio. rea. nu. 13. fol. 54. mihi. Et antequam deueniatur ad oblationem, seu præsentationem libelli † mittitur citatio parti rei conuenti qua facta incusetur contumacia eo modo, & forma prout in ipsa citatione continetur, & licet ista citatio deficit, & non est apposita tamen est notata contumacia super qua potest extrahi ista citatio tenor cuius contumacie est vt infrà.

Forma contumacie in causa summaria ab vnc. quinq; infrà.

COntumacia Titij citati formiter ad prædictus Meuij clausula non obstante, &c.

Super petitione vnc. quatuor, & tar. vigintinouem ei mutuatarum iam sunt circa, &c. Et quatenus opus erit terminos dandū capitula, & protestata præsentandum subeumdum testium iuramenta videndum literas de audientia testium exorandum, publicandum collationem processus, sententiam audiendum, & ad omnes, & singulos actus faciendum, & hoc summariè, & de plano iuxta formam nouæ Pragmaticæ, & statuti, & de citatione constat per T. Port.

Qua contumacia incusata inde ex parte actoris offeratur libellus in ipsa petitione vnc. quinq; sub forma sequenti videlicet.

Memoriale, & iura quod dat offert, & præsentat M. R. C. Meuius actor ex vna contra, & aduersus Titium conuentum parte ex altera in causa summaria, & de plano inter eos vertentes in qua proceditur, &c.

Subeat.

In primus, &c.

Item ponit quod præsens causa summaria ex forma Pragmatiæ fuit, & est petitionis vnc. quatuor, & tar. vigintinouem pro totidem alijs mutuatis, vt infrà melius dici colligi, & censeri potuit, & potest, & die sua, &c.

Item ponit quod iam sunt circa annos duos quod ipse Meuius mutuauit dicto Titio in logia publica Panormi vnc. quatuor, & tar. 29. ad effectum illas soluendi, & assignandi eidem Meuio creditori infrà menses tres, & inde non curauerit soluere debitum prędictum prout tenebatur, licet pluries fuerit requisitus, de quo debito non fuerit confecta scriptura vel patet per fidē tabule Fel. Vrb. Pan. solutionis prædictæ factum die, &c. Et prout melius die sua.

Cuius tenor sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Ad quod probandum ponit non se tamen adstringendo, &c. Qualiter ia sonno circa anni dui che lo ditto Meuio in la Logia publicamenti detti, & inprentao ex puro mutuo à Titio vnzi 4. & tarì 29. di amico ad amico ad effettu di quilli restituiri, & pagari infrà termino di misi tri, & dopò non curao più di sodisfare al ditto Meuio, seu appare per fidi, & nota della Tauola della ditta Felice Città fatta per lo ditto Meuio al ditto Titio die, &c. Nella quali appare il tempo che si douia consignare il detto debito, & lui dopo sia stato più volti requesto non ha voluto quilli pagare cussì com'è il douere, & promisi sodisfare, & est veritas, & dicant testes ad intentiones producentis etiam extra capitulum, &c. quiratur.

Intantum quod rationibus de super allegatis, & alijs apparentibus per scripturas, & melius dicendis in voce, & in scriptis, quę habeantur pro protestatis in præsenti causa dictus Titius venit condemnandus a solutione debiti prædicti vna cum expensis omnibus factis, & faciendis, & melius die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Super quibus, & eorum singulis, &c.
Item non si adstringens, &c.
Item reuocans, &c.
Item protestatur sibi omnes expensas, &c.
Item protestatur sibi omnes scripturas, &c.

Quare constito, &c. Petit ipse Meuius actor quod dictus Titius debitor cogatur, & condemnetur ei soluere tradere, & assignare dictas vnc. quatuor, & tar. vigintinouem mutuatas per modum, vt supra vna cum expensis omnibus factis, & faciendis, & ità petit isto, & omni alio meliori modo, &c. Officium Iudicis implorando, &c. saluo iure, & cum protestationem mihi arbitrio addendi, &c.

Vidit talis Aduocatus.

Nota 171. par. I.

1 ITEM nota licet † in ista quęstione summaria, & de plano sunt præsentandi libelli cum aliquibus clausulis superius declaratis in supradicto libello, & declarandis in alijs infra ponendis, attamen non est facta mentio in pręsenti cap. dedictis clausulis, ex quo de eis pro instructione iuuenum sufficienter fuit tractatum supra, & in repertorio melius videri potest, & id quod deficit in vno loco suplebūtur in alio maximè de modo pro-
2 cedendi ordinariè, vt inf à declarabitur, † & dicendum est in præsenti nota quid importat illa clausula etiā solita poni in libello, vz. super quibus omnibus, & singulis, &c. Respondetur quod non habet necesse omnes quantitates ex positas probare, vt inquit Masca. in conclu. 1248. nu. 55. fol. 222. vol. 3.

Nota 172.par. 1.

ITEM nota in tex. ibi vbi proceditur ad litis ingressum de qua causa modo non tractatur ex quo de ea tractandum est in suo loco in cap. 42. vbi agitur de propria quęstione, & reperitur tex. expressè de ea loqui vbi me remitto, tamen est tractare de aliquibus alijs necessaris infra dicendis, &
1 allegandis, & maximè in tex. ibi † causa alimentorum futurorum, &c. Nam causa alimentorum futurorum est priuilegiata, & in ea proceditur summariè etiam in die feriato, ex quo agitur de damno euitando quoniā, qui denegat alimenta necare videtur, vt l. vel necare ff. de lib. ag. opt. ac ex causa pro alimentis debet etiam procedi in die feriato ne fame pereat ille, qui alendus est, & est tex. in l. 2 ff de ferijs, & Bal. in l si quis in suo C. de in offic. testa. & Alex. not. in addi. ad Bart. in l. si quis à liberis §.
2 si quis ex his ff. de liber. agno. † secus in alimentis præteritis, ex eo quia non sunt summarijs, & ità dicit Bal. in l. 1. col. 2 verf. quero numquid in causa, &c. C. de fideicom. Et si ille, qui debet alteri steterit pænes tutorem, aut pænes eius matrem, tunc de alimentis futuris pręsummitur præstitisse de bonis filij, vel de proprijs, animo tamen alimente prædicta præstita repetendi, licet alias si non administrasset, pręsumeretur donasse, vt late in l. nesennius ff. de nego. gesto. & Rui. conf. 171. nu 4. vol. 1. & conf. 1. nu. 23. vol 3 & Dec. in conf. 616 nu. 3. & Rapha. Cuma. conf. 87. col. 2. Nam alimenta pręsumuntur pręstita ab illa seu ab illo, qui tenebatur illum, vel illam alere, unde pupillus præsumitur nutritus à tutore, qui tenebatur illum alere, tex. in l. fin. C. de alimen pup. præstan. & ibi Bal. & Salice. de bonis pupil vide.
3 Corn. conf 28. in suo vol 4. † Et ità dicendum est de expensis quoniam expensæ præsumuntur facta ab eo qui facere tenebatur, & ità dicit Iosep. Mascar. in conclu. de probat. 1161. nu. 12. vol. 3.

Item expensę quas tutor asserit se fecisse in pupillū admittuntur, quatenus sunt verisimiles, Mascar. conclu 719. nu. 6. fol. 100 vol. 2.

Item expensę factę à tutore defuncto in causa pupilli probantur per librum rationū, idem Mascar. conclu. 723. nu 2. fol. 101 vol. 2.

Item expensæ alimentorum præsumuntur factę ab eo pęnes quem talis, vt pupillus inuenitur alitus, idem Mascar. conclu 715. num 3. fol 98. vol. 2.

Item expensę litis probantur per iuramentū eius, qui eas fecit, idem Mascar. conclu. 717. num. 1. 3 fol. 99. uol. 2.

Item expensę pręsumuntur factę ab eo qui tenebatur eas facere intellige, idem Mascar. conclu. 715. nu. 13. & 14. fol. 98. vol. 2.

Aduerte tamen quod pater si non habet pro suis alimentis non tenetur filijs ad alimenta, ut dicit glos. in l. si quis à liberis § fin. in uerbo, Liberto ff. de libe. agno. quia magis quis debet sibi prouidere, quam alij ff. si quis omis. causa testa. l. Iul anus, secundum Bal in l. 1. 5. uol C. de in offic. dotibus, à contrario sensu si est habilis pater tenetur præstare alimenta filijs si habitant extra domicilium patris Nam satis est patrem supportare onera filij in domo existentis, & eius iussu in aliquo exercitio laborantem, ut dicit Marc. Anto. Eugen.
4 in conf. 78. nu. 18 † Et si filius esset emancipatus, & pater reperitur habilis tenetur ei alimēta præstare absq; licentia uenire, ut institu. de pen. teme. litig §. fin. quibusquidem alimentis pater tenetur pręstare filijs legitimis, & naturalibus, & non autem spurijs quoniam pater non potest et à relinquere, vel legare filio spurio pro alimentis vnum magnum odorē, sed solum vsq; ad modum alimentorum, & non vltra. arg. l. in ff. de exerc & quod voluit Deci. in conf. 311. col. 2. & Socci. conf. 2. nu. 5. vol. 4. Cur. Iun. conf. 37 col. fin. & est ratio, secūdum Iaco. de Are. quem sequitur Bald. in l. si mari-
5 tus ff solut matri. † quia alimenta, quę dantur miserationis causa non debentur secundū dignitatem, sed secundum necessitatem viuendi, quod est notandum, ità etiam filiæ spuriæ sunt dotandæ vsq; ad modum alimentorum, & non vltra, secundum Bart in d. l. fin. col. 2. de ijs quib. vt indig. quodquidem legatum si factū fuerit filio spurio pro alimentis non transit ad hęredes spurij non ratione proprietatis, in qua non valuit legatū, nec ratione alimentorum, quia cū vita finiuntur l. cum hi. § si vni ff de transact. idem voluit Abb. in conf. 50 col. 2. & in conf. 115 col. 2. vol. 2. vbi inquit, quod ideo talis dos debet redire ad patrem, quia succedit loco alimentorum, ad quæ pater tenebatur, vnde sicut in alimentis non habet hæredē, ità nec etiam in bonis datis in dotem, vt tenuit Deci. in conf. 311. col. 2. in fin. Moder. in repitit. cap per vestras §. 24. col 3. in fin. de donat. inter vir. & uxo.

Item aduerte quod spurij hodiè ex lege pōtificia alimenta à parentibus esse pręebenda dicęmus, ne tamen hoc vbiq; locum sibi vendicare? verò sicut in ceteris causis in hac quoq; materia, leges ciuiles in Cæsaris iuris de Pontificias in Ecclesiastica esse seruandis cap. si duob. in fin. de appel. cap. fin. cum glos. de arbitr. in 6. è Imo. l Lucius §. 1. de lega. 1. Alex

Z 2 conf.

conf. 74. in 3. Iaf. in auth. res, quæ C. de leg. penul. col. aliqui dicunt quod istæ rationes locum habent in terris Ecclesiæ, vide Felin. ca. Ecclesia, de consti. num. 45. & intelligitur ad eum tantum non ad laicos, huius rei cognitionem voluisse pertinere, Arc. conf. 48. Ex
6 quo † alimenta sunt à patribus subministranda, quas vbiq; gentium seruari maximè deceat videtur Pontifi. solore iuris naturalis vestigia imitari, Socc. conf. 161. Dec. in cap. clerici, de iud. nu. 2. & conf. 311. Alimenta autẽ iure naturæ, & quadam sanguinis coniuntione, omnibus animantibus à parẽtibus deberi l. si quis §. 1. de lib. agn. videtur, & hoc rationem ipsã satis persuadere, vt cum id quod à nobis gẽtium est, tunc cum in lucem editur, satis per se infirmum, & imbecille existat, æquum sit, ideo usq; saltem à nobis foueri, quoad coaluerit, vt per se subsistere, & viribus suis niti, valeat, alioquin quid tam impium esset quam alicui vitã dedisse vt eam statim illi adimeremus, vult enim summus Deus homines nasci, vt uiuant, viuere autem, vt illius admirabilia opera uenerentur, eiusq; sibi gratiam ac pietatem complacerẽtur, semen autem ipsum ex qualicumq; homine fit, dei vtiq; opus est cap. undecũq; 56. disti. Quomodo vero is, qui nascitur, aut viuat, aut deum contempletur, si statim victu careat? visoq; lucem aspicere valeat? Huc fortasse, & clemen-
7 tissima vox illa deduci potest, qua † vultis omnes homines saluos esse, & qua tam sæpè iubet, inter nos uicissim omnis efficij, & charitatis genus exerceri si enim grauiter delinquere? ille hoc iure dicitur, qui egenos homines, & mendicos, qua potest pietate non conplectitur cap. pasce. cap. non satis distin. 86. Quoniã re uera quo ad naturam, quæ umqua nequit aboleri l. 2. de usufru. ear. rerum, & Bart. in l. 2. de accu. cum quoad naturale fœdus pro legitimis habeantur l. ad optiuus §. seruiles de Ritu nupt. Anch conf. 225. col. 2. nec estraneis unquam omnino similes esse possint, Fel. cap. si, & alij nu. 50.

Nam notissimus est eos, qui sub Christi signis incipiũt profiteri, & si spurij sint legitimi tamen sic statim fieri, Bald. in l. 1. C. de sacrof. nu 25. id circò, ut ceteros legitimos quid uis rectè à patribus consequi posse, Alex. conf. 35. in fin. in 3. Nec verò distinguẽdum est, clerici, ne tantum sint, an se monitorio alicui dicauerint, quoniam cum idem utriusq; uitæ sit finis, idem etiam de ambobus iudicãdũ erit, Deci. in cap. in pręsentia de proba. nu. 58. hodiè quoq; cum pater quoscumq; illegitimos filios alere teneatur, cap. cum haberet, de eo qui dux. Dubium non est, quin illis certa portio ab eo relinqui possit, unde, sibi ad uictum necessaria queant comparere, Bar. in l. fi. de his quib. ut in d. qua ratione, & emphiteusim illis poterit stipulari in alimentorum loco succedet, Afflict. decis. 99. non debent hæc tamen legitimũ modum, excedere, sed talia esse, quæ uiri boni arbitratu honestam uitam, cultumq; deceant, Bal. in l. eam quam C. de fideic. nu. 41. Aduerte
8 etiam quod † appellatione alimentorum ea omnia comprehendi certum est, quæ ad uitam hominis sunt necessaria, ut cibaria, uestitus, & habitatio l. legatis de alim. & ci. leg. quoniam alimenta, quæ de iure naturali debentur nullo eccentu tolli possũt l. eas causas ff. de capitis diminutio l. 1. §. ius naturale de iure nat. gent. & ciuili not. Deci. & Cagnol. in l. iura sanguinis ff. de regul. iur.

9 Scire debes quod alimẽta † quę debent præstari, aut sunt simpliciter legata sinè determinatione, & tunc erunt limitanda Iudicis officio inspecta persona legatarij, & fructibus, & redditibus hæreditarijs, l. cum unus in fin. ff. de alimen.

Aduerte etiam quod si fructus rerum hæreditariarum ad alimenta non sufficiunt non propterea tenetur hęres proprietatẽ rerũ ipsarum uendere, & prætium in alimentis conuertere, ut ponit Bar. in d. l. cum alimenta. Scias etiam quod si is cui legata sunt alimenta infirmitatem patiatur debent ei præstari medicinæ, vt leg. uerbo uictus ff. de verb. signi. & in l. si cum dotem § sin autem in seuissimo ff. soluto mat.

Item uidendum est an legatis alimentis quo tempore sint præstanda, nam in singulis mensibus, vel annis, ut dicit Bart. in l. fin. ff. de lib. leg. & l. pen. ff. de alim. Aduertendum etiam est, aut sunt relicta cum demonstratione certi temporis, ut puta lego omni anno, uel omni mense 10 pro alimentis, & tunc protestatur tempore illo designato, ut l. annuam pecuniam, & l. 1 cum seq ff de an leg. facit l. nec semel §. si habitatione ff. quando, & si alimenta fuerint simpliciter facta temporis designatione, & tunc sub distinguitur, aut relinquitur personis puta pauperibus talis Hospitalis, & tunc soluenda sunt annuatim, ut l. si quis ad declinandam C. de Epi & Cle.

Quandoq; relinquuntur personis morituris scilicet Seyo, & Gaio, & hic considera quod si alimentis cõtinetur quędam, quæ non recipiat cõmodam diuisionem per menses, & quorum mensualis prestatio nimis grauaret hæredẽ, vt puta vestimentum, & similia, & tunc de his sienda est solutio cũ necessitas geminet, vt not. glo. in l. firmio. § fi. ff. quando die le. ce.

Quædam alimenta sunt, quæ possunt cõmode diuidi per menses, & in quorum diuisio-

ne

ne hæres non grauatur, vt dare frumentum, vinum, carnes, & similia ad quotidianum vsum deputata, & in ipsis fienda est sulatio singulis mensibus, vt d. l. fin. ff de lib. agn. & sic concludendo dicendum est quod secundũ qualitatem causarum formari debet libellus quoniã sufficiunt ea quæ dicta sunt pro alimentis causa, & antequã deueniatur ad ipsum libellum debet pars, citari, & inde ei incusare contumatiã post modum deuenire ad ipsum libellum prout infrà dicendum est.

Forma contumatiæ in causa alimentorum futurorum.

Contumatia Nescennij de tal. patris infrascripti actoris citati formitur ad instantiam Officij de tal. filij emancipati legitimi, & naturalis dicti Nescenij super petitione alimẽtorum futurorum, & super premissis capitula, & protestata pręsẽtandũ terminos dandum, & capiendum, testes producendũ, literas de audientia testium emanandum subuendũ, publicandum, collationem processus siue scripturarum sententiam, aut interlocutoriã audiẽdũ. & si necesse fuerit scripturas ad effectum mittendum, & ad omnes, & singulos actus necessarios faciendum, & hoc in causa summarie, & de plano inter eos vertente iusta formã nouæ pragmaticę, & de citatione cõstat per t. por.

Forma libelli in causa alimentorum futurorum.

Memoriale rationes, & iura, quę dat offert, & præsentat in M. R. C. Officius uelut filius legitimus, & naturalis emancipatus Nescenij, actor ex vna contra, & aduersus dictum Nesceniũ in causa alimentorum futurorum inter eos uertente in qua proceditur summaria, & de plano iusta formam noua Pragmatica,

Subeat.

In primis, &c.

Item ponit quod præsens causa alimentorũ futurorum fuit, & est petitionis prout infra melius dici, colligi, & censeri potuit, & potest, & die sua, &c.

Itẽ ponit quod nulli dubium est qualiter dictus Nascennius venit condemnandus, adsoluendm, & assignandũ, eidem officio eius filio legitimo, & naturali emancipato alimenta futura iusta qualitatem ipsius actoris, & facultatẽ dicti cõuẽti, pro rebus necessarijs ad victũ & vestitum eius personę, ne veniet fame perẽdus, nã clare constat quod ipse actor fuit, & est filius legitimus, & naturalis ipsius conuenti, &c. de patre, & filio fuerunt ad inuicem visi tractati, reputati de omnibus eis cognoscentibus. atq; dictus quentus semper fuit visus tractare, & reputare dictum actorem, vt eium verus filium legitimum, & naturalem, natum, & procreatum ex eo, & Dom. Berta eius vxore, eo maxime quod ipse actor est pauper, & non habet nec tenet bona super quib' possit legitime ali prout decet iusta qualitatem suę personę, & est iuris, & per scripturas apparet, & melius dic. sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Item ponit quod iam sunt circa annos tot ꝙ inter dictos Nescennium, & Bartã eius vxorem fuerit contractũ, & ligitime consumatum matrimoniũ, Grecorum more, aut latinorum more contemplatione cuiusquidem matrimonij fuerũt dotatę, & assignatę eidem. Nascenio per parentes ipsius Bertæ vnc. tot pecuniarum, & vnc. tot raubarum, & arnesij domus, & cammare, vt hæc, vt alia disusius videtur cõtinere tenor dicti contractus matrimonialis celebrati in actis tal. Notarij die, &c. In quo habetur relatio de quoquidẽ matrimonio fuerũt nati, & procreati dictus actor, & Gaius eius frater, quo casu stante consuetudine Regni, & F Vrb. Panor. atq; etiam de iure bona confunduntur, & tertiãtur natis filijs scilicet vna pars competit patri alia vero matri, & alia filijs, de quibusquidem dotibus competentibus eisdem eius filijs licet sit vsufructuarius eius, pater, attamen tenetur alere eius filios maxime dicto actori de omnibus rebus necessarijs ex quo sũt, & est persona nobilis, & indiget nonnullis rebus etiam medelis, & stante quod reperitur detemptus de certa infirmitate incurabile prout fuit, & est notoriũ, qui conuentus sẽper recusauit, & adhuc recusat soluere, traddere, & assignare eidẽ actori eius filio alimenta sibi de iure conpetentia, & competitura, secundum facultatẽ etiam dicti eius patris qui fuit, & est diues, & est iuris, & per acta apparet, & melius die sua.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Ad quod probandum ponit non se tamen adstringendo, &c. Qualiter frà lo dicto cõquento, & Berta sua moglieri ia si fãno anni tot che fu contractu, & legitimamenti consumato matrimonio ala Greca seu ala Latina dello quali matrimonio ni fu nato, & procreato esso actore, & lo dicto Gaio suo frate defuncto morto senza figli legitimi, & naturale in virtu del

del quali matrimonio per li parenti d'essa donna Berta foro dotati, & assignati allo ditto conuento vnc. tot. lo quali conuento fù, & è ricco, & persona nobili, & lo ditto atturi pouero, nobili, & infirmo grauato di tali infirmitati, & attento la sua qualità, & habilità del detto suo patre non ci uoli manco di unc. tanto per ragione di alimenti ogn'anno un'anno per l'altro di uitto, vestito, & altri cosi necessarij, come figlio legitimo, & naturali del detto conuento, & da patri, matri, & figlio fu trattato, & reputato esso attore, & visto da ogn'uno trattari, & reputari publicamenti, & non obstanti questo detto suo patre haue denegato, & denega prestarci li alimenti, & per tal defetto facilmenti si potria moriri di fami, & est ueritas, & dicant testes quicquid sciunt, aut sentiunt de præmissis ad intentionem producentis etiam extra capitulum, &.......... quiratur.

Item ponit stantibus præallegatis iuribus alijsq; melius per scripturas demostrandis, & in uoce, & in scriptis dicendis, & allegandis, dictus conuentus debet condemnari ad præstandum alimenta prædicta dicte actori, & ei soluere omnia damna interesse, & expensas, & iuris est, & die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Super quibus, & eorum singulis petit, &c.
Item non se adstringens, &c.
Item reuocans, &c.
Item protestatur sibi omnes expensas, &c.
Item protestatur sibi scripturas tā de super calendatas quam præsentandas, &c.

Quare constito, &c. Ipse actor petit dictam Curiam declarari esse filium legitimum, & naturalem dicti conuenti, & domine Berta quo declarato ipsum conuentum condemnari, & cogi condemnatumq; compelli ad dandum, soluendum, exhibendum, & præstandum alimenta dicto eius filio per summa liquidata, & liquidanda, ac legitimè taxata, & taxanda per dictam M. C. tam ex processu, quam extra, etiam post sententiam, & ità petit isto, & omni alio meliori modo, &c. Iudicis Officium implorando, &c. Saluo iure cum protestatione, & mihi arbitrio semper addendi, &c.

Talis Aduocatus.

Nota 173. par. 1.

ITEM nota in texto ibi causæ possessoriç, &c. Et antequam deueniatur ad
1 vintilationem ipsius causæ † sciēdum est quod aliud est iudicium petitorium, & aliud possessorium, de quo est primo loco tractandū. Nam iudicium possessoriū est illud in quo agitur de mera possessionem, & est summariū, tam ex forma istius nostri statuti, quam de iure, vt dicit Bar. l. momentanee C. vnde vi. Et est triplex scilicet pro possessione adipiscenda, retinenda, & recuperanda, vt in cap. pastoralis, de caus. poss. in glos. 4. adipiscēda, vt verò habetur ff. quorum bonorum l. 1. § 1. vt est quorum bonorum quorum legatorum, & qui tentans possessionē adipiscendam probare debet iustum titulum, vt dicit Iosep. Masca. in conclu. 180. nu. 9. vol. 1 fol. 161. pro verò possessione retinenda, sicut vti possidetis, vt ff. vti possid. l. 1. §. 1. interdictum verò vti possidetis locum habet in rebus immobilius, scilicet sed e fundi, vel edium possessione cōtenditur insti. eo. tit § sed interdicto, nā ibidem in § retinendæ dicitur. Et quia lōge commodius est potius possidere quam petere ideo plerumq; & fere semper ingens, existit contentio de ipsa possessione, habet etiam locum in incorporalibus, vt in quasi possessione, & datur possidenti ciuiliter, & naturaliter, vel etiam, quę possidēti gratia retinendę possessionis, & proponitur quoties inter litigatores contentio est vtrum possideant, quia aliter vter magis se possidere affirmat. Est autem hoc nomen vti possidetis propriè ad immobilia accomodatum, quia solum illa dicuntur propriè possideri eo quod eis qui pedibus insistat, indè enim appellata est possessio, vt in l. 1. ff de acquir. poss. Aduerte quod agens possessorium vti possidetis non cogitur probare se possedisse tempore litis contestate, nisi reus probat se medio ipse possedisse, vt dicit Iosep. Masca. in conclu. 1190. nu. 13. fol. 118. vol. 3. Et agens etiam interdicto vti possidetis debet probare se possidere, & aduersarium turbare, idem Mascar. in conclu. 1190. nu. 2. vol. 3. fol. 118 Item etiam agens interdicto vti possidetis non cogitur probare se bona fide possidere conclu. ead. nu. 59. possessorium recuperanda, vt indè vi ff. eodem tit. l. 1. §. 1. Et dicuntur momentaneę possessiones quia licet obtineat aliquis in possessione tamen cōtinuo elapso momento succumbere, poterit, vt in iudicio proprietatis, vt C. si de momenta possessione fuerit appella. l. 1. Item agens possessorio recuperandæ

perandæ pro sua probanda, debet non solum restitui ad rem quam apprehẽdidit, sed, & omnes alias contiguas, & separata, vt dicit Masc. in conclu. 1184. nu 6 vol. 3. fol. 110.

Iterum dico quod iudicium possessoriũ est triplex, vt supradictum fuit videlicet possessorium adipiscendæ, possessorium retinendæ, & possessorium recuperandæ possessionis,

Possessorium adipiscendæ, exemplificatur in tribus iudicijs videlicet interdicto, quorum bonorum quod competit ei cui delata est hæreditas ex testamento, vel ab intestato pro acquirenda possessione rerum hæreditariarum, & ipsius hęreditatis. Et ad hoc, vt cõpetat hoo
2 interdictũ, sunt † consideranda aliqua ex parte actoris, & aliqua ex parte rei.

Item aduerte quod hæres non acquirit possessionem hęreditatis ipso iure sicut dominiũ vnde non transmictitur possessio à defuncto ad hęredem ipso iure, nisi actualiter, hęres ap-
3 prehendat † fallit tamen quando defunctus possidebat aliquam rem per colonum suum, quia per medium eiusdem coloni transmictitur poss. ssio ad hæredem sine aliqua apprensione, vt late hæc, & alia habentur per Rub. Maran. in suo tract. iud. par 4. distin 7. nu. 2. & seq. vbi dicit nota tu aduocate, qui vis formare libellum pro hærede actore, quia vtilius est intentare interdictum quorum bonorum, ex quo est remedium possessorium, & a sententia lata super eo non appellatur, ad effectum retardandę executionis. Possessorium adipiscendę in interdicto quorum legatorum, quod competit hæredi ad auocandam possessionem legati à legatario, qui occupauit illud propria
4 authoritate. † Nam de iure prohibetur lagatarius capere possessionẽ lagati propria authoritate, sed debet illam capere de manu hęredis alias cadit à iure suo, quando illam caperet non vacantem. Et hoc locum habet quando hæreditas est capta, si vero non est capta hæreditas, si legatarius occupat possessionem vacantem non cadit à iure suo, sed tenetur per hoc interdictum restituere possessionẽ hęredi, vt possit detrahere falcidiam, & de iure ipse debet hæredem quenire, ibidem Maran. nu. 10. in reliquis verò vide, ibidem Maran. nu. prædicto 10. vsq; ad 14. exclusiue.

5 † Secundum principalem possessorium est, quod appellatur retinendæ possessionis, quod exemplificatur in duobus tantum interdictis videlicet interdicto, uti possidetis, & utrobiq; differunt in hoc, quia interdictũ, uti possidetis datur pro rebus immobilibus interdictũ utrobi, pro rebus mobilibus. Competit enim istud possessorium retinendæ ei, qui possidet, & turbatur in possessione per aliquem, nam potest petere quod imponatur turbanti perpetuum silentium, ne decipiatur perturbet eum in sua possessione, & quod teneatur ad interesse turbationis factę. Hęc tria debet comprehendere libellus in hoc possessorio, per quod petitur quis conseruari, & manu teneri in possessione, ibidem Maran. à nu. 14. usq; & per totum n. 18.

6 Item † dicit Mara. ibidem num. 19. an autem in illo possessorio retinendę admictatur articulus de proprietate? dic q sic, quia non dicitur inpertinens immò pertinẽs ad causam. ex quo facit obtinere eum, qui probat de titulo, stãtibus probationibus equalibus, unde nõ potest repelli in al js autẽ vide supra Mara nu. 20.

7 Tertium † principale possessorium est quod appellatur recuperandę possessionis, in quo duo requiruntur copulatiue ad hoc, ut cõpetat unũ uidelicet quod actor quandoq; possederit, & nunc à possessione ceciderit, secundũ quod possessio sit pęnes aduersarium, vel quo dolo desierit possidere, item si non dolo quando sumus in interdicto, vnde vi. ibidem Mara. num. 21. in reliquis vero de ista materia vide in alijs numeris adictio 21. per totum.

8 Iuditium vero † petitorium est quod principaliter agitur de proprietate, seu dominio alicuius rei scilicet vbi agitur rei vendicatione l cũ fundum §. fi. ff de vi, & vi armata. de qua materia inferius est tractanda, nam primo loco diueniendum est ad iudicium possessorii, quod est triplex, vt supradictu fuit scilicet adipiscendę, retinendæ, & recuperandę taliter quod est tractandum ad formas libellorum in dictis casibus forma quorum vide infrà.

Forma libelli in possessorio adipiscendæ aliquod officium.

Memoriale rationes, & iura quæ, & quas dat, offert, & præsentat, in M. R. C. Mevius actor ex vna, contrà, & aduersus Titium quentum parte ex altera, in causa possessoria adipiscendæ tal. off. in qua proceditur summarie, & de plano iuxta formam nouæ pragmaticæ.

In primis, &c.

ITem ponit quod pręsens causa possessoria fuit, & est petitionis, prout infrà melius dici colligi, & censeri potuit, & potest, & melius sua die, &c.

Item ponit pro intelligentia facta qualiter sciendum est iam sunt tot menses quod dictus actor fuit effectus, & creatus officialis in tali officio talis Ciuitatis seu Terræ, aut legitime, & canonice in tali Ecclesia prout consuetum est, & semper

& semper ita praticatur à tanto tempore, quod non est memoria hominum in contrario. quod in electione officij, talis Ecclesiæ solet congregari canonicos sacerdotes capitulariter eligere, & creare in vicarium generales sedis vacātis talis Ecclesiæ seu fuit creatus more solito officialis tal. Cittatis seu Terræ, quoad talem spectantius eligendi, & creandi in officiales in tali officio, & in prædicta Ciuitatæ, seu Ter. & dictus conuentus licet nullaliter, & indebite detinet prædictum officium, & eius possessionem, & noluit, nec vult se desistere non sine graui præiudicio, & interesse dicti actoris, qua de causa passus fuit nonnulla damna prout per scripturas apparentem, & melius die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus.

AD quod probandum ponit non se tamen astringendo, &c. Qualiter già sonno circa mesi sei che fù eletto, & creato capitulariter il tali in tali officio di tali Ecclesia, & di tal modo sempri si haue obseruato, & praticato di fare la electione di detto officio, & di tanto tempo che non c'è memoria di home in contrario seu fù eletto, & creato officiali di tali Terra, & il detto conuento non haue promeso che esso attore hauessi preso la possessione di detto officio immo à quello haue torbato, & si tene la possessione di quello indebitamente contra ogni forma di ragione, & dicant. testes quicquid sciunt, aut sentiunt de præmissis uiderunt, & audiant ad intentionem producentis, etiam extra capitulum, & .... quiratur.

Item rationibus antedicti alijsq; apparentibus per scripturas, & melius die sua dicendis, & allegandis in uoce, & in scriptis, quæ habeantur per protestatis, calendatis, productis, dictis, & allegatis in præsenti causa dictus conuentus condemnandus uenit, & eo modo, & forma inferius declarandis, & iuris est, & die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Super Quibus, & eorum singulis petit, &c.
Item non se adstringens, &c.
Item reuocans, &c.
Item protestatur sibi omnes expensas, &c.
Item protestatur sibi omnes scripturas, &c.

Quare consilito, &c. Petit ipse actor, quod per dictum M. C. amoueri dictum conuentum, & amouendum fore declarari, & decerni, & dictum actorem induci, & inductum defendi & manu teneri in possessionem, etiam per vos, & vostram Curiam assignari ei, & actori in dicto loco omnia, & singula, quæ alij Officiales eiusdē loci, & dignitatis percipere, & hodiè solent, & quod tractetur ex nunc in antea, & habeatur, vt Officialis eiusdem Officij cū omnibus lucris, emolumentis, gratijs, dignitatibus, prorogatiuis, honoribus, & honeribus quibus magis, & melius alij vsi fuerunt, atq; etiam cogatur, & condemnetur dictus conuentus ad omnia, & singula damna, & interesse, & extra pars leg time liquidata, & liquidanda, tam ex processus quam extra etiam post sententiam, & ità petit isto, & omni alio meliori modo, &c. Officium iudicis implorando, &c. saluo iure cum protestatione, & mihi arbitrio addendi, &c.

Vidit Talis Aduocatus.

Nota 174. par. 1.

ITEM nota quod antequam deueniatur ad formandum alios libellos in ista causa possessoria † scire debet qualiter uocatur interdictum scilicet quasi inter duos dictum, uel redditum, vt insti. interd. circa prin. & ff. eo tit. & in §. exhibitoria alias §. sunt tamen in fi. Et aliqui dicūt interdictum ab interdicendo idest prohibendo quod non placet, cū per interdicta non semper prohibeat immò aliquando aliquid fieri subeat Iudex, & instit. eo. tit. § 1.

Differebat antiquitus interdictum ab actione, quia sollemnitas actionum erat inducta de iure ciuili, interdictum autem à iure Prætorio, vel secundum Azo. quia in actione uerborum solemnitas non formabatur in singulorū personis, sed erant generaliter in omnium personis formata sollemniter uerba. Interdictus autē quod erant homines, qui uolebant ea proponere, tot eis desiderantibus, & petentibus formabatur uerborum solemnitates uel cōceptiones, quibus contra suos aduersarios in causis suis utebantur, quas interdicta uocabant, de hoc no. insti. eo tit. in prin. & ff. eo. super Rub.

2 Hodie † autem inter actiones, & interdicta nulla est differentia, vt instit. eo. tit. §. fin Est ergò interdictum actio in factū Pretoria idest à Pretore inuenta. Et aliquod nomen sortitur ab inuentore, vt saluianum. Aliquod à principio formæ uerborum, vt quorum bonorum, quorum

quorum legatorum uti possidetis. Aliud à materia de qua tractat, nomen accipit, vt ne quid in loco sacro fiat de locis, & itineribus publicis, vt nequid in loco publico, & itinere publico fiat, de loco publico fruendo, &c. Vnde interdictorum aliud petitorium, aliud possessorium, & aliud mixtum de petitorio ff. eo. tit. l. interdictorum §. quædam de mixto ff. de aqua quoti. & esti. l. 1. §. fin. de possessorio insti. eod. tit. § sequens diuisio.

3 Item scias quod † huius interdicti tria sunt membra, quia aliud est interdictum possessorium, de quo tractatur in præsentiarum in isto nostro tractatu, primo datur pro adipiscenda possessione, item aliud pro recuperanda, item tertium pro retinenda, primum competit scilicet ei, qui nō fuit ante natus possessionem, & illud est triplex, videlicet quorum bonorum, item quorum legatorum, & etiā saluianum. Primum competit hæredi, aut filio emancipato pro possessione hæreditatis à Prætore petita. Quoniam filius emancipatus de iure ciuili non admictebatur ad hæreditatem paternam,
4 sed quia † emancipatus ita est filius sicut in patria potestate existēs, ideo Prætores idest Magistratus à populo Romano creati gratia emendandi defectus legis 12. tabularum secundum equitatem, dum tamen non tollerent dispositionem iuris ciuilis, statuerunt iure Prætorio emancipatum admictendum ad res vniuersas corporales, nec non ad iura incorporalia. Et datur directū de iure Pretorio, item vtile verò de iure ciuili, & est effectus huius interdicti quod ex ea filius emancipatus agere potest contra possessorem rerum paternarum, sic concludendo, scilicet peto talem condemnari ad dādum mihi talem rem cuius hæres factus sum de iure Prætorio. Item secundum † videlicet quorum legatorum competit hæredi contra legatarios, qui propria authoritate legata apprehendunt, quorum ipse esse debet distributor postquam falcidiā deduxit. Puta si aliquis habet tres filios, & domum, & vineam, domum legat primo, secūdo vineam, & tertium hæredem vniuersalem instituit, qui nihil reperit in hæreditate. Debet ergo tertius habere falcidiam, idest quartā partem hæreditatis, & sic deducta quartā parte à domo, & à vineam, ille tertius distribuit alijs filijs primo, & secundo, legata residua de manu sua, quæ ipsi propria authoritate non debent apprehendere. Ergò effectus huius interdicti est quod petat legatarios cōdemnari in omnibus legatis restituen-
6 dis quorum ipse hæres est. Item tertium † scilicet saluianū competit locatori contra inquilinum, qui deportat bona sua de hospitio sibi locato, nec reducit ad pristinum statum, quia omnia obligata sunt hospiti tacitè pro censu, vel ficto. Item secundum videlicet impossessorio pro recuperanda poss. competit eiecto de possessione, & hoc tripliciter scilicet, vnde vi, de possessione immobili vi bonorum raptorū spoliato de mobili, & quod vi, aut clam contra eum, qui in solo alicuius edificauit. Item tertium possessoriū scilicet pro retinenda possessione, & istud interdictum possessorium competit contra molestantem aliquē in possessione, & est duplex scilicet vti possidetis, quod competit inter duos, qui eandem rem immobilem contendunt possidere, & vtrobi, quæ gratia possessionis est inter duos super re mobili, de his vide glos. quartam, & septimam in cap. pastoralis de causa possess. & propriè vbi plene, & nota optimam gloss. & magistralem in l. si quis in tanta, C. vnde vi, vbi ponuntur multi casus in quibusquis non incidit in penā huius nouæ constitutionis si quis n. ō. enim dicitur agi vnde vi, sed ex illa constitutione. Interdictorum etiam quædā sunt publica, quædam priuata, quædā simplicia, in quibus alter est actor, & alter reus, ut sunt restitutoria, vel exhibitoria. Quædam duplicia in quibus pars vtriusq; litigatoris conditio est, nec quisquam actor, vel reus præcipuè intelligitur, sed quilibet, tam rei, quam actoris partes sustinet insti. de interdi. §. tertia, & §. duplicia, & ff. eo. tit. l. 2. vbi de hoc, & in l. 3 eo tit.

7 Item, & aliæ diuisiones interdictorum plures ponuntur de quibus vide spec. in trac. libel. tit. de caut. poss. & propriè, § quia verò adsunt etiam in dicto spec. alia interdicta priuata ibidem in §. priuata, scias quod publiciana intentare potest agens ad fideicommissum, Mascard. conclus. 778. num. 10. fol. 131. vol. 2.

Et sic ea, quæ superius dicta sunt sufficiunt pro casu nostro, & pro modo tractādum est de infrascriptis libellis in ipsa causa possessoria, & primo in libello hæreditatis ex testamento, & inde ab intestato, & post modum de alijs necessarijs, quorum libellorum sunt, vt infra.

Forma libelli in causa possessoria pro hæreditate ex testamento.

Memoriale rationes, & iura quæ, & quas dat offert, & præsentat in M. R. C. Fabritius de T. nominibus actor ex vna, contra, & aduersus Pomponium de T. conuentum parte ex altera in causa possessoria infrascriptæ hæreditatis inter eos vertente in qua summariè, & de plano proceditur iuxta formam nouæ Pragmaticæ.

In primis, &c.

ITem ponit quod præsens causa possessoria petitionis hæreditatis ex testamento fuit, & est prout infrà dici colligi, & censeri potuit,& potest,& die sua,&c.

Item ponit quod his temporibus non longo decursis sicut domino placuit mortuus, & defunctus fuit in Vrb. Fæl. Panor. Cammillus de T. cuius pater condito prius per eũ suo nuncupatiuo testamento in actis talis Notarij, in quo in hæredem vniuersalem in, & super omnibus, & quibuscũq; bonis suis instituerit prefatum actorem cum illis clausulis conditionibus,& cautelis, vt in dicto testamento ad quod in omnibus, & per omnia plena habeatur relatio. Nouiter verò indebitè minus iustè, & contra iuris formã Pomponius de T. post mortem dicti condam Cammilli occupauit, & apprehendit, & ad huc hodiè tenet occupatam hæreditatem, resq; & bona hæreditaria dicti condam defuncti, qui tempore sui dicessus tenebat, & possidebat, & ante eius mortem pro sua, & tamquam sua, quamquidem hæreditatem, res, & bona hæreditaria conuentus dimittere,& relaxare recusauit, & hodiè recusat dicto actori hæredi instituto, vt supra, non finè suo maximo damno præiudicio, & interesse, prout per scripturas demostrabitur, & iuris est, & die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

AD quod probandum ponit non se tamen adstringendo, &c. Qualiter già sonno circa mesi vno, & giorni che fù morto, & defunto in ditta. Felici Città di Palermo il detto condam Cammillo dr T. della quali morte si feci pianto, & lutto, & innanzi la sua morte feci il suo nuncupatiuo testamento in li acti del tali Notaro, nel quali instituio heredi vniuersali al ditto Fabritio acturi suo figlio legitimo & naturali, nato, & procreato da esso, & di seya sua moglıere, la quali hereditati haue tenuto, & de presenti teni occupata il detto Pomponio, & non haue voluto quilla restituiri al ditto heredi vniuersali, & dicant testes quicquid sciunt, aut sentiunt, viderunt, & audiuerunt ad intentionem producentis, etiam extra capitulum, & ... . queratur.

Et sic rationibus iam superius allegatis, & alijs apparentibus per scripturas clarissimè patet de maximo iure dicti actoris, & de non iure rei conuenti, & prout melius die sua declarabitur in uoce, & in scriptis ergò, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si,& quatenus, &c.

Super quibus, & eorum singulis, &c.
Item non se adstringens, &c.
Item reuocans, &c.
Item protestatur sibi omnes expensas, &c.
Item protestatur sibi omnes scripturas, &c.

Quare consilito, &c. Petit ipse actor per ipsam M. R. C. esse mictendus in possessionem rerum, & bonorum que fuerunt, & remanserunt post mortem dicti condam defuncti, dictumq; actorem fore, & esse mictendum, & micti, & induci debere in possessionem, hæreditatis, & bonorum dicti condam remansorum post eius mortem nec non ipsum actorem naturaliter, & actualiter introduci, & imponi debere incorporalem, ciuilem, & naturalem, vacuam, liberam, & expeditam possessionem hæreditatis, & bonorum prædictorum inductumq; & impositum manutenendum, & defendendum, vt iura disponunt contraditionibus, & allegatis ex aduerso tãquam reiectis in aliquo non obstantibus; prædictum conuentum etiam cogere, & cõpellere deberi ad omnia, & singula damna interesse, & expensas, passas, & paciendas per ipsum actorem occasione occupationis hæreditatis prædicta legitime liquidatas, & liquidandas, tam ex processu, quam extra, etiã post sentẽtiam, & ita petit isto, & omni alio meliori modo, &c. Iudicis officium implorando, &c. Saluo iure, & mihi arbitrio cum protestatione addendi, &c.

V. T. aduocatus.

Nota 175. par. 1.

1 ITEM nota quod scire oportet antequam deueniatur ad alios libellos, qualiter pro supradicto possessorio † quinq; reperiũtur remedia pro hereditate vẽdicãda. Primũ est interdictũ quorũ bonorum, de quo traditur in toto tit. ff. & C. quorum bonorum secundum est conditio ex lege, de quo habetur in l. fi. C. de edic. diui Adrian. Tollen. super quo fũdatur dictus libellus. Tertiũ est petitio hæreditatis, quæ est actio de qua loquitur to. tit. ff. & C. de peti. hæred. Quartum est actio fam.

fam. ercif. de quo habetur in tit. ff. & C. fam. ercif. Quintum est fideicommissariæ hæreditatis petitio, de qua loquitur tit. de fideicom. habetur pe. patria duo remedia, scilicet interdictum quorum bonorum, & conditio ex lege sunt remedia possessoria, quia in eis solum illud quęritur an defunctus possederit, non autem, an dominus, vel quasi fuerit, vt in his habetur, alia verò tria remedia posteriora, scilicet petitio hęreditatis, fam. erciscundę, & fideicommissaria hæreditatis, petitio proprietatis, causam in se habent, quia in eis quæritur, an defunctus fuerit dominus, vel quasi, vel ius aliquod in rebus habuerat, per quæ patet vna differentia interdicta remedia.

2 † Sunt etiam aliæ differentię pro huiusmodi possessorio, de quibus plene not. per glos. in dict. l. fin. & in l. 1. C. quorum bono. In quibus conueniant duo priora remedia possessoria, respondetur quod in pluribus. Primo, quia vtrumq; datur hæredi scripto. Item datur vtrumq; pro rebus corporalibus tantum, non autem pro incorporalibus, vt l. fin. ff. quorum bonorum, & l. fin. vers. 1. C. de edic. di. Adria. Tolen. Item vtrumq; datur pro vniuersa hereditate, & non pro rebus singularibus, vt l. 1. in fin. ff. quorum bonorum, & ibi not. Item vtrumq; remedium est perpetuū, tam interdictum, quam conditio ex lege, Argu. l. in honorarijs ff. de act. & obli.

3 † Differunt tamen in aliquibus, quia interdictum nō datur ex testamēto, vt d. l. 1. ff. quorū bono. & l. 1. cū seq. ff. eo. tit. Sed conditio ex l. solum datur ex testamento, & non ab intestato, vt d. l. fin. in princ. & ibi not. in glos. super verbo in omnibus bonis. Quid autem differant à petitione hęreditatis, & quid differat petitio, hęreditatis ab actione familię erciscundę? tangitur in glos. pręallegat. & quid differat directa petitio hæreditatis à fideicommissaria? habetur in l. 1 ff. de fideicommissa hær. pet. vna tamen potest generalis differentia determinari inter petitionem hæreditatis, & familię herciscundæ. Nam petitio hæreditatis datur in quemcumq; singularem successorem, vt l. licet minimam ff. de pe. hæ. sed actio, familiæ herciscundæ competit solum contra hęredē, vt l. 2. §. penul. fam. ercisc. scias quod nemini nocet, & alteri prodest facile est concedere, Mascard. conclu. 183. n. 6. fol. 418. vol. 2.

Nota 176 par. 1.

ITem nota ꝙ superius in dicto libello dictum fuit ꝙ conuentus cogatur etiam ad omnia, & singula damna interesse, & expensas, † ergò videndum est si dictus conuentus fructus ex his bonis præcepit, an tenetur eos restituere dicto actori hæredi, vt supra? dic quod aut fuit reus conuentus possessor malefidei, & tunc siue fructus extant, vel consumpti sunt, tenetur ad restitutionem, aut fuit bonefidei, possessor, & tunc distinguitur, aut fructus extant, & tunc tenetur eos restituere, aut sunt consumpti, & quanto est factus locupletior, & non vltra, vt hæc omnia habentur, & probantur in l. illud §. prædio, & l. quod si sumptus cum seq. & l. cum hæreditas, & l. ancillarum, & l. sed, & si lege, §. si fructus, & l. item veniunt, §. fructus, & ibi notata ff. de pe. hære. licet vbi agitur actione singulari, aliter distinguatur, vt traditur per glo. in d. §. fructus, & ista, quæ dicta sunt sufficiunt pro instrutione iuuenum, & modo deueniendum est ad libellum in ipsa causa possessoria ab intestato cuius tenor talis est.

Forma libelli in causa possessoria ab intestato.

Subeat. *Memoriales rationes, & iura, quæ, & quas dat offert, & præsentat in M. R. C. Lucas Antonius de T. nominibus, & actor ex vna, contra, & aduersus Ioseph Ludouicum de T. conuentum parte ex altera, in causa possessoria inter eos vertente in qua proceditur summariè, & de plano iuxta formam noue Pragmatica.*

In primis, &c.

ITem ponit quod præsens causa possessoria fuit, & est petitionis, prout infra melius dici colligi, & censeri potuit, & potest, & die sua, &c.

Item ponit pro intelligentia facti qualiter nouiter sicut Altissimo Domino placuit mortuus, & defunctus fuerit ab intestato in hac Vrb. Panor. Thomasius Franciscus de T. vel nullo per eum condito testamento nullisq; ex eo superstitibus liberis, nec aliqua alia persona proximiore in gradu ipsius Thomasio Frācisco defuncto, nisi dictus actor, cuius rei causa dicti condam defuncti, fuerunt, & tunc ab intestato deuoluta ad ipsum actorem, & ad eum iure proximitatis, & tamquā proximiorem pleno iure spectauerunt, & pertinuerunt, ac spectant, & pertinent ad ipsum actorem, quam hæreditatem adiuit, & adit ex causa prędicta, quęquidē res, & bona hæreditaria prædictus defunctus tēporibus pręteritis non longe decursis emit, & possedit nouiter verò dictus reus conuentus tenet, & possidet indebite, & minus iuste ipsamq; hæreditatē præfati defuncti, licet nulliter, & indebite occupauit, & voluit, nec vult res, & bona hæreditaria prę-

dicta dimictere, & relaxare, ac reſtituere dicto actori hęreditario nomine iam dicto, primo recuſauit, recuſat contra iuris formam, & prout per acta demoſtrabitur die ſuo ergo, &c.

Quarum tenorem ſibi proteſtatur ſi, & quatenus, &c.

AD quod probandum ponit ad cauthelam non ſe tamen adſtringendo, &c. Qualiter lo ditto condam Maſi Franciſco fù morto, & defunto ab inteſtato in ditta Felici Città di Palermo già ſonno circa giorni, & di ſua morti ſi feci pianto, & lutto, il quali defunto non laſſao figli legitimi, & naturali, & per eſſiri morto ſenza fare teſtamento in tutti ſoi beni, raxuni, & attioni ſuccedi il ditto attore come più ſtritto ingrado di detto condam defunto con lo quali ſi trattauano di conſobrini carnali, & in tali, & per tali erano reputati, & trattati, & viſto adinuicem trattare, & reputare da ogn'vno che li conoſcia, & hauia in prattica taliter che in li beni, & heredità di detto condam ſucceſſi lo ditto attore, & indebite hoggi la teni, & poſſedi, & haue occupato lo ditto conuēto, & di quilli beni percipendoſi li frutti vndi che ni ha conſecuto alla ſumma di butti cento, di vino, & tanti di altri frutti, & eſt veritas nihilominus dicant teſtes quicquid ſciūt; aut ſentiunt, viderunt, & audiant de præmiſſis ad intentionem producentis etiam extra capitulum, & .... quiratur.

Ponitq; etiam rationibus ſupradictis alijſq; melius die ſua in voce, & in ſcriptis dicendis, & allegandis, & per ſcripturas demoſtrandis clariſſimè conſtat, & apparet de maximo iure actoris, & de non iure conuenti, & eſt iuris, & melius ſuo die ergò, &c.

Quarum tenorem ſibi proteſtatur ſi, & quatenus, &c.

Super quibus, & eorum ſingulis, &c.
Item non ſe adſtringens, &c.
Item reuocans, &c.
Item proteſtatur ſibi omnes expenſas, &c.
Item proteſtatùr ſibi omnes ſcripturas, &c.

Quare conflito, &c. Ipſe actor nominibus iam dictis petit. per dictam M. R. C. pronuntiari, & declarari debere res, & bona, iura, & actiones hæreditatis prædictæ remanſæ poſt mortem dicti condam defuncti, ſpectare, & pertinere pleno iure dicto actori nominibus iam dictis, vel vt conſobrino dicti condam defuncti quo declarato cògatur, & condemnetur ipſe conuentus dimictere, relaxare, ac reſtituere eidem actori nominibus, vt ſupradictam hęreditatem reſq; & bona, iura, & actiones hæreditariæ prædictæ vna cum fructibus perceptis, & percipiendis, & qui percipi poterant à die occupationis prędictę vſq; ad effectiuam reſtitutionem, & ſolutione vna cum omnibus damnis, intereſſe, & expenſis, paſſi, & paciendis per ipſum actorem legitime liquidatis, & liquidandis, tam ex proceſſu, quam extra etiam poſt ſententiam, & ità petit iſto, & omni alio meliori modo, &c. Iudicium officium implorando, &c. Saluo iure cum proteſtatione, & mihi arbitrio ſemper audendi, &c.

V. T. aduocatus.

Nota 177. pat. 1.

1 ITEM nota ꝙ in petitione hæreditatis † aduertendum ſit ꝙ datur tamen ex teſtamento quam ab inteſtato, vt l. licet, & ibi no. de iu. deli. & l. hæreditari. C. de pet. hær. & l. in q. i. cau. ceſ. lon. temp. præſc. ſunt etiam duratius, & facultas hæreditatis adeūdę, vt d. l. licet ius tamē deliberandi ſuper adeunda hæreditate durat ſolummodo per annum, vt l. cum antiquioribus C. de iuris traſmiſſio in hæredē hæredis quęcūq; ſiue extraneum, ſiue ſuū cum poteſtate adeundi, vel repudiandi, vt d. l. cum antiquioribus, anno vero elapſo hæreditas modo adita modo traſmictitur regulariter nec ius aliquod adeundi, vt l. quoniam C. de iur. delib. & l. 1. §. in nouiſſimo. C. de cadu. toll. niſi ſit ilius minor † infante, qui hæredi-
2 tatem omnium ſuorum aſſendentium traſmictit non aditam etiam poſt annum in eius deſcendentes, vt l. 1. in nouiſſimo C. de cad. tol. & l. 1. C. de his, qui ante aper. ta. mino. etiam ad omnes cuius gratiam circa traſmiſſionem hæreditatis, duo ſunt conſideranda principaliter. Primo † an ius deliberandi traſmictatur & dic quod ſic ad omnes heredes ſiue ſint aſcēdentes, ſiue deſcendentes, ſiue eſtranei, vt l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. Secundo eſt conſiderandum, an hæreditas non adita, & ſic ius adeundi traſmictatur, & hoc eſt diſtinguendum, aut ille, qui deceſſit hæreditate non adita erat infans, & tunc, aut erat hæreditas paterna, vel materna, & tunc traſmictitur in eius aſcendentes vtriuſq; lineę, aut erat hæreditas

hæreditas estranei, & tunc secundum cõmunem Doct. opi. etiam transmictitur. tam ad patrem, quã ad matrem, & alios superiores vtriusq; lineç per l. fi. in facti C. de iur. delib. & no. Bart. in l. ventre ff. de acquir. hær. & l. ex militari ff. de test. nioli. & l. 2. ff. si quis ex liberis. C. ad Ter. Aduerte tamen quod infans extraneus hæreditatem non transmictit ad eius matrem, nec ad alios superiores ex linea materna, sicut facit ad matrem. Aut ille qui decessit hæreditate non adita erat maior infante; & in hoc subdistingue tres principales casus, quãdoq; enim queritur de transmissione hereditatis paternç, vel maternç fienda per filium, vel alium descendentem. Quandoq; queritur econuerso de transmissione hæreditatis filij, vel nepotis aut alterius descendentis fienda per eorum ascendentes. Quandoq; queritur de transmissione hæreditatis transuersalium puta fratuum consanguineorum inter se, vel aliorũ extraneorum. Primo casu dum queritur de trasmissione hæreditatis ascendentium puta paternç, vel maternç fiendç per eorum descendentes subdistingue. Aut loquitur in filio, vel nepote in potestate defuncti constituto, & per eum fit indistinte transmissio in quascumq; tam ascendentes, quam descendentes, etiam extraneos secundo cõmunem omnium Doct. opi. vt probatur in dicta. l. ex militari § fin. ff. pe. test. mil. & l. hereditatem §. si filius ff. secast. pec. & l. lucius. ff. de iure fisci. Aut loquitur in filio nepote emancipato, & tunc si habet descendentes fit in eis transmissio secundũ omnes Doct. per l. 1. de his, qui ante aper. tab. si vero habet solos ascendentes, puta auũm vel matrẽ, & tunc secund. opi. glo. traditam in l. q. C. ad orsi, & dicta l. 1. fit in eos transmissio de equi-

4 tate dictę lege 1. Aduerte † etiam quod de iure nouissimo in quo est sublata differentia emancipationis, & patrię potestatis, vt in auct. de hær. ab intest. §. nullas, videtur dicendum quod fiet transmissio, sicut dictum est de illo, qui est in potestate pro quo facit l. meminibus. C. de hær. Tamen credendũ est quod hodie equaliter fiat transmissio, tam per emancipatũ, quã per suum in potestate constitutum, & hoc respectu sit vera opi. dicta glo. de qua in dicta l. 2. ad

5 or. si Nam † quando generaliter loquitur generaliter debet intelligi vt l. 1. §. generaliter ff. de ie. præstan. cum si.

Et sic satis est ea quę dicta sunt ꝓ casu nostro & pro fabricatione supradictorum libellorum in possessione recuperanda modo vero deueniendum est ad possessionem retinendam pro conclusione istius causę possessoria in reliquis vero vid. spec. in tract. libell. quiquidem libelli pro possessione retinenda sunt prout infra.

Libellus in possessorio retinenda.

Subeat. *Memoriale rationes, & iura, quæ & quas dat offera, & præsentat in M. R. C. Fabius de tal. actor ex vna contra, & aduersus Sticum de tal. conuentum parte ex altera in causa possessoria inter eos vertens in qua proceditur, &c. Et hoc summarie & de plano iuxta formam nouæ Pragmatica.*

In primis, &c.

ITẽ ponit quod presens, causa possessoria fuit, & est petitionis prout infra melius dici, eliei, colligi, & censeri potuit, potest, & die sua, &c.

Item ponit pro facti intelligentia qualiter dictus actor iuste, & legitime a plurib. annis citra, tenuit, & possedit, ac tenet, & possidet qdam locum arboratum situm, & positum, in territorio Fæ. Vrb. Pano. in contrata nuncupata li Ficarazi secus tales, & tales confines, vel talem rem, aut officium siue equum. Et hoc non obstante indebite, & minus iuste, contra iuris formam dictus reus conuentus inquietat, & turbat dictum actorem de possessione præcalendati loci, &c. De quaquidem possessione ipse quentus turbat dictum actorem in prædicta possessione, & eam non permittit pacifice & quete possidere, vt de iure requiritur locum prædictum, & illum cultiuare, & cultiuari facere de debitis, & solitis culturis, & seminare terras vacuas in disto loco existentes, & non solum inquietat dictum, actorem sed verũ etiã eius colonum de certa parte ipsius loci ei affictatus, & noluit, nec vult se desistere nec permictere quod quiete, & pacifice ipse actor, & dict⁹ eius colonus agant eaque requiruntur in bonis prædictis non sine eorum maximo damno preiudicio, & interesse, vt melius die sua per scripturas, & acta demostrabitur.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

AD quod probandũ ponit ad cautelam non se tamen adstringendo, &c. Qualiter lo dicto acturi di alcuni anni in qua haue tenuto, & posseduto quiete, & pacifice vn certo suo loco existenti in lo territorio dila Fælici Cità di Palermo alla contrata di li Ficarazi in canto lo loco di Vincentio de Bringnoli di vna parti, & in canto lo locu, & vigni di Petro de Gazoris di altra parti, tanto ipso come etiam il suo colono, & ingabellatore di certa parti di dicto loco, & nouitur il dicto quento cum poco timuri

timuri di nostro Signore Iddio è dila Iustitia in quieta, perturba, & molestia, al dicto acturi, & suo colono dila dicta sua pacifica, & quieta possessione, & nō permitti che pacificè, & quietè poczano seminari, & cultiuari lu locu predicto vndi che ci haue causato molto damno, interesse, & dispesi vltra la summa di vnc. tot. etiam est pura veritas, & dicant testes quicquid sciunt sentiunt, viderunt, vel audierunt de præmissis ad intentione producentis etiam extra capitulum, &.......... queratur.

In tãtum quod ex capitibus de super expressatis, & calendatis clarissime constat, & apparet de aperitissimo iure ipsius actoris, & de non iure conuentorũ, & per scripturas demõstrabitur ergò, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Super quibus, & eorum singulis infertur, & petit, &c.
Item non se astringens, &c.
Item reuocans, &c.
Item protestatur sibi omnes expensas factas, & faciendas, &c.
Item protestatur sibi omnes scripturas præsentatas, & præsentandas, &c.

Quare constito, &c. Petit ipse actor per ipsam M. R. C. conuentum prædictum à dictis inquietatione molestatione probitione, perturbatione se desistere debere, quo declarato declaretur quod ipse actor ex nũc in antea pacificè, & quiete, possideat supradictũ locũ, & in sua pacifica possessione gaudere, & manuteneri prout ante ipsam perturbationẽ detinebat possidebat, & gaudebat, atq; etiam habeat velit, & debeat dictus cõuentus soluere, satisfacere, & assignare omnia, & singula damna, interesse, & expensas, factas, & faciendas, aut quomodocumq; & qualitercumq; passas, & patiendas occasione perturbationis prædictę legitime liquidatas, & liquidandas, tam ex processu, quam extra etiam post sententiam, & ità petit isto, & omni alio meliori modo, &c. Iudicis officium implorando, &c. Saluo iure cũ protestatione, & mihi arbitrio addẽdi, &c.

Vidit T. Aduocatus.

Alia forma libelli in ipsa causa possessoria retinenda.

Subeat. *Memoriale rationes, & iura qua, & quas dat offert, & præsentat in M. R. C. Rodoricus de T. actor ex vna, contra, & aduersus Rolandum de T. conuentum parte ex altera, in infrascripta causa possessoria inter eos vertente in qua proceditur summariè, & de plano iuxta formam nouæ Pragmatica.*

In primis, &c.

ITem ponit quod præsens causa possessoria fuit, & est pentiones prout infrà melius colligi, dici, & censeri potuit, & potest, & die sua, &c.

Item ponit quod iam sunt circa anni triginta quod dictus actor per se, vel per alium eius nomine tenuit, & possedit continuè, pacificè, & quiete sine contraditione quamdam vineam scitam, & positam interritorio Fæl. Vrb. Panor. in contrata nuncupata li Chiaculli secus tales confines, &c. Et prout hodie tenet, & possidet tamquam suam, & pro sua veris indubitatis, & legitimis titulis, & causis, quam dictus conuentus de anno seu mense præsentibus eumdẽ actorem de dicta sua possessione pacifica turbauerit, & præsentialiter turbat, & molestat indebite, & minus iuste ipsi actori, & possessori ipsius vineæ ingressus clandestine fuerit, & ipsum actorem in ea nititur turbare, & molestare non permictendo, nec paciendo ipsum actorem eiusq; colonum, & massarios, & factores libere, & pacifice laborare, & cultiuari facere in dicta vinea, & terris scapulis in ea existentibus ac fructus, & prouentus colligere, & percipere, & habere pacifice, & quiete prout hactenus consueuit nõ sine eius maximo damno præiudicio, & interesse quo casu debuit, & debet cõdemnari prout de iure requiritur, & per scripturas apparet, & melius die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

ITem ponit quod dictus conuentus animo, & intentione turbandi, & molestandi prædictum actorem in eius pacificam, & quietam possessionem dictę vineę cum terris in eis existentibus abstulit, & exportauit fructus, & vuas pendentes, & existentes, qui tunc fuerant, & hodie essent, & extarent prætij, & valoris vnc. tot, prout per scripturas apparet, & per liquidationem super hoc fiendam demostrabitur, atq; etiam dictus conuentus, in dicta vinea intulit, & fecit tot, & alia damna per, quæ ipse actor damnificatus fuit, & est inquantitate etiam vnc. tot, & vltima. Non obstante quod per

per sæpe ad monuit, & interpellauit dictũ conuentum, vt à prædictis violentia, & turbatione, desistere, ac restituere, soluere, & assignare, ei vellet damna, & interesse prædicta, quæ tamen surda ante pertransciens tamquam in eius malitia obstinatus facere, & adimplere, recusauit præsentialiterq; recusat, indebite, & minus iuste nescio quo iure est, & repentur ita ostinatus ad malum operandum, & inquietandum actorem contra omnem iuris formam, & per scripturas demostrabitur, & melius die sua ergò, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur fi, & quatenus, &c.

AD quod probandum ponit non se tamen adstringendo, &c. Qualiter, & inde extendantur mutatis mutandis prout in supradicta forma.

Item ponit, & probare intendit ad cauthelam non se tamen adstringendo, &c. Qualiter, & inde est fondatur vulgariter, vt in eo requiritur, &c. Et inde concludatur, vt infra.

Item ponit quod ex rationibus iam superius allegatis de scriptis, & annotatis nempe patet de euidentissimo iure actoris, & de non iure ipsius rei conuenti, & per acta apparet, & melius die sua in voce, & in scriptis, alijs rationibus, dicendis, & allegandis ergò, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur fi, & quatenus, &c.

Super quibus, & eorum singulis petit, &c.
Item non se adstringens, &c.
Item reuocans, &c.
Item protestatur sibi omnes scripturas, &c.
Item protestatur sibi omnes expensas, & damna, &c.

Quare constito, &c. Dictus actor per ipsam M. R. C. quod cogatur, & condemnetur cõuentus prædictus quod habeat vellit, & debeat se desistere, & cessare de cetero ab omni molestia, inquietatione, & turbatione prędictis, & vlterius etiam ad satisdandum idonee, & per mittendum quod in futurũ cessabit, & se desistet à turbatione, & inquietatione ac molestia prędicti quodq; patietur in futurum, & sustinebit dictum actorẽ de dictis bonis, & vinea, & libere quiete, & pacifice tenere, & possidere, & ex ea fructus imposterũ colligere percipere, & habere, atq; etiã cogatur, & condemnetur ipse conuentus tradere, dare, soluere, & assignare eidẽ actori fructus perceptos ex bonis prædictis, quorum defectu ad pretium, & valorem legitime liquidatũ, & liquidandũ vna cũ omnibus damnis interesse, & expensis passis, & patiendis, ac factis, & faciendis per ipsum actorem, tam ex processu, quã extra etiam post sententiam; & ità petit isto, & omni alio meliori modo, &c. Officium iudicis implorãdo, &c. Saluo iure, & mihi arbitrio semper addendi, &c.

Vidit T. Aduocatus.

Nota 178. par. 1.

ITEM nota quod pro intelligentia causæ turbatæ possessionis de quibus supra tractatum fuit aduertendum fit qualiter † vrgens est quęstio inter homines de possessione cum magnũ sit commodũ possidere, sic de interd. l. in commodum fiadeo, turbatę possessionis materia frequens est, & quotidiana, ideo bene aduertendum est, vt inquit iurisconsultus in l. legaui ff de hb. leg. de qua materia loquitur totus tit. ff. & C. vti poss. & instit. de interd. §. retinendum cum sam. pro cuius materiæ aliquali doctrina pręsciendum est, † quod turbatus, vel inquietatus in sua possessione succurritur, a iure diuersis modis, nam quandoq; quis turbatur in possessione rei mobilis, & tunc ei succurritur per interdictum, vtrobi, ut ff. & C. vtrobi in l. 1. Quandoq; quis turbatur in possessione rei immobilis, & tunc, aut habebat turbatus possessionem à Iudice, & tũc succurritur ei per interdictum ne vis fiet ei l. 1. ff. eo. tit. ac etiam interdicto vti possidetis, vt supradictum fuit, aut habebat possessionem ab alio, & tunc, aut turbatur per violentiam expulsiuam, & succurritur ei criminaliter, & ciuiliter, criminaliter autem per tit. ad l. iul. de vi pub. & vi priuata, ciuiliter per interdictum vnde vi, & alijs remedijs, de quibus in libello præcedenti dictum fuit, si verò turbatur simpliciter per quamdam violentiam inquietatiuã, tunc succurritur ei per interdictum vti possidetis, vt ff. & C. vt poss. Taliter quod remanet solum tractare aliquantulum de spolio priuilegiato, & de re centi de quo infra in loco suo in cap. 40. tractabitur, &c.

Nota

Nota 179. par. 1.

ITEM nota quod in tex. ibi causa in quibus agitur de aliquo officio habēdo, &c. Nam si quis petit, ut agit aliquod officium sibi competere, quòd nullus habet, vel possidet aliquis, debet se dirigere iusta naturam causæ vbi proceditur summariè stante capit. istius statuti, atque etiam iuxta formam dictæ nouæ Regiæ Pragmaticæ. Aduerte tamen quòd in ista, & alijs causis incohandis prima facie fit citatio ad totam causam, nam citatio est fundamentum totius ordinis iudiciarij, vt supra dixi in notis super primo cap. nostri statuti factis, quæ citatio debet fieri ad primam Curiam tunc sequentem post factam, & constatam citationem cum nota diei, vt hodie solet fieri per Comissarios bancæ, & licet in ipsa citatione non dicatur ad primam Curiam, tamen ita intelligitur, ex quo in illo die in quo reperitur citatio nō potest incusari contumacia, & si forte incusaretur aduocatus rei potest in pleno iudicio verbum facere Iudici pro tribunali sedenti dicendo Sp. Domine ex quo hodie Titius reus conuentus reperitur citatus ad instantiam Sempronij quod vtiq. placeat mandare quod ista contumacia non scribatur, & si erit scripta cancelletur, nam hodie per hodie non fit contumacia, quæ facta iudex potest mandare quod non scribatur, & descripta deleatur, & sic virtute ipsius citationis potest deueniri ad incusationem ipsius contumaciæ in regimine sequenti dummodo quod non sint elapsi dies octo, alias citatio videtur circumducta qua de causa de nouo est facienda citatio qua incusata inde pro qua causa potest formari libellus modo infrascripto.

Forma libelli de aliquo officio habendo in quo agitur coram iudice competente reo.

Memoriale rationes, & iura, quæ, & quas, dat offert, & præsentat in tali Curia Reuerendus Don Maynerius de T. actor ex vna, contra, & aduersus Reuerendum Don Raymundum de T. conuentum parte ex altera in causa summariè, & de plano inter eos vertente in qua proceditur, &c.

Subeat.

In primis, &c.

Item ponit quod præsens quæstio fuit, & est petitionis prout infra melius dici, colligi, & censeri, potuit, & potest, & die sua, &c.

Item ponit pro facti intelligentia ipsius causæ sciat religio Sp. Domini iudicantis qualiter dictus Reuerendus actor fuit, & reperitur electus, & creatus officialis in tali Officio talis Ciuitatis capitulariter, Canonicè, & legitimè, vt decet, & moris est, vel fuerit creatus per talem Reuerendum officialem capitulariter pro vt obseruatum fuit à tanto tempore, quòd non extat memoria hominum in contrarium, & ad eum spectat, & pertinet ipsam creationē dicti officij. Nouiter verò indebite, & minus iuste dictus conuentus detinet, & possidet prædictū officium, & eius possessionem contra omnem iuris formā, nō sine maximo præiudicio damno, & interesse actoris, pro ut per scripturas demonstrabitur, & iuris est ergo, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur fi, & quatenus, &c.

AD quod probandum ponit non se tamen adstringendo, &c. Qualiter, & inde extendatur vulgariter id q. actor intendit probare pro fundamento suæ intentionis, &c.

Super quibus, & eorum singulis, &c.

Item non se astringens, &c.

Item reuocans, &c.

Item protestatur sibi omnes expensas, &c.

Item protestatur sibi omnes scripturas, &c.

Quare constito, &c. Petit ipse actor per dictam Curiam quod dictus conuentus debet amoueri, & amouendū fore declarari ab officio prædicto, ipsumque actorem induci, & inductum defendi debere in possessione, vel quasi ipsius officij, vna cum eius integro statu, cum iuribus, & pertinētijs suis, & assignare omniaq; singula, quæ alij officiales eiusdem officij, & loci, vel dignitatis habere, vel percipere solēt, & qui ò d tractetur ex nunc in antea reputetur, & habeatur, vt officialis dicti officij cum omnibus emolumentis, gratijs, & prorogatiuis licitis, et dignitatibus ad dictum officium quomodocumq spectantibus, & pertinentibus, ac spectādis, & pertinendis, quæ melius, seu magis in dicto officio vsi fuerunt, & ita petit ille, & omni alio meliori modo, &c. Officium iudicis implorādo, &c. Saluo iure, & mihi arbitrio addendi, &c.

Vidit T. Aduocatus.

No-

Nota 180. par. 1.

ITEM nota quod in text. ibi causa iurisditionum † inter officiales regios, &c. Pro intelligentia ipsius causæ sciendum sit qualiter cognitio ipsius quæstionis, tamquam criminalis, vt plurimum spectat ad sp. Dominos Sindicatores, & Delegatos Excellentiæ Suæ, & indefectu potest se dirigere coram Illustrissimo Domino Prorege, vel de eius mandato coram ipsa M. R. C. Nã officiales debent contenti manere de eius iurisditione, & non se intromictere in iurisditione alterius officij sub certa pœna, vt in ca-
2 pitulis Regni recolendæ memoriæ Regis Martini fol. 92. capit. 39. & 40. & † si officiales contraueniunt in capitulis prædictis, & alijs incidunt in pœnam flurinorum mille Fisco Regio applicanda, vt in capit. 85. recolendæ memoriæ Regis Ioann. fol. 302. vltra alias pœnas contentas in alijs capitulis in qua causa criminali non requiritur conclusio libelli, Barto. in l. secunda, §. si publico ff. de adul. & in l. libellorum, ff. de ac. & per Cyn. in l. nec exemplum, C. ad l. cor. de fal. & in l. in causis, C. de ac. & est ratio, quia res ipsa supplet conclusionem, vt l. in princ. versic. si autem pronuntiauit, ff. ad Turpill. & hodie stante actu facto per Excellentiam Suam in vim Pragmaticæ in criminalibus non est opus libelli, concordat tamen Alexand. conf. 71. 2. lib. Ber. adde Alex. conf. 72. 2. lib. Scias quod afferenti cum iuramento dedisse aliquid officiali pro administranda iustitia, credeudum est, quando officialis dum staret in sindicatu aufugisset secus si non aufugisset, Masc. concl. 1137. n. 19. f. 25. vol. 3. Scias ẽt ꝙ in sindicatu potest ẽt procedi aliquando sine libello stante actu prædicto, qui actus est, ut infra sequitur.

PRAGMATICA QVOD in causa criminali procedatur sine libello.

Die 7. Aprilis 1. Ind. 1588.

RETROVANDOSI introdutto in questo Regno per antico stile, & obseruanza del tempo, che tutte le cause erano ordinarie, & processiue, che nelle cause criminali processiue, che si remetteuano in iustitia, & si prouedeua, che si faccia processo se douesse presentare il libello, seu memoriale il quale soleua contenere la narratione del fatto, capituli allegatorij, protestatorij, preseruatorij, & articuli probatorij con espressione del delitto, loco, & tempo di esso delitto, seu delitti insieme la petitione sotto certa sorte, & sollennità secondo il stile, che s'hà osseruato sopra delli quali capituli probatorij dell'istesso libello, seu memoriale: il reo si doueua interrogare in vim litis contestationis, & hauendosi dopoi li anni passati per Sua Maestà, & sue real Pragmatice ordinato, che tutte le cause, cossì ciuili, come criminali fossero sommarie, & de plano sola facti veritate in spetta, per il che s'hauessero sublato la detta contestatione di lite, & altre sollennità, restao però lo obligo, & cossi per detta Regia Pragmatica si dispone de presentarsi detto libello con la petitione, & espressione chiara delli delitti, loco, & tempo & si come per detta Pragmatica si contiene, alla quale s'habbia relatione, & perche da molti tẽpi, & anni in quà s'ha visto, & vede che detto libello non solo non sia necessario, ma inutile, & impeditiuo della expeditione in tutte sorte de cause, poi che non è altro che vn reassummere, & recupeare le informationi con molta perdita de tempo, & già che la Pragmatica preditta, che le cause fossero sommarie, & de plano nõ volse leuare detta presentatione de libello, per respetto del detto loco, & tempo solamente, & non già per la petitione, poi che quella s'hà fatto, & fà cossi innanzi come poi de detta Pragmatica oscura, & generale, hà per ciò il Fisco anteposto rimedio, & forma di compilarsi detti processi con breuità, & auanzo del gran tempo, che si perdeua, per formarsi detto libello, seu memoriale con darse al reo il detto loco, & tempo senza necessità de presentarsi detto libello, seu memoriale quale remedio, & che cossì come alli rei, & prosecuti nel primo, & principali termino si daua solamente in libello, & non se dauano le copie delle informationi, si non al termino reprobatorio, se debbiano dette copie de informationi dare nel primo termino principale della causa, perche cõ questo essi rei, & prosecuti vengano ad hauere non solamente l'espressione del delitto, loco, & tempo, ma ancora le istesse proue, che contra di loro resultano, & ponno essere meglio defendersi hauẽdo l'informationi, che lo libello il qual se caua da essi informationi, ne si può d'altra parte cauare, ne exprimere il delitto, loco, & tempo, se non come in esse informationi si troua prouato, oltra che restano disgrauati di vn'altro peso, perche nel libello non solo si articulaua quello che si costa plene, & semiplene,

ma ancora quello che li testimonij dicono per iudicio, ò ex ditto ponendolo pro testante, & per verificato, & vidēdo li rei, & prosecuti tanti articuli, & pensando esser verificati si trauagliano di spese a mandar Commissarij, & far desensione, & proui de quello che non sta prouato nelle informatione, il che non bisognaua fare hauendo le copie delle informationi, ma se desendeuano solamēte da quello che li mordesse di più li resulta grādissimo beneficio della breue speditione, quali per l'impedimento della formatione del libello, se delataua molto, & loro frà tanto se macerauano, di carcere, & di spese, & hauendo la bona memoria della Eccellentia del Signor Marc'Antonio Colonna trattato questo negotio con la gran Corte criminale, & Spet. Aduocato Fiscale, & pigliato il parere di quelle, & consultatulo con Sua Maiestà fù per Sua Maiestà rispostо per sue sacre lettere del tenor sequente videlicet. EL REY Illust. Marc'Antonio Colonna primo nuestro Visorey Lugartenente, y Capitan General vista la carta que me tenuieles alos 12. de Luglio iuntamente con il parexer de los tres Iuezes dela gran Corte criminale desse Reyno, y del Abocado Fiscal cercà del remedio, que se podria dar, en la delation, con que de ordinario se dipachen las causas criminales, que se remitten en iusticia, mesca parescido mui conuenientemente lo que sobre ello decia, y remettiros la escecucion para que comunicandolo tambien con los Doctores de lo Sacro Conseyo, exequutoris y complais lo que vos para ellos parascere en conformedad en caso que en ello non haya inconueniente di maniera que se consequa intento desto, y las causas desta qualidad, se dispachen con breuidad, que esto es lo que conuiene, y da que io farei seruido, de Madrid à 20. de Henero 1584. YO EL REY, Conseñal del Cardinal gran Vela, vidit Comes Generalis Thesaurarius, vidit Leon Regius, vidit Carauaxal, Regist. Cayas Secretarius. Et comuniciato questo negotio con la Regia gran Corte ha paruto che per acceptarlo innanzi che si venghi a pigliar resolutione, si debbia far proua se verrà à reuscir bene se ni potea resultar inconueniente, si come Sua Maiesta per dette lettere comanda che si veda per complire con l'ordine de Sua Maiestà, con il parere della Regia gran Corte hauemo ordinato, si come ordinamo che si faccia per spacio di anno vno, acciochè videndosi riusciri si possia pigliar meglio, & più certa resolutione, di quello si hauerà de fare, per questo Sua Eccellentia prouede, ordina, & comanda che di qua innanzi li processi che si farranno ad instantia del Regio Fisco etiam di quelle parti con le quali sia stato prouisto, ò se prouederà che il Fisco assista in tutti, & qualsiuoglia sorti de cause criminale processiue, & quelle che sonno rimese, & se remettiranno in iustitia, ò che s'hà prouisto, ò prouederà che si faccia il processo, & in tutte cause di sindicato non si debbia più formare, ne presentare libello seu memoriale, ma à loco de ditto libello seu memoriale, si debbiano per il Fisco seu per le parti, & Fisco assistente presentare, seu protestari nel primo termino principali della causa l'informationi prese sopra il delitto seu delicti, & prosecutioni, delli quali si tratterà, delli quali informationi volendoni il reo la copia, se gli debbia donare, & se li dette informatione fossero prese incitata si possano in ditto termino repetere parte citata, & volendo il Fisco in detto termine far altre proue, & altre sue incumbentie per fundamento de sua intentione, lo possa fare senza necessità de formare, & presentar libello, ma solamenti capitoli probatorij ad informationem Commissarij, & similmente volendone fare allegatorij preseruatorij, & protestatorij, ò altra sorte di diligenza possa farlo, & se le dette incumbentie diligenze, & altre cose predette volesse il Fisco seu la parte, & Fisco assistente farle innanti il ditto termino, & d'incomenzar il processo le possia similmente fare dispensando de certa nostra scientia deliberate, & consulto pro ista vice à tutti, legi, constitutioni pragmatice, & capituli del Regno, & à tutte altre cose in contrario disponenti, ita che questa presente prouisione, & ordine sia duratura per anno vno da contarsi da hoggi innanzi vnde, &c.

Die 19 Maij 2. Ind. 1589. hauendo Sua Eccellentia à 7. d'Aprile 1. Ind. proxima passata 1588. per il proximo atto duraturo per anno vno tolto la sollennità inutile de presentar libelli nelle cause criminale processiue per farsi experientia del beneficio che resultassi della breue expeditione de dette cause conforme alla intentione de Sua Maiestà, & hauendosi detto atto pratticato, & posto in executione, & conoxutosi la vtilità grandissima, & facilità delle cause predıtte del modo che fu anteposto secondo la santa mente de Sua Maiestà essendo già elapso il detto anno, & conuenendo, & apparente necessario che si debbia prorogare, & continuare, fu per Sua Eccellentia prouisto, & ordinato in causi fiscali con il parere, & voto della Regia gran Corte, si come per lo presenti atto prouede ordina, & comanda come consta al Mag. Raffaele, ò lo stenduto per Magistro Notario M. R. C. costato lo proximo precalendato atto si debbia proro-

gare

gare continuare exequire, & obseruare etiam de qua innanzi insino ad altro ordine de Sua Excellentia, & ad suo beneplacito non solamẽte nelle cause del Fisco, & in quelle che il Fisco assiste con le parte, ma ancora nelle cause inter partes, ben vero che circa quello che nel presente atto si dispone si potesse fare incumbentie, & diligentie innanzi de dare il termine, & d'incomenzare il processo, & si come per detta clausula si contene s'intenda, & si debbia exequire solamente nelle cause del Fisco, & de quelle parte con il quale il Fisco assiste, & non nelle cause inter partes nelle quale dette diligentie si possiano, & debbiano fare nella tela del processo, & non innanzi dispensando Sua Excellentia nelle cose premisse de certa sua scientia deliberate, & consultò ad dette lege, constitucioni, pragmatice, consuetudine, rito, & capituli del Regno, & à tutt'altre cose incontrario distanti, & desponenti vnde, &c.

Nota 181. par. 1.

1 ITEM nota in tex. ibi in causa seruitutum, &c. Pro intelligentia ipsius causæ, scias † qualiter duplices reperiuntur seruitutes scilicet prædiales, & personales prædiales seruitutes dicuntur esse quędam constitutiones quibus prædia prędijs subiugantur, & seruitutes prędiales, lex realis appellat, ex quo secuntur prædia, & earum cõstitutio catenus tenet, quatenus expedit prædijs idest ad fructus eorum percipiendos.

Prædialium autem seruitutum aliæ dicuntur vrbanæ, & alię rusticę, sed has quidem seruitutes lex dicit esse iura communia, quæ libertatis sunt: vnde not. secundum Azo. in sum. C. de ser. & aqu. quod hoc verbum ius in eadem lege, & in eadem voce supponit pro seruitute dictio enim semel posita duas quandoq; importat significationes, scilicet propriam, & impropriam, vel vtramq. Proprie autem secundum diuersa dicuntur seruitutes. Nam si non possem ex ædibus meis exire in agros meos vel peruenire ad viam publicam, nisi per agros tuos, vel ortos, & emi à te licentiam eundi hæc licentia dicitur seruitus itineris, quia prædium tuum in hoc mihi seruit. Et harum seruitutum quædam habent causam continuam quædam quasi continuam, & quædam discontinuam, secundum glos. in l. seruitutes in princ. in glos. magna. ff. de seruitu. titul. gene. Et quæ seruitus dicatur habere causam continuam, & quę discontinuam, declarat Bart. in l. 2. C. de serui. & aqua.

Seruitutes autem rusticæ dicuntur quæ prędijs rusticis debentur, velut iter, actus, via, aquæductus, aquæ haustus, pecoris appullus ad aquã ius pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiende, quę tria vltima possunt dici nominatę seruitutes rusticę, sed superiora proprijs nominibus carent, quæ omnia require locis suis. Nam iter est ius quo ex æde mea, per agros tuos possum in vicos publicos exire, vel intrare, sed aquæ haustus est, vt aquam haurire possim de puteo tuo.

Prædia vrbana dicuntur, & sunt, quæ prædijs vrbanis debentur, scilicet in tuitu alicuius ædificij, nam ædificijs in hærent, velut altius tollendi, aut non tollendi, ne officiatur luminibus, vel prospectu in domus vicij. Item stillicidium auertendi, vel non auertendi in tectũ, vel in area vicini, vt stillicidium tecti mei cadat in aream, vel fundũ eius. Aduerte quod † an seruitus sit vrbana, vel rustica, colligitur ex qualitate prædij, cui debetur ipsa seruitus, quod patet. Nam talis est seruitus, quale est predium cui debetur. Hinc est ꝙ licet via sit seruitus rustica tamẽ si seruiat domui, quæ est vrbanũ prędium, l. vrbana prædia de verb. signi. censebitur seruitus vrbana, in spectu fundo cui debetur, glos. in l. 1. in glos. fin. de ser. vrb. præd. Et hæc quæ dicta sunt sufficiunt pro casu nostro remanet solummodo videre qualiter formabitur libellus in causa seruitutis qui est, vt infrà.

Forma libelli in causa seruitutis.

Memoriale rationes, & iura quæ, & quas dat, offert, & præsentat in M. R. C. Gulinasius de T. actor ex vna contra, & aduersus Protasium de T. conuentum parte ex altera in infrascripta causa seruitutis inter eos vertẽte in qua proceditur, &c.

Subeat.

In primis, &c.

ITem ponit quod prędes causa seruitutis fuit, & est petitionis prout infrà melius dici, colligi, & censeri potuit, & potest, & die sua, &c.

Item ponit qualiter factus præsentis quæstionis ita breuiter se habet, quod iam sunt circa anni tot qualiter dictus actor tenuit, & possedit, & hodie tenet, & possidet quoddam molendinum situm, & positum in tali territorio in contrata nuncupata, &c. Secus tales confines, &c. Ad quod molendinum ipse actor longo tempore elapso duxit quamdã rugiam aquę per quoddam petium terrę dicti conuenti situm, & positum super territorio dicti loci sciente, & consentiente dicto conuento, & eius prædecessoribus, per quod petium terræ debetur, & de-

14 frascripti. Primus † est in tacita obligatione bonorum viri, vbi est expressa non interuenit pro restitutione huius dotis in casibus à iure concessis, & contra in tacita obligatione bonorũ ipsius vxoris pro dote per eã promissam exoluenda, vt habentur hæc in l. 1. §. & vt plenius C. de rei vxo. ac quodquidem benefitium cum contribuatur à iure ipsi actione de dote transit ad quecumq; ad quem transit ipsa actio, vt probatur in d. l. 1. § & vt plenius, & in §. fue-
15 rat, instit. de ac. Sed † si benefitium, seu priuilegium quod ei datur, vt ceteris creditoribus similem hypothecam habentibus præferatur non transeat ad aliam personam, vt tenet Ci. & alij in l. 1. C. de priui. do.
16 Secundum † benefitium doti attributum est quod

quod res, seu prædium dotale non possit alienari per maritum, etiam consentiente muliere vt l. 1 ff de fun. do. & insti. qui alie. non licet in princ. nisi secundum Canones ipsa mulier iurauerit nō contrauenire alienationi, vt in cap. cum contingat de iure iur. Sed de iure ciuili, etiam si iurauerit potest contrauenire, vt infrà
17 ar. in l. non dubium C. de leg. com. fi. † Sed ius Canonicum etiam in terris imperij obseruatur, & hoc priuilegium, seu benefitium transit ad quemcumq; ad quem transit actio de dote, vt traditur in l. fundum dotalem ff de fundo.

18 Tertium † priuilegium est quod in re dubia præsumitur, quod obligatio bonorum dotis peruenit obligationi extranei in bonis viri, vt l. in ambiguis ff. de reg. iur. & ad hunc casum potest trahi, & intelligi d. l. 1. ff solu. mat. quod benefitium etiam transit ad quemcumq; vt in d. l. in ambiguis.

19 Quartum † benefitium est in tacita stipulatione, quæ fingitur intercessisse de resti. do. vt l. 1. in princ. C. de rei vxo. ac. & insti. de actio. §. fuerat, quodquidē benefitium transit ad quemcumq; vbi ibi, & d. l. 1. de priu. do.

20 Quintum † est priuilegium circa naturam ipsius actionis dicta dote, quę ex stipulatu vocatur, nam hoc casu est bonęfidei licet regulariter sit stricti iuris, vt §. bonafidei insti. de actio, & dict. §. fuerat cum si. quod priuilegium trāsit etiam ad quemcumq; vt ibi no.

21 Sextum † priuilegium est, quę mulier in personali actione de dote ceteris creditoribus personalem actionē habentibus prefertur, quodquidem priuilegium non transit in hęredem, vt d. l. 1. C. de priuile. dot. & ibi not.

22 Septimum † priuilegium est, quia in tacita hypotheca, mulier pro dote præfertur ceteris creditoribus habentibus tacitam hypothecam non autem habentibus expressam, vt habetur in l. fin. C. qui po. in pig. hab. & in d. §. fuerat, quodquidem priuilegium ad suum transit hæredem non autem ad extraneum, vt d. l. 1 ff de priuile. do. & not. per glos. in d. §. fuerat, & Ci. in d. l. 1. de priui. do.

23 Octauum vertitur † priuilegium, quia dos incerta potest committi arbitrio partis, vel in certæ personę nec eius incertitudo vitiat stipulationem, vt in l. post §. gener. ff. de iur. do, licet tamen regulatiter contrarium sit, vel ita stipulatur ff de verb. oblig.

24 Nonum † benefitium est, quia mulier promittens dotem pro aliena muliere obligatur nec exceptione velleyani iuuatur, ut l. fin C. ad vel. licet in alijs casibus iuuaretur, ut per totum ti. maxime l. 1. ff. & C. ad uell.

25 Decimum † est dotis priuilegium, quia licet regulariter res subiectę restitutioni in diem, vel cōditione non possint intermi. ante diem, vel conditionis euentum alienari, vt in auth. res quæ C. comunia debe. cum si. ibi nat. tamen in causa in dotis, vel pro dote sua, vel liberis constituenda, alienari possunt, nec aduenien te die, vel conditione, alienatio, resoluitur, sed firma, & valida permanet, ut ibi not. ex quo dos transit in uim legitimæ quæ est valde priuilegiata, & est ius naturæ, nam proculdubio ius legitimæ est de iure naturali, & diuino prout probatur in sacris literis numeri cap. 27. vbi Claudius confirmat conclusionem Doctorum dicentium legitimā naturę nullo statuto, nulla consuetudine posse tolli neq; ius dotis, quod bene fuit consideratum à maximo iurisconsulto Paulo viro, & philosophiæ, & omniū scientiarum eruditissimo in l. cum ratio ff de bon. damna, quamuis à quibusdam Doctoribus illa lex sit peruerse extorta ꝙ debet intelligi iure naturæ idest, iure ciuili persuadente naturali coniuntione, & similiter etiam est prauè intellecta l pronuntiatio § similiter ff. de verb obli, sed concluditur ꝙ ius legitimę, & dotis succedit post mortem patris in locum alimentorū, & nemo mentis compos negare poterit ius alimentorum esse iure naturali, & diuina prouidentia constitutum, & propterea esse immutabile, & quod ius legitimæ dotis succedat loco alimentorum ingenue affirmat, Alex. de Immo. in cons. 69. in 1. uol. zelectus, & Ang. in l. verbis ciuilibus ff de vulg. pupilla. &c.

26 Vndecimum † priuilegium est, quia pater compellitur per iudicem filiam dotare secundum vires sui patrimonij, vt habetur in l. qui liberos ff. de ritu nup. & l. fi. C. de dot. promis. immo si pater esset absens poterit Iudex ex suo officio de bonis paternis in dotem dare filiæ, ne perdat tempus nubendi sub expectatione patris, vt l. profetitia in princ ff. de iur. do.

27 Duodecimum † priuilegium dotis est quia si imputetur mulieri petenti dotem, quod res viri amouerit, vel subtraxerit, non impeditur ex hoc, nec retardatur restitutio dotis, nec etiā si ei obijcitur quod male versata sit, vt hæc habentur in §. taceat de re vxo. ac. quod priuilegium non puto trāsire in hæredem extraneum quia personæ coheret cum fuerit, ideo sic prouisum, vt mulier nubere possit.

28 Tertiumdecimum † priuilegium est quod, & amplius secundum aliquos nec vlla compēsatio potest ei opponi, vt probatur in l. 1. §. sed nec ob impensas,

Quartumdecimum † priuilegium est quia
29 filia in potestate patris constituta, potest pro dote sua esse in iudicio sine patri consensum quando dos est aduentitia, secus autem si esset profetitia, vt tangitur in auc. quod locum, C. de

de col. & not. per glos. & Doct. in l. 2. §. quod si in partis ff. sol. mat.

30 Quintumdecimum † priuilegium est ꝙ dos non præsumitur communicata pendente matrimonio inter socios omnium bonorum, vt habetur in l. actione §. fin. cũ l. seq. ff. pro soc. aliquando tamen contingit quod conditio dotis, si alias deterior, vt probatur secundum primã lect. in l. lucius §. impuberem ff. de leg. 2. & in l. si socius pro filia ff pro socio, & cap. finaliter.

Et sic sufficiunt ea quæ superius dicta sunt secundum intentionem nostram, beneuerum

31 quod est † videndum ista actio de dote, quando competat secundo an costante matrimonio potest procedi ad dotium restitutionem? Tertio restituta dos per maritũ vergentem ad inopiam veniẽte casu pinguioris fortunę an possit repetere dotem? Quarto an soluto matrimonio mortem viri fiat dotis restitutio cum inter vsurijs? Et inde de soluto matrimonio quod

32 fiat restitutio? Quinto renuntiatio † non numeratæ dotis quid importet? Sextum, & vltimum dos certificata non tamen recepta, an

33 possit repeti? Quo ad primum † dico quando competat actio dotis, pro hac quæstione ad-

34 uertendum est † quod, vt actio competat de dote necesse est quod matrimonium fuerit legitime contractum, quia dos sine matrimonio esse non potest, vt l. fin. in princ. C. de do. ante nupt. licet matrimonium possit esse sine dote, vt l. quod si nulla ff. de resti. nup. fu. vt supradictum fuit. Quo ad secundum dicitur scilicet

35 † si mulier constante matrimonio potest procedi ad dotium restitutionem? vbi dico nunc autem uidendum occurrit de eodem casu, uide in l. 2. in princ. ff. so. matr. ubi legitur quod sic, tamen in istis quatuor casibus. Primus est quãdo maritus uergit ad inopiã, & per tex. & glo. in capit. per vestras, ext. de dot. inter uir. &

36 uxo. Secundus casus est † quando maritus deportatus est in insulam, & sic perdit bona sua, vt l. si marito ff. sol. matr. & per hoc deciditur quæstio si maritus fuerit de Ciuitate epulsus, vel bannitus, maximè eius bonis adẽptis, quod mulier possit petere dotem ipsam, & Bart. in l. si constante matrimonio in princ. ff. sol. matr.

73 Tertius casus est † quando matrimonium nullum fuit, vel non est secutum, vt l. quemadmodum ff. de iur. do. Quartus casus est, ut in l. 1. C. de repu. taliter quod etiam quęritur si mulier nunquid eius maritus potest sine processu spontanea voluntate sibi restituere ipsam dotem, & maximè in dicto casu, quando maritus uergit ad inopiam in d. l. 2. & etiam habetur in l. quamuis, & in l. seq. ff. sol. matr. & in l. mutus

38 §. manente ff. de iur. do. in alijs vero † casibus per dicta iura declaratis maritus sponte restituendo regulariter non liberatur nisi ex ea solutione mulier locupletior efficiatur, ut in l. 1. pro quo etiam facit in auth. de nupt. in §. dotes ff. de iur. dotium l. fin. quam opi secuntur Doct. in d. l. 1. & in d. l. 2. in princ. item aduertendum est, quod quãdo uir vergit ad inopiam mulier teneatur repetere dotem suam maximè

39 agendo cõtra extraneos † possessores rerum per maritum alienatarum, & vtrũ longi temporis præscriptione repellatur, videtur ꝙ non, quia regulariter pendente matrimonio non currit contra actionem de dote aliqua præscriptio, ut in l. cũ notissima §. illud C. de præscriptio 30. anno, maximè quando uir. uadit peius indutus quam consueuit, male viuit in domo, & similia quæ solent pauperibus euenire argu. in l is qui § fin. de tu. & cu. da. ab his, & l. cum de

40 lege ff. de proba. Est aduertẽdum etiam † quod ex hoc debes notare inter restitutionem dotis, quæ fit mulieri post mortem viri, & illam quæ fit propter uiri paupertatem. Nam illa restitutio quæ fit post mortem uiri, mulier non solum potest petere dotes, sed uerum etiam interusurium ipsarũ ad rationem, de quinq; pro centinario, vt infrà in nostro statuto, in cap. 94. & tunc agitur contra hæredes uiri, & defectu bonorũ contra tertium via hipotecaria facta prius dicussione, vt in cauta hipotecaria requiritur de qua infrà declarabitur, & in casu quo maritus verget ad inopiã, licet potest agi contra eum scilicet bonis suis defectum etiam, potest se dirigere via hipotecaria, vt supra, tamen ista dicussio non habet locum quando in instrumento reperitur constitutum pręcarium, attamen non potest petere inter vsurium ipsarum dotium, sed tantummodo dotes, & se ponere

41 † in securitatem ante facti, & casu quo maritus non moritur ante vxorem, tunc illa portio si fuerit capta pro securitate, debet restitui ex quo non competit mulieri, nisi in casu mortis viri ante vxorem, vt obseruatur in Regno, & in instrumentis dotalitijs per Notarios poni

42 solet. Item debet etiam aduerti quod † maritus conuentus ab vxore ad dotis restitutionem propter eius superuenientem inopiam, sponte confessus est in iudicio, vel corã Notario per instrumentum se vergere ad inopiam, quo casu tradidit vxori pro eius dote certa bona, queritur an talis confessio sit sufficiens probatio inopiæ, vt licitè fieri possit restitutio talis? dic quod sic, per l. 1. & quod ibi no. C. de conf. tu in hoc casu distingue, aut est quæstio inter virum, & vxorem sine præiudicio tertij, & tunc plene probatur contra eum, vt d. l. 1. taliter ꝙ si ageretur de prędiudicio tertij, & maritus constante matrimonio confessus fuit habuisse, & recepisse dotes ei promissas, tamen ex tali confessione

fessione non videtur prȩiudicium ferri tertio
43 anteriori creditori, nam confessio inter virum, & vxorē non nocet tertio, vt per Bart. & Doct. in auth. sed iam necesse C. de dona. ante nup. sed tantum prȩiudicium est viri qui fatetur dotes recepisse, ex quo dictus tex. non loquitur, quando prȩcessit promissio dotis, sed vbi prȩcessit promissio dotis à principio, & postea cōstante matrimonio maritus confitetur se dotem recepisse, tunc statim dicta confessio prȩiudicat dicto marito, qui non potest opponi exceptio non numeratȩ pȩcuniȩ dotalis, vt dixit tex. in l. contractibus §. 1. vers. illis etiam securitatibus C. de non nume. pec. & nulli dubiū est quod talis confessio mariti non prȩiudicat creditoribus hypothecarijs ante dictam confessionem, per tex. in l. si cui C. de non num. pecu. & per glos. in l. si quis post hac C. de bonis prȩscriptorum benefacit, tex. in l. debitorū
44 C. de pac. vbi dicit tex. quod pacta † debitorum non possunt tollere, nec mutare iura creditorum, & sic confessio mariti non potest nocere tertio scilicet creditoribus anterioribus, vt inquit Bar. in l. si prolusorio §. 1. 2. col. vers. quȩro, si ille primus ff de ap. semper enim ius tertij intelligitur exceptum à iuramento, secundum Bal. in l. nec patronus vers. sed quȩritur C. de oper. libertorū per cap. venientes de iur.
45 iur. Accedat ad hoc totus titulus, res † inter alios acta non nocet tertio secundū vulgatissimam regulā l. 1. C. qui res iu. non noc. & l. nemo ex socijs ff. pro socio, & l. portionem C. de co. re. alie. cū concordan. Ex quo nulla dispositio debet largè intelligi, vt possit sequi absurdū, vel prȩiudicio tertio nō citato, vt not. cap. dudum de prȩben. lib. 6. & Bal. in l. conuenticula C. de Ep. & cle. & Pet. de Ancha. cōs. 269. inci. 1. dubio, &c. Et tanto fortius prȩiudiciū infertur marito quoniam nō est positus in necessitate confitendi. Quapropter si confitetur dotem promissam per instrumentū sibi solutā esse, dicet quod est verisimile, scilicet quod vere sibi soluta est dos, & ideo non potest opponere exceptionē nō numeratȩ dotis, hoc idem firmat. Io. Andr. in addi. spec. in tit. de dona. inter virū, & vxo. in fine vbi format quȩstionē de viro, qui in publico instrumento confessus fuit recepisse libras centum ab vxore pro dote & sic iurauit de iure moriens in testamento dixit se nihil recepisse taliter ꝙ mulier agit contra hȩredes mariti repetendo dotem, hȩredes mariti exceperunt illā non numeratā, Io. And.
46 ibi arguit ad partes, postea soluit, & dicit, ꝙ † quando confessio viri fuit ante contractū matrimonium mulier habet probare numerationem dotium siue pecuniarum hoc verum nisi secundum instrumentū confessiones dotis factum fuisset, post prima dotalia instrumenta, post promissionem dotis, quia tunc cessat exceptio non nu. do. vt dicit Ludo. Roma. in l. si constante in penul. charta ff. solu. matr. & in cons. 345. Intantum quod concludendo dico quod istud nostrum statutū prima facie loquitur de dote promissa sine scriptura, vt supra vi-
47 deri potest, & sic agitur de dtoe promissa, & non soluta quoniam † parē uim habet dos promissa, vel constituta, ut dicit Bal. in l. fin. C. de dotis promissione benefacit l. assiduis C. qui potio. in pig. ha. & l. unica C. de re. uxo. act. & Ang. in cōs. 179. & Alex. ff. de re. iud. l. nō tan-
48 tum in penul. col. Et si † uero uxori pro securitate ante facti, & dotarij fuerunt tradita, & assignata aliqua bona pro securitate ipsius ante facti, tunc tenetur prȩstare idoneȩ de restituēdo, casu quo primo loco moritur ipsa vxor, & si ante eam moritur maritus, & antem factum non fuerit sibi assignatum, potest etiam de eo petere vsufructus iusta l. 1. cū simi. ff. de vsufr. ea. re. quȩ vsu consu. insti. de vsufr. §. constituitur, vel recipere à filijs vsuram competentē, vt in authen. de non eligen. secundo nubēm §. si autem omnes, vbi permictitur pro antiphato in pecunia, ꝙ possit recipere vxor à filijs tertiam vsuræ centessimæ istud est de iure ciuili. Taliter quod remanet solummdo videre, an mulier potest stare in iudicio, & prosequi causam suā sine mundualdo? ad hoc respondetur,
49 quod regulariter muliet † non potest esse iudicio nomine alieno, vt in l. fæminis ff. de ꝓcur. & l. alienā C. de procur. nisi in certis specialib⁹ casibus, no. in l. exigendi C. de proc. tamen vbi agit nomine proprio, & pro sua causa regulariter admictitur, vt in auc. ꝙ locum. C. de col. & not. per glos. & Doct. in l. 2. §. quod si in patris ff. sol. mat. & in d. auc. quod locum cū sim. siue sit in potestate patris, quo ad dotem aduentitiam, siue facta sit sui iuris, tamquam ad dotem etiam posetitiā, vel pro mortem patris, vel per emancipationem secundum aliquos, vt colligitur ex his quæ not. in l. videamus C. de
50 rei. vxo. act. Et sic † quando mulier est in potestate cōstituta nunquid ipsa sola sine patre poterit dotem suam petere ab hæredibus mariti? videtur quod sic per ea quæ supra dicta sunt. Tu circa hoc plenius sic considera, aliquando dos ista est simpliciter profetitia, quia pater eam constituit, & dedit, aliquando est aduentitia, quia extraneus illam contulit. Primo casu subdistingue, aut ipse pater tempore dotis traditæ, & constitutȩ stipulatus fuit ipsam dotem sibi soli restitui, tunc ipsi soli patri cōpetit ius agendi, & non filiæ, vt l. quoties cum si ibi no. ff. solu. mat. aut stipulatus est soli filiæ dotē restitui, prout communiter fit hodie in instru-

mentis dotalibus,& tunc ipsi soli filiæ cõpetit ius agendi,non patri,vt in l. post dotem ff sol. ma.& in l. Põponius Philadelphus ff. fa. arcis.
51 & not.C.de inof.do.Quæritur etiam † vtrum, an mortua filia patre, & liberis superstitibus competat actio de dote patri, an verò liberis? & hoc fuit dubitatum per Doctores vbi Dyn. dicit quod actio de dote competit prius liberis quam patri,per d.l.post dotem secundum eius lect quæ actio trãsit in filios tamquam in hæredes, quia filius familias habet hæredem. Alij dicunt quod soli patri competit actio de dote, quoniam in profectitijs etiam hodie filius familias non habet hæredem,sed talia bona per patrem tam quam peculium occupantur, vt not. in auth. de hæred. ab inte. §. 1. & l. nupt. ff. sol mat.& Bart.in d. l. post dotem in 4. q. & si verò extraneus dat ipsi filiæ dotem, vbi distingue,aut ipse extraneus fuit in continenti tempore traditionis stipulatus ipsam dotem sibi restitui,& tunc soli cõpetit actio, aut non est stipulatus restitui, & tunc ipsi mulieri competit actio,& exactio,vt habetur in l. 1.§. accedit, & in § extraneũ C.de rei vxo.act. & l. auia, & ibi not.C.de iu.do. quam actionem poterit intentare hoc casu sine patris consensu, vt supra dictũ est,& habetur in d.auth.quod locum .C.de col. Scias quod electio est mariti, an vult reddere rem estimatã,vel eius de prætiũ, Mascar.
52 cõclu.663.nu.4.fol.59.vol.2. Et si†autem mulier est mortua in matrimonio superstitib' marito eius,& filijs. Modo hic maritus est pauper & dissipator bonorum, an filij poterunt agere contra patrem ad repetendum dotem, vt salua fiat? dicitur quod sic per l.fin.C.de sent. pas. & ff.vt legat.nomi.cap.l.fin.in princ.& in glo. & stantibus præallegatis capitibus,& iuribus tractandum est tam de libello in causa dotis sine scriptura ad instantiam mariti, siue vxoris, ac etiã quando dos est promissa cũ scripturis siue cum instrumento,& tamen est transactum decenniũ,à die quo potuit agere quo casu si maritus substinuit onera matrimonij, tunc ipse maritus siue eius hæres non solũ potest petere dotes,sed verum etiam inter vsuria ipsarũ dotium,quã de restitutione dotis post mortẽ viri, vbi etiã veniunt inter usuria, vt supradictũ fuit. Scias etiã qualiter quando mulier intendit agere pro casibus antedictis ad dotium restitutionem,tunc si ex ipsa restitutione tertius pareretur interesse,tunc ante restitutionẽ prædictã citandus est, & si creditores sunt in certi citatio fit per proclama,& quãdo non apparet de interesse tertij, tunc vt legitime deueniatur ad ipsam restitutionem opus est quod citetur vir, & contra enim contumaciam debet incusari, qua incusata ipse vir potest cedere liti petitioni factæ per vxorem. & inde potest deueniri ad actum insolutum dationis, & ista est vera practica in Regno quæ obseruanda est in alijs verò casibus proceditur per termini dationem,vt supra oblato libello,quicquidem libelli possunt formari modo infrascripto.

Forma libelli de dote promissa sine scriptura.

Memoriale iura, & rationes quæ, & quas, dat offert, & præsentat in M. R. C. Pomponius de T. actor ex vna, contra, & aduersus Philidelphum de T. eius socerum conuentum parte ex altera petita prius, & obtenta venia in causa summariè, & de plano inter eos vertente, in qua proceditur, tàm ex forma Ritus, quàm ex forma noua Regia Pragmatica de causis summarijs, &c.

Subeat

In primis,&c.

ITem ponit quod præsens causa summaria fuit,&est petitionis prout infrà melius dici, colligi,& cẽseri potuit, & põt, & suo die, &c.

Item licet iam sunt circa annos decẽ, quod fuerit legitime cõtractum, & consumatũ matrimonium, latinorum, seu græcorum morẽ, inter ipsum actorem, & dominam Susannam eius vxorẽ,contẽplatione,decoratione, cuiusquidem matrimonij dictus conuentus eius socer se obligauit,& promisit ei soluere vnc.mille pecunia,& vnc.centum raubarũ,& ità inter eos fuerit pactatum, & accordatum, & consumatum matrimoniũ indeq; non curauerit eidem actori dotes prædictas soluere, licet plunes fuerit requisitus immo ad hoc recusauit, & modo recusat non obstante quod ipse actor substinuit onera matrimonij cũ nonnullis laboribus, & expensis alendo dicta eius vxorem eiusq; filios natos, & procreatos ex dicto matrimonio, & eos gubernando de omnibus rebus necessarijs,& alimentis iusta eius cõditionem,& facultatem,& primo loco iusta ordinationem,& statuta Sacræ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ disponsauit dictam eius vxorem statim cõclusо dicto matrimonio, & eam introduxit in eius domum,vbi ad præsens stat, & cõmorat cũ eius filijs famulis, & seruitoribus simul, & semel cũ dicto actori eius viro,quo casu dictus conuentus non solum tenetur ei soluere, traddere, & assignare eidem actori dotes prædictas,sed verum etiam interusuria iusta iuris dispositionem,& prout per testes, & scripturas demostrabitur,& melius die sua,&c.

Quo-

Quorum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

ITem ponit qualiter dictos conuentus dotes supradictas promisit soluere infrà terminum anni vnius, & nō solum reperitur elapsus annus, sed verum etiam decenniū, & vltra vt supra dictum fuit, de quoquidem matrimonio nō fuerunt confecta instrumenta publica, nec priuata, licet oretenus vel per capitula ipsius matrimonij se obligauerit de hoc instrumentum publicum conficere iusta stilum Notarij ad oēs requisitionem ipsius actoris, actamen huc vsq; non curauerit ipsum conuentum de venire, & complere totum id, & quātum promiserit tempore dicti matrimonij, non sine maximo præiudicio, & interesse ipsius actoris, intantum quod substituendo matrimonium prædictum per modum, vt supra spēdidit singulo anno ad minus vnc. quinquaginta, vltra quòd ipse actor est solitus lucrari, & si dotes prædictæ fuerint ei solutæ eo modo, & forma prout ipse cōuentus promiserit singulo anno cum eis poterat lucrari circa vnc. centum singulo anno, vt dicitur vno anno pro alio, & per acta demostrabitur ergò, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, quatenus, &c.

AD quod probandum ponit non se tamen adstringendo, &c. Qualiter già si fanno circa anni deci, che lo ditto atturi producenti contrassi matrimonio con la Magn. Susanna sua moglieri, figlia legitima, & naturali del Magnifico Filadelpho di tali, & della condam Berta olim iugali, lo quali matrimonio esso Filadelpho innanzi più testimonij expedio, & contrattao il ditto matrimonio, con promettere ad esso producenti vnzi milli per ragioni di doti in denari, & vnzi cēto in robba, & quilli promisi pagari infrà vn'anno, seu di ditto matrimonio se ni fecero capituli suprascripti di mano d'isso dotanti, & di detto matrimoni, & promission di doti promisi ad ogni sua requesta fare cōtratto matrimoniali iusta lo stilo, & obseruantia delli Notari, & con tali accordio appattaro, & restaro con lo ditto Filadelfo, & gia si fāno circa anni deci, ch'e elapso lo ditto tempo, & esso nō hà curato adimpliri à tutto quillo, & quanto si obligao, per lo che lo detto attore haue patuto multi danni, interessi, & di spisi, & haue substinuto lo peso del matrimonio gubernando, & alementando alla ditta sua moglieri, & figli non solamenti di vitto quotidiano, sed verum etiam di tutti vestimenti, & altri cosi necessarij, & à quilli retinendosi nella propria casa dilla sua habitatione, vndi sia al presenti si retrouano, & innanzi che la conducissi in la preditta casa sua da continenti che fu cōtrattato lo matrimonio, quilla disponsao nella facie della Ecclesia, & di tādo innanzi per fia al presenti sempri haue substenuto il detto peso dillo Matrimonio, per lo che merita vn'anno per l'altro ad minus vnzi cento, & maxime che lo producēti è solito trafficarsi il denaro, & si la ditta dota ci hauessi stato pagata come ci fù promesa, gia con quilla haueria fatto più lucro assai, & guadagno d'vnzi cento, & di tali iudicio, & firma opinione sonno essi testimonij nihilominus dicant quicquid sciunt sentiunt, & audiuerunt, ad intentionem producentis, etiam extra capitulum, &.......... quiratur.

Item ponit ipse actor, atq; præponit, & dicit qualiter iuribus ad cū spectantibus, & pertinentibus de super declaratis, dictis, & allegatis, & alijs melius die sua dicendis, & allegandis, quę habeantur pro protestatis, dict s, & allegatis in presenti libello, atq; specialiter calendatis vna cum omnibus scripturis, & actis forte facientibus pro fundamento suæ intentionis, & non aliter, &c. Nempe clarū est vide rede suo peritissimo iure, & de non iure ipsius conuenti, prout melius die sua ergò, &c.

Quorum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Super quib', & eorū singulis, &c. Petit, &c.
Item non se adstringens, &c.
Item reuocans, &c.
Item protestatur sibi omnes expensas, &c.
Item protestatur sibi omnes scripturas, &c.

Quare constito, &c. Ipse actor petit per dictam M. R. C. quod cogatur, & condēnetur ipse conuentus (petita, & obtenta prius venia ab eo) dare, traddere, soluere, & effectiue assignare eidē actori dictas vnc. mille pecuniarum, & vnc. centum raubarum, quorū defectu ad pretium, & ad omnia, & singula damna, interesse, & expensas, ac inter vsuria legitime liquidata, & liquidanda, tam ex processu, quam extra, etiam post sententiā, & ita petit isto, & omni alio meliori modo, &c. Iudicis officiū implorando, &c. Saluo iure mihi, & arbitrio cū protestatione semper addendi, &c.

Vidit T. Aduocatus.

Nota 190. par. 1.

ITEM nota quod supra tractatum fuit de libello, qui solet fieri pro dote promissa sine scriptura, & non soluta viro,
1 qui locum habet † contra dotantes, etiam ad instantiam mulieris, si maritus reperitur mortuus, seu eius hæredis casu mortis vxoris, nunc verò videndum est de libello qualiter sit formandus, casu quo mulier potest agere post mortem mariti ad petendum dotes sibi promissas per eius parentes, seu per extraneos, & tamen non reperiuntur, nec fuerunt solutæ, & licet reperitur instrumentum, si est elapsum decennium à die quo potuit agere, tunc potest muliere, seu eius hæres etiam se dirigere summariè iusta formam Ritus, & supradictorum Pragmaticarum, ex quo actio dotis † est summaria,
2 rationibus præallegatis atque etiam ob elapsum decennium, & si de matrimonio prædicto non reperitur scriptura, tunc similiter in isto casu restitutionis dotium, vel post mortem viri, actio ipsa est summaria, & petere potest etiam † interusurium ad rationem
3 de quinque pro centinario, vt supra dictum fuit, vt patet per infrascriptum capitulum 94. istius statuti qui libellus est, vt infrà sequitur.

Libellus quando agitur pro restitutinne, seu solutione dotium post mortem viri.

Subscat. *Memoriale rationes, & iura quæ, & quas, dat offert, & præsentat in M. R. C. domina Camilla de T. actrix ex vna contra, & aduersus Rolandinum de T. tutorio nomine filiorum & hæredum condam Simiraldi de T. olim eius viri, conuenium parte ex altera in causa summariè, & de plano inter eos vertente in qua proceditur virtute nouissimarum Regiarum Pragmaticarum de causis summarijs, & de plano, vt infrà, &c.*

ITem ponit quod præsens causa summaria fuit, & est petitionis, vt infrà melius elici, dici, colligi, & censeri potuit, & potest, & iuris est, & die sua, &c.

Item ponit qualiter dictas actrix dicit, & pro ponit Spect. Domino Iudicari debenti, quod cum his temporibus non longe decursis inter ipsam atricē, & dictū Simiraldum de T. fuerit contractum, & legitime consumatū matrimonium, interuenientibus prius sollemnitatibus à Sacra Sancta Romana Ecclesia introductis latinorum more, vt diffusius hæc, alia continentur in publico instrumento dotalitio pro cōtemplatione, & decoratione, cuiusquidem matrimonij fuerunt dotatæ promisse, & assignatæ eidem viro suo vnc. mille per parentes ipsius dominę atricis, iā sunt circa annos tresdecim, vt in prælibato cōtractu videtur apparere, & inde ad annum vnū dictus eius vir diē suum clausit extremum, quiquidem Smiraldus in præcalendato instrumento promisit, & se obligauerit dotes prædictas bene regere, & conseruare, & in casu restitutionis, & disolup-tionis ipsius matrimonij eas restituere dictæ eius vxoris, vel cui ius, & casus dederit, vt etiā contineri videtur in præscripto contractu matrimoniali, vna cum omnibus iuribus, dodarij, & ante facti, quo casu ipsa atrix fuit, & est in casu restitutionis ipsarum dotium cum dodario, & interusurio ad rationem vnc. 5. singulo anno iuxta formam Ritus, numerando à die mortis dicti cōdam vsq; ad integram, & effectiuā restitutionem solutionū, item etiā tempore dicti matrimonij nō solū dictus eius vir consecutus fuit dotes ante dictas, sed verū etiam habuit certam vineam existentem in tali territorio, & in tali contrata quæ ipsa mulier sibi reseruauit, tamquam bona parafrenalia, & quæ ad ipsam pleno iure spectabat, & pertinebat, & hodie ad eā spectat, & pertinet, de qua quidem vinea ipsa domina actrix nullam potestatē dedit dicto viro suo administrandi ipsa bona parafrenalia, quiquidem eius vir contra voluntatē præfatæ domine actricis gubernauit, gessit, & administrauit, & sibi singulo anno cepit fructus ipsius vineæ, vna cū omnibus ex ea peruentis quæquidem bona conuersit in suo vsu, & comoditate, & modo ascendunt ad summam vnc. tricentarum, & vltra pro dicto tempore computato vno anno pro alio, prout melius per scripturas demostrabitur, quo casu dictus conuentus nominibus iam dictis tenetur eidē atricio iam ante dicta soluere, tradderе, & assignare, quorum defectu ad pretium, & valorem legitime liquidandū, tam ex processu, quam extra etiam post sententiam, & est iuris, & melius die sua, &c.

Quarum tenorem sibi ptotestatur si, & quatenus, &c.

ITem ponit dicta domina atrix dicit, & pro ponit licet ipse tutor fuerit pluries atq; pluries monitus, & requisitus, vt debuisset dictam restitutionē facere prædictarū dotiū, dodarij cum fructibus, lucris, & omni causa iusta iuris dispositi-

dispositionem, attamen ad hoc recusauit, & modo recusat intantum quod a die quo potuit agere reperitur elapsum decennium, vt ex calendaria temporum apparet non sine maximo damno, præiudicio, & interesse prædictæ dominæ actricis prout per acta demonstrabitur die sua ergò, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

AD quod probandum ponit non se tamen adstringendo, &c. Qualiter, & inde extendatur istud capitulum quisitorium prout in casu requiritur ad effectum deueniendi ad capturam testium, pro fundamento intentionis atricis, &c.

Item ponit quod dicta domina actrix dicit, & proponit qualiter per iura desuper allegata, & apparentia per scripturas, & alia dicenda, & alleganda in voce, & in scriptis quæ habeantur pro protestata, & specialiter præsentata, calendata, dicta, & allegata in præsenti libello, quatenus pro ea faciunt, & in eius fauorem dictant, & non aliter, &c. Dictus Smiraldus tutorio nomine iam dicto venit cogendus, & penitus cõdemnandus, vt infrà melius declarabitur, & iuris, & die sua, &c.

Quarum tenorem sibi protestatur si, & quatenus, &c.

Super quibus, & eorum singulis infertur, & petit, &c.
Item non se adstringens, &c.
Item reuocans, &c.
Item protestatur sibi omnes expensas, &c.
Item protestatur sibi omnes scripturas, &c.

Quare constito, &c. Ipsa domina actrix per dictam M.R.C. petit quod dictus conuentus tutorio nomine iã dicto omni alio meliori modo, & nomine cogatur, & condemnetur dare, traddere, restituere, soluere, & assignare, ac relaxare eidem dominæ actrici totã illam quãtitatem dotium prædictarum, vna cum dicta vinea eidẽ viro suo assignata, tamquam bona parafrenalia cũ iuribus, & pertinẽtijs suis omnibus, atq. cum fructibus dodario, damnis interesse, & expensis passis, & paciendis, incursis, & incurrẽdis, legitime liquidatis, & liquidãdis, tãm ex processu, quàm extra, etiam post sentẽtiam, & ità petit isto, & omni alio meliori modo, &c. Iudicis officiũ implorãdo, &c. saluo iure, & mihi arbitrio cum protestatione semper addenat &c.
Vidit T. Aduocatus.

Nota 191. par. 1.

1 ITEM nota licet supradictum fuit, quod erant faciendi tres libelli † in ista quæstione dotis, & de duobus fuit tractatum, & de alio verbum nullum tamen hoc factum fuit, ad effectum breuiandi ipsam quæstionem quoniam super dictis duobus libellis potest deueniri ad confectionem
2 dicti † tertij libelli, mutatis mutandis prout in causa requiritur iuxta formam facti, & ipsius causæ continentiæ, quibus consideratis cum antedictis iuribus, faciliter ad hac deueniri potest.

Et antequam imponatur finis in istà prima parte præsentis opusculi aduertendum est aliquantulum de aliquibus fragmentis venientibus, in dactione aliquorum terminorum, & de aliquibus differentijs, quę sint inter Curia Capitaniale, & Curiæ Præturæ Fæl. Vrb. Panor. in quibus pro modo notandum est, vt infrà videlicet.

In primis scias qualiter dies termini nõ cõputantur in termino, nisi in odiosis, vt est terminus ad reprobandum, nã iste terminus currit de momento ad momentũ inreparabiliter, & ità dicit Dom. de Sancti Gemi. in vers. felicis fol. 171. num. 3. & Vanci. in vers. deffectus iurisd. fol. 196. nu. 160.

Item in M. C. concluso processu, non possunt partes pręsentare protestata legitime, nisi prius capta restitutione extraordinaria modo supradicto, scilicet si non habuit binas restitutiones, secus est si habuit, ex quo per cõclusionem videtur tollere omnem actum præsentare, nã imponitur finis in ea productioni actorum per conclusionẽ, adeoq; ea facta, nil aliud produci potest in causa, ex quo non aspectatur produci potest in causa, ex quo non aspectatur nisi sola sententia, & est de iure cõmune, & ità dicit Robert. Marant. in 6. p. ordi. iudic. sui Specul. in vers. vxoris actus in princ. in tit. de concluf. car. 499 mihi in Curiæ verò Prætoriana aliquando admictitur ad præsentationẽ protestatorum, & etiam in Curia Capitaniali ipsius Vrbis, quando acta, & instrumenta reperiuntur protestata, mẽtionataq; & expresse calendata in capitulis, libelli, seu exceptionũ, & aliorũ nihilominus iudicio meo tendit contra ordinem iudiciarium, nam aduersus dicta protestata, alteri parti competit terminus ad reprobandum, qui non potest dari, stante dicta conclusione, ergò, &c.

Item

Item scias enim, quod omnes termini, qui dantur in Curia Præturæ, dantur etiam in Curia Capitaniali eiusdem Vrbis, preter istud, quod in Curia iustitiar j omnes termini sunt breuiores, videlicet omnes sunt dierum duorum pro quolibet, singulo termino, præter primum terminum, qui est dierum octo, & ità obseruatur est, tamen dicendum quod hodie in aliquibus causis proceditur statim, vt patet per actum infrà positum, & hęc sufficiant pro modo, de reliquis verò tractabitur loco suo.

Forma actus procedendi statim.

Die 20. Nouembris 6. Ind. 1592.

QVO magis litigatorum versutia varios in dies cauillationum modos excogitat eo, magis studendum huiusmodi fraudibus forciter obsistere, præsertim ne litis partium caliditate per trahantur, atq; ne in mortales fiant statuit, itaq; Excellētia Illustrissimi Domini Proregis, ac mandat, vt constitit Magnifico de Calandra pro Magistro Notario ob celerem expeditionū negociorum, & labores, ac sumptos euitandas, vt post hac in M. R. C. ac Prætoriana, huius Vrbis in causis ciuilibus subscriptus in cognoscendo, ac procedendo seruetur modus scilicet, vt in M. R. C. in petitione seu causa vnc. octuaginta infrà vnus spiritualium iudicium statim prouideat, ac vnc. octuaginta vsq; ad vnc. 200. in Curia statim prouideat ab vnc. ducentis vsq; ad vnc. 400. in Curia statim prouideat habito respectu addationem terminorum, in Curia verò Prætoriana in causa seu peticione vnc. quinquaginta infrà vnus iudicum statim prouideat ab vnc. quinquaginta vsq; ad centum Curia Prætoriana statim prouideat ab vnc. verò centum vsq; ad ducentas Curia Prætoriana statim prouideat habita ratione addationem terminorum quodquidem locum habeat, tam si quantitas petatur, quam species rei mobilis, vel immobilis eiusdem extimationis, ac tam in causis ordinarijs, atq; summarijsq; executiuis modo non fuerit feudales vnde, &c.

Quòd causa de sui natura non appellabilis, tàm de iure, quàm ex forma Ritus si est commissa summariè, & de plano, & M.C. vel vni iudicum, remaneat non appellabilis.

Die 4. Iulij 11. Ind. 1553.

FVIT prouisum, & mandatum per Excellentia Illustrissimi Domini Proregis viuę vocis oraculo, ad tollendam omnē dubitationem quę hucusq; orta est, & oriri possit quod in omnibus causis decisis per M R. C. in quibus, tàm de iure, quàm ex forma Ritus non admictitur appellatio pariformiter non admictatur appellatio, tàm quando causa est commissa per Suam Excellentiam quod M. R. C. summariè, & de plano sola facti veritate inspecta prouideat de iustitia, quia quando causa est commissa, quod vnus Iudicū M. R. C. summariè, & de plano sola facti veritate inspecta prouideat de iustitia, & præsens actus procedat, tàm de causis decisis, quàm de cætero decidendis, vnde, &c.

V. Iul j 11. Ind. 1553. pręsens prouisio fuit Messanæ in pleno iudicio lecta, & publicata præsentibus Magnificis Aduocatis, & Procuratoribus, &c.

Aduerte quod vbi proceditur in supradictis causis prouisionem scripturarum in quibus aliquando solent micti scripturas ad effectum, & per stirpanda malitia litigatorum per Excellentiam Illustrissimi Domini Proregis fuit factus quidam actus in uim Pragmaticæ declaratorius infra quod tempus scripturę sunt pręsentandæ vbi in eo videri poteris cuius tenor talis est.

Quod scriptura ad effectum debeant micti infrà dies otto alias contumacia sit nulla.

Die 7. Iunij 4. Ind. 1531.

ITEM li litiganti cercando ingannare, & fraudare la loro aduersario, lo fāno citare ad mādari scripturi ad effecto, & incusare la contumacia, & perche hanno incusato la contumacia non mandano li scripturi, ma soprasedino vna doi tre ò quattro mesi, & più, & quando vidino che l'altra parte non penza piu ad tali cōtumacia ifsi mādano li loro scripturi, & fanno spedire con li loro sole scripture & obtenino quello che volino, senz'esser la parte

parte intesa, il che importa molti trauagli, & di spesa, & danno delle parti, alle quali fraudi, & malitij volendosi obuiare, supplica la vniuersità del Regno Vostra Illustriss. Signoria che poiche sara incusata la contumacia ad effectum in scripturis l'acturi, & quello che hauerà incusato, seu fatto incusare tale contumacia sia tenuto infrà giorni 8. à die incusatę cõtumaciæ mandare le sue scripture, altramente ditta contumacia sia nulla ipso iure, & sia bisogno iterum citarisi la parte, la quale se per suo spedimento volissi fari inmungiri l'acturi, che innanti li detti giorni octo lo haueſſe da mandare che lo possa fare.

Placet Suæ Illustrissimæ Dominat.

Ludouicus Prothonotarius.

Nota 192.par.1.

NOTANDVM est breuiter in tex.
1 38 ibi causę reditus, &c. † Licet ista uidetur esse materia satis diffusa, tamen de ea tractaretur in secunda parte, & in fine præsentis primæ partis dicitur solummodo quod tutela est triplex, scilicet legitimam, testamentaria, etiam datiua, vt dixit Vlpianus in l. 1. ff. de tute. & nomen assumit à leg. 12. trabularum originem sumpsit, cuius verba erant, parentibus, tutorum, liberis in potestate, dandorum ius esto, quod, & Vlpianus confirmauit in l. si quis sub cõditione ff. de testamen. tut. vt quandiu testamentaria speratur tutela legitima cesset, ne etiam si tutor testamentarius excusetur, tutele officiũ ad legitimam tendat, cum enim tutela ad successionis similitudinem differatur, nec ad alios pertineat quam ad eos, qui ad legitimam hæreditatem admicti possunt, vt tradit Vlpian. in l. 1. ff. de legit. tut. & l. quo tutela ff. de reg.
2 iur. † & finita tutela tutor aut eius eres tenetur rationem reddere, quæ tutela aliquando finiatur per mortem tutoris antequm eres efficitur adultus, quo casu etiam tutela finitur, itẽ quando tutor fuerit remotus, vt suspectus, quibus primo, & vltimo casu potest aggi ad instãtiam pupilli cum authoritate tutoris, seu curatoris pupilli cum authoritate tutoris, seu curatoris ad litem potest aggi ad redditionẽ computorum, & istis causis ad pupillũ spectãtibus dicuntur causæ priuilegiate respectu personæ pupillorum quę ex forma pręsentis statuti. 39.
3 sunt summariè, † tamen si bene aduertatur virtute capituli 19 alias 114 incipiente prædicta locum habere volimus, causæ redditus sunt executiue si debitum est liquidu, vel impromptu potest liquidari, vt habetur in cap. 29. Ritus alias, si causa spectat ad pupillu tunc proceditur summariè iuxtà forma Ritus, & si ageretur ad petitionem adulti siue, maioris annorum 18. tunc debet procedi ordinarie per libelli oblationem, & terminorum dationem vt de istis causis in secunda parte late tracta-
4 tum fuit. † Aduerte quod Clerici habent priuilegium fori sicut pupilli, & vidue per l. 1. C. quando imper. & per consti. statuimus, ut concordat cum pręsenti tex. 38. quod priuilegium intelligitur specialiter concessum personis priuilegiatis in præsenti tex. notatis, nam specialiter concessum nõ intelligitur à statuto sublatum per l. decurionibus C. de silentia, scias tu aduocate quando intendis aggere in causa redditus ad instantiã adulti tunc opus est, vt compariat cum authoritate curatoris, seu procuratoris qui solet constitui cum authoritate, & decreto Iudicis loco curatoris, & esse debet instructus in causis per eum vintilandis, nã partes possunt comparere, & respondere per procuratorem instructum, & specialiter deputatum ad sic respondendum, vt dixit Iaco. Butr. in l. fin. C. de procu. & specul. in tit. depositio. § 6. uers. in summa nu. 18 quo casu si procurator constitutus fuerit instructus cum clausula quod possit citari in causa pendentie litis post sex mensiu, tunc illa citatio ualebit hac si esset facta principali, nam tunc potest dici procurator instructus ex quo expresse ad hoc deputatus fuit, alias ista citatio non ualebit, ut supra dictu fuit car. 19. in auerte. incipie. acutissime lector, † & si forte citatus voluerit allegare exceptionis, tunc fieri potest tum quia quilibet citatus tenetur comparere, & suas exceptiones allegare, vulga. l. si quis ex aliena. ff. de iud. & si forte voluerit præsentare protestata, tunc fieri potest usq; ad conclusionem in causa, ità dixit Prosp. Carauita super Ritu Neapolis in cap. 238. nu. 1. car. 135. mihi, quoniam conclusio excludit productionem scripturarũ nisi fuerit facta cum protestatione, & reseruatione, Capella Tol. q. 14. & Caraui. in tit. rit. 236. nu. 1. car. 227. † quapropter scias qualiter in isti causis tutelaribus aliquando potest procedi executiuo modo, tam ad instantiam minorum, vt supra dixi, quam etiam ad instãtiam maiorum annorum 18. dummodo quod sint infrà decennium a die quo possunt agere nam non ualenti agere non currit pręscriptio, & ità habetur in cap. 6 præsentis statuti, & in cap. 15. incipie. ad tollenda, &c. & in alio seq. cap. 16 in quibus habetur quod instrumenta habent executionem paratam infrà decẽnium à die quo potuit agere, vt melius in eis videri poteris

poteris ubi me remicto dummodo debitum sit liquidu, vel impromptu potest liquidari, vt supra dixi quo casu uirtute testamenti, codicillorum, & inuentarij facti per tutores, vel curatores qui confitentur pænes se peruenisse aliquid de bonis pupillorum, vel adulti, vt patet in dicto cap. 19. Ritus, nam testamenta habent de iure executionem paratam, vt dixit Bal. & nonnulli alij quos sequitur, & refert Surdus cons. 263. nu. 10. & nouissime Turrecta in suo tract. de effectibus, & defectibus clauf. codicil. quęst. 30. nu. 44. car. 79. & si liquidatio non potest fieri impromtu, tunc non datur via executiua, vt in dicto cap. 29. Ritus, & antequam deueniatur ad executionem prędicta opus est fieri de mandato Iudicis iniuntio tutoris, seu curatoris, vel administratoris, & in defectu ad suos hęredes quatenus infrà terminum dierum quindecim peremptorie habiant velint, & debiant præsentasse apud acta Curiæ testamentum, coddicillos, & inuentarium, hac librum rationem, & ligitimum distributiuum, quibus pręsentatis, & si ex eis apparuerit debitũ liquidum, tunc potest deueniri ad executionẽ prædictã contra eos, † & similiter proceditur 7 executiue contra tutores datiuos per Curiam, & eorum fideiussores, hac hæredum ipsorũ contra quos proceditur virtute actorum factorum apud acta Curiæ, ex quo habent executionem paratam, ut dicit glos. in authen. generaliter C. de Episc. & Cler. & not. Doct. in l. eum pro quo ff. de in ius voc. Moder. in cap. si quando de offic. delegat. & iste stilus Curiæ in confectione cedulæ, & fideiussionis habet vim legis quo casu habet executionem paratam, Afflict. decis. 136. nu. 3. & seq. quæquidem acta sunt he videlicet cędula tutelaris, seu curæ, & fideiussiones pręstitę rem pupillorum, seu adulti saluam fore vtilia agere, & inutilia pręter-
8 mictere, &c. † In reliquis verò proceditur, vt suprà dixi maxime in declaratione cap. 4. Ritus & infrà in cap. 44. vbi de hoc latè videtur tractare adumguem, & ista sufficiunt pro conclusione primę partis nostri hopusculi.

Laus omnipotenti Deo Opt. Max. eiusq; Sacratissime semper Virgini Matri Marie, & omnibus Sanctis meis intercessoribus.

FINIS.

Et hoc cum voto legum Doctorum Vincentij de Gradibus, & Ioseph de Zambuto.

IESVS

INDEX TITVLORVM, ET RERVM NOTABILIVM, ET FORMVLARVM OPVSCVLI in practica super Ritu Magnę Regię Curię.

AVTHORE FRA. MARIANO MARINGO Ordinis Prædicatorum de pœnitentia.

IN PRIMA PARTE.

A Actor

B

C

E

Effectus

F

Iuditium

L

M

N

O

R

S

T

FINIS.